Digitized by Google

XXIV. 5. 68

Digitized by Google

IANI GRVTERI

varii diſcurſus;

Sive

Prolixiores Commentarii

ad aliquot

inſigniora loca

TACITI.

atque

ONOSANDRI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

In Bibliopolio Commeliniano.

CIↃ IↃ C IV.

Digitized by Google

Ampliſsimo nobiliſsimoque viro

DN. JACOBO BONGARSIO,

Domino de Cheſnaye &c.

Chriſtianiſsimi Galliarum Regis

Conſiliario, atq; in Germaniam Exlegato,

JANUS GRUTERUS.

DEBEO & hoc inter alia reditui tuo è Galliis, Bongarſi deſideratiſſime; quòd ſi pagellis his requirerem *Melititen Dioſcoridis*, quo ſe Eruditorũ populo longè lateq; facerent fauorabiles, non excutiendæ eis venirent Magnatum dactyliothecæ: adeò tu, ipſamet illa es gemma; certè virtutẽ illius omnem ſolidè poſſides. Nã ex quo, non minore dexteritate quàm religione, ſacratiſsima Opt. Max. Regis oracula Germaniæ inſinuas; tantum tibi ad promerendam mortalium *omnium voluntatem vel ingenii vel artis, vel fortunæ ſuperfuit*; vt ex vero dici merearis, *Amor ac deliciæ generis humani*; idque conſonâ opinione Doctorum juxtà ac Bonorum. Sed enim, cùm Inſcriptiones noſtras planè fecerit inviolabiles divinum ſacræ Cæſareæ Majeſtatis, Rudolphi II, elogium; non ſolũ *approbantis fidem noſtram atque induſtriam*, ſed cenſentis inſuper, *præclarè meritam de vrbe totóque Imperio Romano*: haud gravatim & iſtas ſtudiorum meorum exerrationes eadem ſummi Imperatoris conſecrabit dignatio: præcipuè cùm etiam, neſcio quâ, circumdentur lucenti umbrâ Antiquitatis, atque eâ quidẽ auguſtâ. Legimus enim de D. Auguſto Suetonii capite LXXXIX: IN EVOLVENDIS UTRIUSQUE

LINGUÆ AUCTORIBUS, NIHIL ÆQUE SECTABATUR, QUAM PRÆCEPTA ET EXEMPLA PUBLICE VEL PRIVATIM SALUBRIA: EAQUE AD VERBUM EXCERPTA, AUT AD DOMESTICOS, AUT AD EXERCITUUM PROVINCIARUMQUE RECTORES, AUT AD URBIS MAGISTRATUS PLERUMQUE MITTEBAT; PROUT QUIQUE MONITIONE INDIGERENT. Sanè ſimile etiam aliquid, tam ſuperſtitioſè heîc ſecutus ſum, ut ne latum quidem unguem ab eius veſtigiis declinandum mihi duxerim: niſi quatenus uberiore forſan menſurâ, verba Auctorum omnibus admenſus ſum; ac nonnulla quidem ſpeciei tam indiſcretæ, ut vix internoſcantur. Quod ipſum tamen tantùm abeſt ut excuſem, etiam imputo. Si enim nemo hactenus repertus eſt qui gemmas, qui pocula, qui ſupellectilem ceteram, qui equos, qui currus, qui arma, qui canes ideò rejecerit, quòd in eis ſimilitudo gemina: non video cur iſthæc culpent. tantò quidem minùs, quòd nata ferè è patribus aut linguæ aut nationis diverſæ; ideoque ſeſe tueantur illis Plinii lib. VII. cap. XII: *Toranius M. Antonio iam Triumviro, eximios formâ pueros, alterum in Aſia genitum, alterum trans Alpes, ut geminos vendidit: tanta unitas erat. Poſtquam deinde ſermone puerorum detectâ fraude, à furente increpitus Antonio eſt; inter alia magnitudinem pretii conquerente; nam ducentis mercatus erat ſeſtertiis. reſpondit verſutus ingenii mango, ob idipſum ſe tanti vendidiſſe, quoniam non eſſet mira ſimilitudo in ullis eodem utero editis: diverſarum quidem gentium natales tam concordi figura reperiri, ſuper omnem eſſe taxationem. Adeoque tempeſtivam admirationem intulit, ut ille proſcriptor animus, modò & contumeliâ furens, non alind in cenſu magis ex fortunâ ſuâ duceret.* Vocentur ergo ſupervacua, dum norimus *ſuperflua non nocere*; certè non iſthæc, parte ſui potiſsimâ, aut gemmea aut aurea. Eaque propter, dum paſsivâ illam congeriem ſub ſigna colligo, ac in pluriũ capitũ diſtribuo cõtubernia, præcipua fuit cautio, ut quàm parciſsimè interveniret verborum meorum ſeu filum, ſeu copula: gnarus, ut aurum quodque eſt defæcatius, ut gemma quæque eſt exquiſitior, ita & minimum deſiderare additamenti; eius utique notæ cuius eſt iſtud, rude atque impolitum. ita enim placuit ſortis meæ ſævitati plus quàm nouercali; quæ Typographi operas tunc in me immiſit, cùm vix mente competerem, nedum memoriâ, ob morbum ſcilicet filiolæ infantis verè ſacrum. Hinc etiam factum, ut magnam exemplorum ſententiarũmq; ſegetem commodè areolis ſuis quibuſque interſpargendam; aut omiſerim, aut inieruerim ſede alieniore: ideo-

que ne

que,ne quid diſſimulé,vix primas legitimar. diſſertationum deformaverim lineas. quod & ipſum alioquin primore titulo minimè diſſimulandum putavi. Quippe nihilo inquietiore errore per quercus ſuæ pedem agmen formicarum *Itque reditque viam toties*, quàm à me diſcurſum eſt per literata Græcorum Latinorúmq; latifundia. Quo ipſo ſi id ſaltem profeci, ut

——fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum ſolet, exors ipſa ſecandi;

aut adeo ſtatuam repræſentem Mercurii vialis, cui omnia tamen abſunt Mercurij, præter vnicum digitum intenſum ad viam rectam; ſi inquam, haud abſurdè nobilem adoleſcentiam aut excitauerim ad lectionem Veterum, aut monſtraverim qualemcumq; rationem colligēdi è claſſicis Scriptoribus haud quaquam infœcunda, in utramq; partem diſſerendi, ſemina; aſſecutus ſum plus quàm volo. Nam quod hodie ferè neglectis Antiquis verſemus Nouitios, idem eſt profectò ac ſi relictâ viva fontis ſcaturigine, aſſideremus aquæ, & deriuatæ per fœtidum canalem, & collectæ in paludem longè fœtidiorem. Ita quidem ego ſentio, & tu vnà mecum, Bongarſi, in doctrinis omnibus excellentiſſime. nec hoc tantum: ſed etiam, fallere ac falli, qui liberos ſuos, ſimul è pueris exceſſerint, Dialecticorum ac Rhetoricorum præceptorum mancipant Doctoribus, nec inde ſoluunt ante pubertatem plenā, cùm iam nimirum omnem amiſerunt ſtrenuè ſtudendi libidinem. At mihi ſanè ac tibi, ceteriſq; quibus aliquid ſalit

——læua in parte mamillæ,

nihil aliud ſunt geminæ illæ artes, quàm *mera inſtrumenta*, quorum vnum quidem appoſitam materiem aut probet aut improbet; alterū verò diſponat ac comet: neutrum profectò vllam *materiæ guttulam*, aut gignat aut eruat. Id ita eſſe, quamuis alia omnia non evincerent, at vel inde ſatis liqueret, quod nullum mihi dabunt è magiſtellis iſtis, Organicíſne an Topicis, qui decem periodos inchoet compoſitione tolerabili, nedum orationem aliquam membris omnibus aptè pertexat; niſi antea furtim excuſſis librorum ſuorum Indicibus cunctis, niſi defloratis Stobæo, Nano, Hybernico, Lycoſthene, Zvvingero, Patricio, Bodino, Toloſano, & neſcio quibus alijs meliorum auctorum racematoribus. Non, non: quicunq; vel hoc noſtro, vel patrum æuo tolerabile quid præſtiterunt in literis, ijs etiam curæ fuit non Latina modò, ſed & ——— *exemplaria Græca*

Digitized by Google

Nocturnâ verſare manu, verſare diurnâ.

Verùm valeat famelica hæc natio; ac ſufficiat nobis, ſi non item impediat, quo minus,

Floribus vt apes in ſaltibus omnia limant,
Omnia nos itidem depaſcimur aurea dicta,
Aurea, perpetuâ ſemper digniſſima vitâ.

Quorum è genere quoniam item videri queant Diſcurſuum horum elementa; bonum factum putaui, eas inſignire peramabili nominis tui auſpicio, non tam ideo, quamuis & ideo quoq;, vt probos quidē ac eruditos invitaret tanquam illicio; invidos autem ac malevolos, auerteret tanquā amuleto: ſed magis vt inſtar confeſſoriæ tabellæ debitum meum quo iam ætatem tibi obſtringor diuulgaret. Cùm enim me iam annos penè viginti ſex, ita tenerè diligas, ita carè æſtimes, ita diffusè celebres, ita opiparè munereris; vt novis indigeam vocabulis, ſi novum hunc tuum affectum, ſupra Fratris ſanè ac Patris magnum, dignè exprimere amem; ſcelus meum fuerit vltrà omnia ſcelera, niſi nunc ſaltem dum licet, vocem emiſerim, tuorum morum meæq; conſcientiæ, apud omnes interpretem. Ergo quando ita factus es naturâ, ac in tantum benignitate ac beneficentiâ, aliâ ſupra aliam, amicos quotidie vadaris, vt his iam defeſſis accipiendo, ipſe nondum fatigeris promerendo, atq; eâ quidem ſerenitate oculorum; eâ comitate vocis, eâ ſubmiſsione habitus, eâ lubentiâ animi; vt tum maximè obligari videaris; cùm maximè obligas: nihil equidem minus poſſum, quàm vt viciſsim prothymiæ huius extraordinariæ prolixè meminerim, ac ſaltem grates laudesq; tibi dicam animo, ore ſtylo, eaſque iſtâ qualiquali publici præconij pennâ permittam per orbem Europæ cultiorem; *monumentum*, vtiq; ſi meritum tuum, ſi voluntatem meam, poſteri probè examinarint, *ſempiternum.*

***

Digitized by Google

Digitized by Google

IANI GRVTERI
VARII DISCVRSVS.

Pleraque in ſummâ fortunâ auſpiciis ac conſiliis, quàm teliis ac manibus geri. Lib. XIII. Annal. Tacitus.

NESCIO an non innotuerit Iſocrati maieſtatis vis longè lateq; dominantis; etiam cùm vno eodemque ſe tenet loco. proximè profectò ei acceſſit vbi ſub perſonâ Nicoclis præcipit: O', τι ἂν ὑμῶν ἕκαστος αὐτὸς αὑτῷ τύχῃ συνειδὼς, ἡγείσθω μηδὲ ἐμὲ λήσειν· ἀλλ' ἐὰν καὶ τὸ σῶμα τοὐμὸν μὴ παρῇ, τήν γε διάνοιαν τὴν ἐμὴν οἰέσθω τοῖς γιγνομένοις παρεστάναι. ταύτην γὰρ τὴν γνώμην ἔχοντες, σωφρονέστερον ἂν βουλεύσαισθε περὶ αὐτῶν: *Cuius rei vnuſquisq; veſtrûm ſibi conſcius fuerit, eam ne me quidem clam fore exiſtimet. nam etſi corpus meum, præſens non fuerit; at mentem meam ſingulis actionibus adeſſe putes. hoc enim animo ſi fueritis, modeſtius agetis omnia.* Certè nemo facilè adſequetur myſteria Auſpiciorum, niſi qui etiam ad Regum auctorem, Deum opt. max. animi oculos direxerit. exhibito enim nobis Principe, exhibuit vnà expreſſam ſui imaginem: ideoque eidem quoque circumdedit maieſtatem à diuinâ ſecundam. quæ qualis ſit, docemur ab iſtis Ariſtotelis cap. VI. lib. de Mundo: Καθόλου δὲ, ὅπερ ἐν νηὶ κυβερνήτης, ἐν ἅρματι δὲ ἡνίοχος, ἐν χορῷ δὲ κορυφαῖος, ἐν πόλει δὲ νόμος, ἐν στρατοπέδῳ δὲ ἡγεμὼν· τοῦτο θεὸς ἐν κόσμῳ· πλὴν καθ' ὅσον, τοῖς μὲν, καματηρὸν τὸ ἄρχειν, πολυκίνητόν τε, καὶ πολυμέριμνον· τῷ δὲ, ἄλυπον, ἄπονόν τε, καὶ πάσης κεχωρισμένον σωματικῆς ἀσθενείας· ἐν ἀκινήτῳ γὰρ ἱδρυμένος, πάντα κινεῖ, καὶ περιάγει ὅπου βούλεται, καὶ ὅπως, ἐν διαφόροις τε ἰδέαις καὶ φύσεσιν. ὥσπερ ἀμέλει καὶ ὁ τῆς πόλεως νόμος, ἀκίνητος ὢν, ἐν ταῖς τῶν χρωμένων ψυχαῖς πάντα οἰκονομεῖ τὰ κατὰ τὴν πολιτείαν· ἐφεπόμενοι γὰρ αὐτῷ, δηλονότι ἐξίασιν, ἄρχοντες μὲν, ἐπὶ τὰ ἀρχεῖα: *Vt verò ſummatim iam loquamur: quod in navi gubernator eſt, quod in curru agitator, quod in choro præcẽtor; quod deniq; lex in civitate, & dux in exercitu; hoc Deus eſt in mundo. niſi ſi hactenus intereſt, quod labor, & motus multiplex illos exercet et cura angunt varia: cùm huic illaborata ſuccedant omnia, omnis moleſtiæ expertia, citráque corporis infirmitatem. quippe cui in loco ſtabili immotóque collocato, omnia movere & circumagere pro arbitratu liceat, quo libitum eſt cumque, & quo modo libitum, idque diverſis in formis ſimul atque na-*

turis. Id autem ratione ſimili facit ille, atque lex civilis; quæ immobilis ipſa exiſtens in utentium animis, regit omnia ad Remp. pertinentia. Appoſitè igitur Ariſtides Oratione in Romam: Τοσαύτη δὲ οὖσα καὶ τηλικαύτη τὸ μέγεθος ἡ ἀρχή, πολὺ μείζων ἐστὶ τῇ ἀκριβείᾳ, ἢ τῷ κύκλῳ τῆς χώρας. οὐ γὰρ Μυσοὶ τῆς βασιλείας ἔχουσιν, οὐδὲ Σάκαι, οὐδὲ Πισίδαι, οὐδ' ἄλλοι μέσοι, οἱ μὲν βίᾳ εἰσῳκισμένοι, οἱ δὲ ἀποστάντες, ληφθῆναι δ' οὐ δυνάμενοι· οὐδ' ἀκούει μὲν ἡ βασιλέως γῆ, ἔστι δὲ πάντων τῶν ἔχειν αὐτὴν δυναμένων· οὐδὲ σατράπαι μάχονται πρὸς ἀλλήλους ὥσπερ οὐκ ὄντος αὐτοῖς βασιλέως, οὐδὲ πόλεις, αἱ μὲν, πρὸς τούτους, αἱ δὲ, πρὸς ἐκείνους διίστανται. καὶ εἰς μὲν τὰς ἐκπέμπονται φρουροὶ, ἐκ δὲ τῶν ἐκπίπτουσιν. ἀλλ' ὥσπερ αὐλῆς περίβολος ἐκκεκαθαρμένος, οὕτως ἅπασα ἡ οἰκουμένη χοροῦ ἀκριβέστερον ἓν φθέγγεται συνῳδὸς εὐχομένη μένειν τὸν ἅπαντα αἰῶνα τήνδε τὴν ἀρχήν· οὕτω καλῶς ὑπὸ τοῦδε τοῦ κορυφαίου ἡγεμόνος συγκροτεῖται· ὑπὸ πάντων δὲ πανταχοῦ ἴσον ἄρχεται. καὶ οἱ μὲν ἐν τοῖς ὄρεσι κατῳκισμένοι ταπεινότεροι τῶν ἐν τοῖς κοιλοτάτοις πεδίοις πρός γε τὸ μὴ ἀντιτάττεσθαι· οἱ δὲ τῶν πεδίων τῶν εὐδαιμόνων κληροῦχοί τε καὶ οἰκήτορες, ὑμέτεροι γεωργοί. ἤπειρος δὲ καὶ νῆσος οὐδὲν ἔτι διακέκριται. ἀλλ' ὥσπερ μία χώρα συνεχὴς καὶ ἓν φῦλον, ἅπαντα ὑπακούει σιωπῇ· πάντα δὲ ἐξ ἐπιτάγματος καὶ νεύματος τελεῖται ῥᾷον ἤ τις ἂν χορδὴν ψῆλαι· κἂν τι γενέσθαι δέῃ, ἀπόχρη δόξαι καὶ πέπρακται. οἱ δὲ ἄρχοντες οἱ πεμπόμενοι ἐπὶ τὰς πόλεις τε καὶ ἔθνη τῶν μὲν ὑφ' ἑαυτοῖς, ἕκαστοι ἄρχοντές εἰσι· τὰ δὲ πρὸς αὐτούς τε καὶ πρὸς ἀλλήλους ὁμοίως ἅπαντες ἀρχόμενοι. καὶ δὴ καὶ τοῦτο φαίη τις ἂν αὐτοὺς τῶν ἀρχομένων διαφέρειν, ὅτι πρῶτοι δεικνύουσιν ὅπως ἄρχεσθαι προσήκει. τοσοῦτος ἅπασιν ἐνέστακται φόβος τοῦ μεγάλου ἄρχοντος, καὶ τὰ πάντα πρυτανεύοντος, ὥστε μᾶλλον μὲν ἐκεῖνον εἰδέναι νομίζουσιν, ἃ πράττουσιν, ἢ σφᾶς αὐτούς, μᾶλλον δὲ δεδίασι καὶ αἰδοῦνται, ἢ τὸν δεσπότην ἄν τις τὸν αὐτοῦ παρόντα, καὶ ἐφεστηκότα, καὶ κελεύοντα. οὐδεὶς δὲ ἐφ' ἑαυτῷ τηλικοῦτον φρονεῖ, ὅστις τοὔνομα ἀκούσας μόνον, οἷός τ' ἐστὶν ἀτρεμεῖν· ἀλλ' ἀναστὰς ὑμνεῖ, καὶ σέβει, καὶ συνεύχεται διπλῆν εὐχήν, τὴν μὲν ὑπὲρ αὐτοῦ τοῖς θεοῖς, τὴν δὲ αὐτῷ ἐκείνῳ περὶ τῶν ἑαυτοῦ. εἰ δέ τι καὶ μικρὸν ἐνδοῖεν περὶ δίκας τε καὶ ἀξιώσεις, ἢ κοινὰς ἢ ἰδίας τῶν ἀρχομένων, οἵτινες ἄρα ἄξιοι εἶεν, ὡς ἐκεῖνον ἐκπέμπουσιν εὐθύς, ἐρωτῶντες, τί δεῖ ποιεῖν, καὶ μένουσιν, ἕως ἀποσημήνῃ οὐχ ἧττον ἢ διδασκάλων χορός. ὥστε οὐδὲν δεῖ φθείρεσθαι περιιόντα τὴν ἀρχὴν ἅπασαν, οὐδὲ ἄλλο τι ἐν ἄλλοις γιγνόμενον τὰ καθ' ἕκαστον βεβαιοῦσθαι, ὁπότε σφίσι τὴν γῆν πατοίη· ἀλλ' εὐμάρεια πολλὴ καθημένῳ πᾶσαν ἄγειν τὴν οἰκουμένην δι' ἐπιστολῶν. αἳ δὲ μικροῦ φθάνουσι γραφεῖσαι, καὶ παρεῖσιν, ὥσπερ ὑπὸ πτηνῶν φερόμεναι: *Iam tantum cùm ſit ac tale imperium, certa poſſeſſione tamen, quàm ambitu, maius videtur: nam nec Myſi regno potiuntur, nec Thraces, nec Piſidæ; nec alii intermedii, qui partim vi ſedes occuparint; partim capi poſt defectionem non potuerint: nec ita dicitur eſſe regis terra, vt eam interim, quicumque poſſint, occupent; nec inter ſe ſatrapæ; quaſi rege careant, bellum gerunt: neque vrbes hæ ad hos; illæ ad illos declinant; & in alias præſidia mittuntur ex aliis eiiciuntur: ſed vt aulæ perpurgatus ambitus, ita orbis vniuerſus quovis choro exactius ſecum conſentit, & imperii huius æternitatem exoptat: quandoqui-*

doquidem ab hoc coryphæo principe pulcerrimè gubernatur. Æquali autem vbique regitur imperio, adeo vt & qui montes incolunt, imorum camporum cultoribus humiliores ſint, quantum ad obedientiam pertinet; & qui fertiles agros ſortiti ſunt, veſtri ſint agricolæ. neque inſula quicquam à continente differt: verùm vt vna regio continua, & gens eadem, cuncta placidè parent. Omnibus etiam mandatis ac nutibus citiùs, quàm digitum moveris, obtemperatur; & mox atque aliquid decretum fuerit, effectum datur. Qui autem in vrbes & provincias mittuntur imperatores; vt ſinguli ſuis imperant, ita inter ſe omnes æqualiter parent: & eo videntur à ſubiectis differre, quòd primi rationem parendi tradunt. adeo magnum & omnia gubernantem imperatorem omnes metuunt. Quapropter cum tum quicquid agunt, melius ſeipſis ſcire arbitrantur, tum magis, quàm dominum famulus præſentem, inſtantem, & iubentem, reuerentur: nec eorum quiſquam tanta ſibi dignitatis videtur, vt vel nomine duntaxat audito poſſit quieſcere, quin aſſurgens laudet & colat, ac duo ſimul vota concipiat, alterum Diis pro illo, alterum illi pro ſe. Sin alicubi circa iudicia vel rogationes tam publicas quàm priuatorum, ſi qui fortè digni videantur, paulum labantur, ad illum mox referunt, & ab eo quid agendum ſit, non ſecus ac chorus à magiſtro, expectant. Quocirca nihil eum opus eſt imperium totum miſerè pervagari, nec variis commeatibus ſingula ſtabilire, terram calcando; cùm poſſit orbem totum commodiſſimè per epiſtolas regere. quæ mox vt ſcripta ſunt, velociſſimè tamquam ab auibus deferuntur. Et hoc eſt quod volebat Titus Imp. orationis ſuæ parte ad Iudæos, Egeſippi lib. v. cap. XLVI: *Inſolentiores vos noſtra abſentia fecit; quia nos occupatos putaſtis. Sed numquam ita occupati ſumus, vt abſentes ſimus orbi terrarum. nam & abſentes aſſumus, & longè poſitis propius aſſiſtimus. Namque vt anima in corpore omnia membra viuificat ſua, ſic Romana providentia omnibus imperij ſui partibus adeſt, & totum orbem Romanum, tamquam præſens gubernat. Nam ſi ſingulis animis illa vis diuina regendi corporis virtutem dedit, quantò magis Romano vigore, quo quaſi vnum totius imperij noſtri corpus animatur, tuendi eius vitalem quamdam ſubſtantiam ſubminiſtrauit?* Decorè admodum Euſebius Panegyrico ad Conſtantinum: Ὁ δ' ὡς φῶς, ἡλίου μαρμαρυγαῖς τῶν καθυστέρων ἐπιλάμψεσι, τοὺς πορρωτάτω τοῖς τόποις ἀπῳκισμένους τῷ εἰς μακρὸν ἐξ αὐτοῦ παραπεμπομέναις ἀκτῖσι, καταυγάζει. ὧδε μὲν ἡμῖν τοῖς τὴν ἑῴαν λαχοῦσι, τῆς ἐπαξίου αὐτοῦ καρπόν. καὶ θάτερον δὲ τῶν παίδων. θατέρῳ δὲ τῶν ἀνθρώπων. καὶ πάλιν ἄλλον ἀλλαχόθι λαμπτῆρας οἷα καὶ φωστῆρας, τῶν ἐξ αὐτοῦ προχεομένων φώτων, διενείματο. εἶθ' ὑπὸ μίαν ζεύγλην βασιλικοῦ τεθρίππου τέτταρας ὑποζεύξας αὐτοὺς ἑαυτῷ οἷά τινας πώλους τοὺς ἀνδρειοτάτους καίσαρας, ἡνίαις τε αὐτοὺς ἐνθέου συμφωνίας τε καὶ ὁμονοίας ἁρμοσάμενος, ἄνωθεν ὑψηλῶς ἡνιοχῶν ἐλαύνει. ὁμοῦ τὴν σύμπασαν, ὅσην ὁ ἥλιος ἐφορᾷ, διιππεύων. αὐτός τε τοῖς πᾶσιν ἐπιπαρὼν, καὶ τὰ πάντα διασκοπούμενος. κἄπειτα τῆς οὐρανίου βασιλείας εἰκόνι

Digitized by Google

κεκοσμημένος ἄνω βλέπων κατὰ τὴν ἀρχέτυπον ἰδέαν, τὰς κάτω διακυβερνῶν ἰθύνει· μονάρχου δυναστείας μιμήματι κρατυνόμενος. Τοῦτο γὰρ ἀνθρώπων φύσει τῶν ἐπὶ γῆς μόνος τῶν ἁπάντων δεδώρηται βασιλεύς. νόμος γὰρ οὗτος βασιλικῆς ἐξουσίας, ὁ τὴν κατὰ πάντων μίαν ἀρχὴν ὁριζόμενος: *Hic claro Cæſarum filiorum ſuorum fulgore, velut radiis quibuſdam ex ſe longiſsimè profuſis, non aliter atque lumen ſolis ſuo ſplendore ſolet, homines ingenti locorum interuallo diſiunctos illuſtrat. Itaque & nobis, qui Orientem accolimus, ſuam ipſius præſentiam non ſine maximo omnium commodo largitus eſt, & alteri hominum generi verſus Occidentem vnum ex filiis præfecit, & alios duos in aliis locis tamquam faces ac luminaria ex ſuâ ipſius claritate diffuſa collocauit. Porrò autem Imperij quadrifariam diſpertiti iugum, quaſi quatuor equis, id eſt, ſibi & tribus filiis Cæſaribus fortiſsimis imponens, ipſe eos diuini animorum conſenſus & concordia frænis colligatos, celitùs moderatur; pariterque vniuerſum terræ orbem, quem ſol videt, peragrat, & omnibus hominibus tamquam præſtò adeſt; atque adeò res cunctas quodammodo oculis luſtrat. Quin etiam cœleſtis imperij gerit effigiem, oculoſque in ſublime tollens, homines in hoc inferiore imperio ad exemplar primariæ illius imperij formæ gubernat, monarchiaque principatum imitatione & exemplo cœleſtis confirmat imperij. Iſtam .n. imperij formam lex, quæ rex omnium eſt, humano generi orbem terræ incolenti tribuit: quippe hæc regiæ poteſtatis compos lex, vnum omnibus præſcribit imperium.* Sciebat enim noménne an numen Principis

——ire per omnes

Terraſque tractuſque maris; ——

ideoque etiam in Præfectorum minimis ſolidum transferre jubar: adeo vt felicitas infelicitaſque eorum, ab vno proficiſceretur Principe. Quod ſubindicat Horatius lib. IV. Oda XIV:

——barbarorum Claudius agmina
Ferrata vaſto diruit impetu:
Primoſque & extremos metendo,
Stravit humum, ſine clade victor:
Te copias, te conſilium & tuos
Præbente divos:

nec leviore ſpiritu Naſo lib. II. Triſt. ipſi Divo Auguſto:

Sic aſſueta tuis ſemper victoria caſtris,
Nunc quoque ſe præſtet; notaque ſigna petat.
Auſoniumq; ducem ſolitis circumvolet alis:
Ponat & in nitidâ laurea ſerta comâ:
Per quem bella geris: cuius nunc corpore pugnas:
Auſpicium cui das grande, Deoſque tuos.

Dimi-

Digitized by Google

Dimidioq; tui præſens & reſpicis Vrbem;
Dimidio procul es, ſævaq; bella geris.

Huic fundamento innituntur illa Cæſaris ad milites, Lucani Pharſal. lib. v

——veluti ſi cuncta minentur
Flumina, quos miſcent pelago, ſubducere fontes,
Num magis ablatis vnquam decreſceret æquor,
Quàm nunc creſcit, aquis? An vos momenta putatis
Vlla dediſſe mihi? nunquam ſic cura Deorum
Se premit, vt veſtræ morti, veſtraque ſaluti
Fata vacent. procerum motus hæc cuncta ſequuntur.
Humanum paucis viuit genus. Orbis Iberi
Horror, & Arctoi, noſtro ſub nomine miles,
Pompeio certè fugeres duce. fortis in armis
Cæſareis Labienus erat: nunc transfuga vilis
Cum duce prælato terras atque æquora luſtrat.

Ex quibus intelligimus iſta de duce Xerxis, iam Xerxe regreſſo ad propria lib. II. Iuſtini: *Ibique prælium commiſſum. ſed fortuna regis cum duce mutata non eſt. nam victus Mardonius &c.* Capimusque mentem verborum Taciti lib. I. Hiſt: *Poſtquam id Romæ compertum, M. Aponius Mæſiam obtinens, triumphali ſtatua, Fulvius Aurelius, & Iulianus Titius, ac Numiſiu. Lupus, legati legionum, Conſularibus ornamentis donantur; læto Othone, & gloriam in ſe trahente, tanquam & ipſe felix bello, & ſuis ducibus, ſuisque exercitibus Remp. auxiſſet.* Nec hæremus in Floro lib. IV. cap. VI: *Et quamuis duces non eſſent tunc præſentes, quorum alterum corporis ægritudo, illum metus & ignavia ſubduxiſſent; ſtabat tamen pro partibus invicta fortuna, & vltoris, & qui vindicabatur.* Patentque hæc Velleii lib. II: *Nuſquam erat Pompeius corpore; adhuc vbique nomine, &c.* Huc niſi reſpicias, mirè frigebit Taciti locus lib. XV. Annal: *Tum luſtratum ritè exercitum ad concionem vocat, orditurq; magnifica de auſpiciis Imperatoriis, rebuſque à ſe geſtis &c.* multò magis eiuſdē de Othone lib. II. Hiſt. *Frater eius Titianus & præfectus prætorij Proculus, imperitiâ properantes, Fortunam & Deos, & Numen Othonis adeſſe conſiliis, adfore conatibus teſtabantur. neu quis obuiam ire ſententiæ auderet, in adulationem cōceſſerant.* Et huic potiſſimum rationi incumbit Nazarbanis petitio ad Darium. de quâ ſic Curtius lib. V: *Diis adverſis bellum inimus, & pertinax fortuna Perſas vrgere non deſinit. nouis initiis & ominibus opus eſt. Auſpicium & Imperium alij trade interim, qui tamdiu rex appelletur, donec Aſia decedat hoſtis; victor deinde regnum tibi reddat.* Gnarum hoc Aur. Victori. itaque prudenter de Conſtantio: *Iulianum Cæſarem, cognatione acceptum ſibi, tranſalpinis præfecit: isque nationes feras brevi ſubegit, captis famoſis regibus.*

Digitized by Google

Quæ quamquam vi eius; fortunâ Principis tamen & conſilio accidére. quod adeò praſtat, vt Tiberius Galeriusq́ſubiecti aliis, egregia pleraque; ſuo autem ductu atque auſpicio minus paria experti ſint. Quocirca rem ipſam premit Mamertinus, cùm ita alloquitur Maximianum Panegyr. *Veſtra, hac Imp. veſtra laus eſt. à vobis proficiſcitur & quod per alios adminiſtratur. Vt enim omnia commoda cælo terraque parta; licet diverſorum Numinum ope nobis provenire videantur; à ſummis tamen auctoribus manant, Iove rectore cæli, & Hercule pacatore terrarum; ſic omnibus pulcherrimis rebus etiam quæ aliorum ductu geruntur; Diocletianus facit, tu tribuis effectum. Veſtra, inquam, fortuna, veſtra felicitatis eſt, Imp. quòd iam milites veſtri ad Oceanum pervenére victoriâ, iam cæſorum in illo litore hoſtium ſanguinem reciproci fluctus ſorbuerunt* Ac Philoſophũ potiùs agit Ammianus quàm hiſtoricum, vbi linguę verbere flagellat Conſtantium Imp. lib. XVI: *Interq; exaggerationem inaniũ laudũ, oſtentationemque apertè lucentium, inflabant ex vſu Imperatorem ſuopte ingenio nimium, quicquid per omnem terræ ambitum agebatur felicibus auſpiciis eius aſſignantes. Quocirca magniloquentiâ elatus adulatorum, tunc & deinde edictis propoſitis arroganter ſatis multa mentiebatur; ſe ſolum quum geſtis non adfuiſſet, & dimicaſſe & viciſſe, & ſupplices reges gentium erexiſſe aliquoties ſcribens: & ſi, verbi gratia, eo agente tunc in Italiâ dux quidam egiſſet fortiter contra Perſas, nullâ eius mentione per textum longiſſimum factâ, laureatas literas ad provinciarum ſigna mittebat; ſe inter primores verſatum, cum odioſâ ſui iactatione, ſignificans.* Nam neminem vnquam Regum aliter ſcripſiſſe, imò aliter ſcribere debuiſſe ad homines aulicarum rerum peritos, ſatis evincunt quæ modò poſui: vtique, ſi dux quivis, *regis ſui opus eſt*, à quo fatum accipit, atque

Ducitur, vt nervis alienis mobile ſignum.

Quod ipſum niſi tenemus; admodum caligabimus ad hæc Taciti: *Igitur in vrbe ſermonum avidâ, quemadmodum princeps vix ſeptemdecim annos egreſſus, ſuſcipere eam molem aut propulſare poſſet; quod ſubſidium in eo qui à femina regeretur: num prælia quoque & oppugnationes vrbium, & cætera belli per magiſtros adminiſtrari poſſent, anquirebant. Contra alii melius eveniſſe dixerunt, quàm ſi invalidus ſenectâ & ignaviâ Claudius, militiæ ad labores vocaretur, ſervilibus iuſſis obtemperaturus. Burrhum tamen & Senecam multarum rerum experientiâ cognitos: & Imperatori quantum ad robur deeſſe? cùm octavodecimo ætatis anno Cn. Pompeius, nonodecimo Cæſar Octavianus, civilia bella ſuſtinuerint. Pleraque in ſummâ fortunâ auſpiciis & conſiliis, quàm telis & manibus geri.* Videbunturquè Cimmeriis involuta tenebris iſta Trogi apud Iuſtinum: *Igitur Illyrij infantiam regis pupilli contemnentes, bello Macedonas aggrediuntur: qui prælio pulſi, rege ſuo in cunis prolato, & ponè aciem poſito, acrius certamen repetivere: tamquam ideo victi fuiſſent antea, quòd bellantibus ſibi regis*

ſui

ſui auſpicia defuiſſent. Imò occæcabunt ipſum, tum exempla Valerii Maximi lib. I. cap. V: *Samij Prienenſibus auxilium adverſus Caras implorantibus; arrogantiâ inſtincti, pro claſſe & exercitu cymbulam eis, deriſus gratiâ, miſerunt. Quam illi velut divinitùs datum præſidium interpretati, libenter acceptam, verâ fatorum prædictione, victoria ducem habuerunt. Neque Apolloniatæ quidem pœnitentiam egerunt; quòd cùm bello Illyrico preſſi, Epidamnios vt opem ſibi ferrent oraſſent; atque illi flumen vicinum mœnibus ſuis, nomine Aeantem in adiutorium ſe mittere dixiſſent: Accipimus quod datur, reſponderunt; eique primum in acie locum perinde ac duci aſſignaverunt &c.* tum factum Macedonum, de quo Iuſtinus lib. VII: *Sed & Caranus cum magna multitudine Græcorum, ſedes in Macedoniâ reſponſo oraculi iuſſus quærere; cùm in Emathiam veniſſet, vrbem Aedeſſam non ſentientibus oppidanis, propter imbrium & nebulæ magnitudinem, gregem caprarum, imbrem fugientium, ſecutus occupavit: revocatusque in memoriam oraculi, quo iuſſus erat, ducibus capris imperium quærere, regni ſedem ſtatuit: religioſéque poſtea obſervavit, quocunque agmen moveret, ante ſigna eaſdem capras habere; cœptorum duces habiturus, quas regni habuerat auctores.* Attonitusque audiet Ptolomæi conſilium Curtii lib. X: *Mea ſententia hæc eſt, vt ſede Alexandri in regia poſita, qui conſiliis eius adhibebantur, coëant, quoties in commune conſulto opus fuerit: eoque, quod maior pars eorum decreverit, ſtetur. Duces præfectique copiarum his pareant.* Ac ne per ſomnium quidem perveniet ad cubilia aſtutiæ eius quâ Argyraſpidas circumvenit Eumenes; pulcerrimè perſcriptâ à Diodoro Siculo Biblioth. lib. XVIII: Δόξαι γὰρ αὐτὸν κατὰ τὸν ὕπνον ὁρᾷν Ἀλέξανδρον τὸν βασιλέα ζῶντα καὶ τῇ βασιλικῇ σκευῇ κεκοσμημένον χρηματίζειν, καὶ τὰ προστάγματα διδόναι τοῖς ἡγεμόσι, καὶ πάντα τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν διοικεῖν ἐνεργῶς. διόπερ οἴεσθαι δεῖν ἐκ τῆς βασιλικῆς γάζης κατασκευάσαι χρυσοῦν θρόνον, ἐν ᾧ τεθέντος τοῦ διαδήματος καὶ σκήπτρου καὶ στεφάνου καὶ τῆς ἄλλης κατασκευῆς, ἐπιθύειν ἅμ᾽ ἡμέρᾳ πάντας αὐτῷ τοὺς ἡγεμόνας, καὶ πλησίον τοῦ θρόνου συνεδρεύειν, καὶ τὰ προστάγματα λαμβάνειν ἐκ τοῦ ὀνόματος τοῦ βασιλέως, ὡς ζῶντος καὶ προεστηκότος τῆς ἰδίας βασιλείας. Πάντων δ᾽ ἀποδεξαμένων τοὺς λόγους, ταχέως ἅπαντα κατεσκεύασε τὰ πρὸς τὴν χρείαν, ὡς ἂν πολυχρύσου τῆς βασιλικῆς οὔσης γάζης· εὐθὺς οὖν κατασκευασθείσης μεγαλοπρεποῦς σκηνῆς, ὅ, τε θρόνος ἔχων τὸ διάδημα καὶ τὸ σκῆπτρον ἐτέθη, καὶ τὰ ὅπλα οἷς εἰώθει χρῆσθαι. καὶ κειμένης ἐσχάρας ἐχούσης πῦρ, ἐπέθυον ἐκ κιβωτίου χρυσοῦ πάντες οἱ ἡγεμόνες τόν τε λιβανωτὸν καὶ τῶν ἄλλων εὐωδῶν τὰ πολυτελέστατα, καὶ προσεκύνουν ὡς Θεὸν τὸν Ἀλέξανδρον. ἀκολούθως δὲ τούτοις δίφρων πολλῶν κειμένων, ἐκάθιζον ἐπὶ τούτων οἱ τὰς ἡγεμονίας ἔχοντες· καὶ συνεδρεύοντες ἐβουλεύοντο περὶ τῶν ἀεὶ κατεπειγόντων. ὁ δ᾽ Εὐμένης ἐν πᾶσι τοῖς χρηματιζομένοις ἴσον ἑαυτὸν τοῖς ἄλλοις ἡγεμόσιν ἀποδεικνύων; καὶ πάντας ταῖς φιλανθρωποτάταις ὁμιλίαις δημαγωγῶν, τόν τε καθ᾽ ἑαυτοῦ φθόνον ἀπετρίψατο, καὶ πολλὴν εὔνοιαν ἐν τοῖς ἡγεμόσι πρὸς ἑαυτὸν κατεσκεύασεν· ἅμα δὲ καὶ τῆς κατὰ τὸν βασιλέα δεισιδαιμονίας ἐνισχυούσης, ἀγαθῶν ἐλπίδων

ἅπαντες

Digitized by Google

ἅπαντες ἐπληροῦντο, καθάπερ Θεοῦ ὄντος αὐτῶν ἡγουμένου: *Viſum enim ſe ſibi in ſomnis videre Alexandrum regem viventem & regio veſtitu ornatum, ius dicere, & mandata dare ducibus, omniaque regni negocia ſtrenuè adminiſtrare. Itaque exiſtimo, inquit, conficiendum eſſe ex regiis opibus aureum ſolium, in quo collocato diademate, & ſceptro, & coronâ, reliquóque apparatu; ſacrificent ei primâ luce duces omnes, & propè ſolium concilium habeant, mandataque nomine regis accipiant, tamquam viventis, ſuoque regno moderantis. Huic orationi cùm omnes ſuffragati eſſent, celeriter omnia quæ ad eam rem pertinerent, confecta ſunt, vtpote cùm auro abundarent opes regiæ. Igitur protinus confecto veſtitu magnifico, ponitur ſolium in quo eſſet diadema, & ſceptrum, & arma quibus ille vti ſolitus fuerat. Poſitoque foco ignem habente, libant ex aureâ capſulâ duces omnes thus, aliorumque odorum precioſiſſimos quosque, & Alexandrum ceu Deum adorant. Secundum hæc poſitis multis ſedilibus; ſedent in eis qui ducatibus fungebantur, & conſeſſum habentes conſultant de eis quæ maximè vrgebant. Eumenes verò in omnibus quæ ibi tractabantur parem ſe reliquis ducibus præbens, & cunctos humaniſſimis colloquiis demulcens, & invidiam à ſe propulſavit, & magnam ducum erga ſe benevolentiam conciliavit. Ac ſimul invaleſcente in regem ſuperſtitione, bonâ ſpe repleti ſunt omnes, tamquam Deo quodam eos regente.* Verùm de eo fortè plura ad illud Taciti lib. VI. Annal. *Magis famâ quam vi.* Nunc ſufficiet producere acumen Aegyptii regis cuius meminit Herodotus lib. II. Ἀπρίεω δὲ ὧδε καταραιρημένου, ἐβασίλευσε Ἄμασις, νομοῦ μὲν Σαΐτεω ἐών, ἐκ τῆς δὲ ἦν πόλεως, οὔνομα οἱ ἐστὶ Σιούφ. τὰ μὲν δὴ πρῶτα κατώνοντο τὸν Ἄμασιν Αἰγύπτιοι, καὶ ἐν οὐδεμιῇ μοίρῃ μεγάλῃ ἦγον, ἅτε δὴ δημότην τὸ πρότερον ἐόντα, καὶ οἰκίης οὐκ ἐπιφανέος· μετὰ δὲ σοφίῃ αὐτοὺς ὁ Ἄμασις οὐκ εὐγνωμοσύνῃ προσηγάγετο. ἦν οἱ ἄλλα τε ἀγαθὰ μυρία, ἐν δὲ καὶ ποδανιπτὴρ χρύσεος· ἐν τῷ αὐτός τε ὁ Ἄμασις καὶ οἱ δαιτυμόνες οἱ πάντες τοὺς πόδας ἑκάστοτε ἐναπενίζοντο. τοῦτον κατ᾽ ὦν κόψας, ἄγαλμα δαίμονος ἐξ αὐτοῦ ἐποιήσατο, καὶ ἵδρυσε τῆς πόλεως ὅκου ἦν ἐπιτηδεώτατον. οἱ δὲ Αἰγύπτιοι φοιτέοντες πρὸς τὤγαλμα, ἐσέβοντο μεγάλως. μαθὼν δὲ ὁ Ἄμασις τὸ ἐκ τῶν ἀστῶν ποιεύμενον, συγκαλέσας Αἰγυπτίους, ἐξέφηνε φὰς ἐκ τοῦ ποδανιπτῆρος τὤγαλμα γεγονέναι. ἐς τὸν πρότερον μὲν τοὺς Αἰγυπτίους ἐνεμέειν τε καὶ ἐνουρέειν, καὶ πόδας ἐναπονίζεσθαι, τότε δὲ μεγάλως σέβεσθαι. ἤδη ὦν ἔφη λέγων ὁμοίως αὐτὸς τῷ ποδανιπτῆρι πεπρηγέναι. εἰ γὰρ πρότερον ἦεν δημότης, ἀλλ᾽ ἐν τῷ παρεόντι εἶναι αὐτέων βασιλεύς· καὶ τιμᾶν τε καὶ προμηθέεσθαι ἑωυτοῦ ἐκέλευε. τοιούτῳ μὲν τρόπῳ προσηγάγετο τοὺς Αἰγυπτίους, ὥστε δικαιοῦν δουλεύειν: *Aprie ſublato, regnavit Amaſis è tribu Saitanâ, & vrbe cui nomen eſt Siuph. Eum inter initia Aegyptij contemnere, nec vllius ſanè momenti ducere, vt qui plebeius fuiſſet, nec inſigni familiâ ortus. Eos verò poſtea Amaſis ad ſe ſolertiâ, non aſperitate, perduxit. Erant ei cùm alia bona infinita, tum verò pelvis aurea, in quâ tam ipſe quàm omnes convivæ ſemper pedes abluebant. hanc ille confregit, ex cáque Numinis ſtatuam fecit, & in appoſitiſſimo vrbis loco ſtatuit: Aegyptij ſimulacrum adeuntes,*

Digitized by Google

adeuntes, magnopere venerari. Id Amaſis fieri à popularibus edoctus, convocatis Aegyptiis aperit, ex illa pelvi in quâ primò Aegyptij evomere immingereq́ & [...] quâ pedes abluere conſueſſent, factum eſſe ſimulacrum, quod tunc tantopere venerarentur. Itaque ſe aiebat perinde atque pelvim eſſe factum: etſi enim antehac fuiſſet plebeius, in præſentiarum tamen eſſe ipſorum regem, eóque iubere vt ſibi hono[s] haberetur atque reverentia. Hunc in modum ad ſe traduxit Aegyptios, ita vt æquum cenſerent ei ſervire. Sic ille; ſatis prolixè, vt & huius alioquin capitis alia multa. Sed ſic placuit: imò ita debuit fieri. ſcio enim quibus 'ac a m[...] commoveo; iis nimirum quibus inſules, *ſubitus & brevis ſermo, qui in mo[rem] dũ fulguris, prinſquã illuſtret oculos, iã refugit; nec dat lucẽ videntibus, ſed pavore[m].* quod ipſum ſemel heîc dictum, ſingulis Diſſertatiunculis dictum volumu[s].

Nihil regente eo triſte ab exteris accidiſſe, pronis animis auditum. Lib. XIII. Annal.

HABEMVS inter ſermones Epicteti, exſinuante Arrian[o] lib. III cap. XIII: Ὁρᾶτε γὰρ, ὅτι εἰρήνην μεγάλην ὁ Καῖσαρ ἡμ[ῖν] δοκεῖ παρέχειν, ὅτι οὐκ εἰσὶν οὐκέτι πόλεμοι, οὐδὲ μάχαι, οὐδὲ λῃσ[τήρι]α μεγάλα, οὐδὲ πειρατικά· ἀλλ᾽ ἔξεστι πάσῃ ὥρᾳ ὁδεύειν, πλ[εῖν] ἀπὸ ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμάς. μή τι οὖν καὶ ἀπὸ πυρετοῦ δύναται [ἡμ]ῖν εἰρήνην παρασχεῖν; μή τι καὶ ἀπὸ ναυαγίου; μή τι ἀπὸ ἐμπρησμ[οῦ] ἢ ἀπὸ σεισμοῦ; ἢ ἀπὸ κεραυνοῦ; ἄγε, ἀπὸ ἔρωτος; οὐ δύναται· ἀπὸ πένθους; οὐ δύναται· ἀπὸ φθόνου; οὐ δύναται· ἀπὸ οὐδενὸς ἁπλῶς τούτων: *Videtis enim, videri Caſarem mu[l]tam pacem præſtare nobis, cùm neque bella iam ſuperſint, neque pugnæ, neque latrocinia magna, neque piraticæ graſſationes: ſed quovis anni tempore, quâ[vis] horâ iter facere liceat, ab Oriente in Occidentem navigare. Numquid ergo etia[m] à febre pacem præſtare nobis poteſt? num à naufragio? num ab incendio, terræ m[o]tu, fulmine? Age, num ab amore? non poteſt. A luctu? non poteſt. Ab invi[dia]? non poteſt, denique à nullâ tali re.* Penſiculatè ſeniculus ille, & proximè a[d] verum; Nã nulli quidẽ regũ in manu eſt, ne nobis controverſia ſit cum affectibus animi; at eſt penes ipſos, ne graſſentur morbi, ne fiant naufragia, [ne] incendia, ne terræmotus, ne ſterilitates, & talia. Hoc qui neſcit; næ multa [i]gnoret neceſſe eſt: certè cæcutiat ad infinita Poetarum Hiſtoricorumqu[e] loca; nullâ re magis Magiſtratus bonos quidem commendantium, malo[s] vero traducentium, quàm ab hac temporum ſuorum nunc lętitia, nunc calamitate. Atque hinc ceu adamantinum Egeſippi argumentum, quo utitu[r] poſt fabulam de Mundo & Paulinâ, lib. II. cap. v. de Excid. Hieroſ. *Quod ig[i]tur ludibrium imperitante Tiberio acciderit, non putavi prætereundum, ut ex [eo] deformitas colligatur Imperatoris. Sicut enim boni Principis vita, probitas*

quadam præſcriptio, & per univerſos vivendi forma eſt; ita Imperatoris colluvio, lex flagitiorum eſt. Et ipſe de ſe quidem Oedipus apud Senecam in ſui nominis tragœdia:

Sperare poteras, ſceleribus tantis dari
Regnum ſalubre? fecimus cœlum nocens. &c.

quod eidem quoque imputat Oraculum ibidem:

——*Patria, non irâ Deûm*
Sed ſcelere raperis. non gravi flatu tibi
Luctificus Auſter, nec parum pluvio æthere
Satiata tellus halitu ſicco nocet;
Sed rex cruentus.——

Quibus ipſis verſibus, ceu malleo quodam, aperitur nucleus verborũ Taciti lib. XII. Annal: *Pactum inter Claudium & Agrippinam matrimonium, iam famâ, iam amore illicito firmabatur: necdum celebrare ſolennia nuptiarum audebant; nullo exemplo, deductâ in domum patrui fratris filiâ. quin & inceſtum; ac ſi ſperneretur, ne in malum publicum erumperet, metuebatur.* Patetque ex iiſdem quid ſibi velit idem auctor lib. XIV. Annal: ubi tractat ſuſpicionem inceſtus Neronis: *Iamq; laſciva oſcula, prænuntias flagitii blanditias, annotantibus proximis, Senecam contra muliebres illecebras ſubſidium à feminâ petiiſſe; immiſſamque Acten libertam, quæ ſimul ſuo periculo, & infamiâ Neronis anxia, deferret: pervulgatum eſſe inceſtum, gloriante matre; nec toleraturos milites profani Principis imperium.* Quibus interpretandis, ſerviunt illa Tragœdiographi in Octavia v.*231:*

En ipſe diro ſpiritu ſævi Ducis
Polluitur æther: gentibus clades novas
Minantur aſtra, quas regit Dux impius &c.

Eâdem incedit ſemitâ Philoſtratus libro VIII. de vitâ Apolloni: qui, Domitiano percontante Apollonium, quomodo Epheſinos liberaſſet peſte; atq; eo inter alia dicente relaturum ſe, modò ſi vellet, cauſſas peſtiũ: Imperator veritus, ne iniuſtitiam ſuam ipſius, impuraſque nuptias, aliaque flagitia, morbi cauſſas deſignaret; ſilere iuſſit hominem: Εἰ δὲ βούλει, λέγω καὶ λοιμῶν αἰτίας· οὐδ' οἶμαι δείσας μὴ τὴν ἀδικίαν καὶ τοὺς μὴ καθαροὺς γάμους, καὶ ὁπόσα οὐκ εὐλόγως ἔπραττεν, ἐπιγράψῃ τῆς τοιαύτης νόσοις· οὐ δέομαι, ἔφη, τοίας δὲ ἀποκρίσεως. Similiter, cùm imperante Commodo incendium Vrbi nocuiſſet, refert Herodianus lib. I: Οὐκέτι ὁ Ῥωμαίων δῆμος μετ' εὐνοίας τὸν Κόμμοδον, ἐπέβλεπεν, ἀλλὰ καὶ τὰς αἰτίας τῶν ἐπαλλήλων συμφορῶν εἰς τοὺς ἐκείνου ἀκρίτους φόνους καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ βίου ἀνέφερεν ἁμαρτήματα: *Non iam ut antea multitudo benevolè Commodum adſpicere, ſed referre etiam cauſſas omnes calamitatum quæ crebræ erant, in temeraria eius homicidia & reliqua vitæ crimina.*

Digitized by Google

na. Claudianus præterea diſertis verbis lib. I. invehitur in Eutropium ver-
ſu *491.*

——nam quæ iam bella geramus
Mollibus auſpiciis? aut quæ connubia prolem,
Aut frugem laturus ager? quid fertile terris?
Quid plenum ſterili poſsit ſub Conſule naſci?

Deniq; & ipſe Ioſephus narratâ peſtilitate ac fame quæ inciderant in regnum Herodis, refert lib. XV. Antiq. cap. XII. Καὶ μῖσος εἰς αὐτὸν ἐκ τῶν δεχομένων. τὸ γὰρ οὐκ εὖ πράττειν, φιλαίτιον ἀεὶ τῶν ὑπερεστηκότων: *Ad hæc accedebat populare in regem odium, quod ferè ſoleat calamitatum culpa in eos reiici penes quos eſt regimen reipubl.* Quæ omnia eò me impellunt, ut putem omnis ævi, omnis gentis hanc fuiſſe opinionem quaſi communem. Planè de Romanis, Panegyriſta nomine Flavienſium ad Conſtantinum Imp. *Præclara fertur Catonis oratio de luſtri ſui felicitate. iam tunc enim in illâ vetere Republicâ ad Cenſorum laudem pertinebat, ſi luſtrum felix condidiſſet, ſi horrea meſſis impleſſet, ſi vindemia redundaſſet, ſi oliveta larga fluxiſſent &c.* quæ verba ad hiſtorias amiſſas digitum fruſtrà nobis intendunt: interim lucem commodant iſtis Lucilii Lib. XI. quæ citat Nonius Marcellus & Gellius lib. IV. Noct. Att. cap. XVII.

Scipiadæ magno improbus obiiciebat Aſellus
Luſtrum, illo Cenſore malum infelixq; fuiſſet.

Illuminantq; Ciceronis iſthæc poſt red. ad Quirites: *Mecum quæſtiones mecum iura magiſtratuum, mecum Senatus auctoritas, mecum libertas, mecum etiam frugum ubertas, mecum Deorum & hominum ſanctitates omnes & religiones abfuerunt &c.* Faciuntque ne hæreamus in illo Ciceronis lib. VII. Epiſt fam. ad Curium, ubi iocatur in magiſtratum dialem: *Caninio Conſule ſcito neminem prandiſſe: nihil tamen eo Conſule mali factum eſt.* Nec interpretem requirant eiuſdem apud Macrobium libro II. Saturnal. cap. III: *Magnum oſtentum anno Vatinii factum eſt; quod illo Conſule, nec Bruma, nec Ver, nec Aeſtas nec Autumnus fuit.* Liqueatq; Taciti periodus lib. I. Annal: *Pacem ſine dubio poſt hæc, verùm cruentam. Lollianas Varianasque clades. interfectos Romæ Varrones, Egnatios, Iulos. Nec domeſticis abſtinebatur abducta Neroni uxor: & conſulti per ludibrium Pontifices, an concepto, nec di edito partu ritè nuberet. Q. Atedii & Vedii Pollionis luxus. &c.* Eodem tendunt ſed viâ contraria, quæ idem Cornelius lib. Ann. XII: *Liberalium quoque artium commemoratio, & nihil regente eo Reip. &c.* Idem voluit Suetonius cap. Titi VIII: *Quædam ſub eo fortuita ac triſtia acciderunt; ut conflagratio Veſevi montis in Campaniâ; & incendium Romæ per triduum, totidemq; noctes; item peſtilentia quanta non temerè aliàs.* Quę, ne aliorſum

trahamus, facit in vitâ Galli Hoſtilii & Voluſiani Eutropius: *Sola peſtilentiâ & morbis atq. ægritudinibus notus eorum principatus fuit.* Et apertè alioqui Aurel. Victor de Magnentio: *Hic fuit debilis pedibus manibusq. articulorũ dolore: fortunatus cæli temperie, fructuum proventu, nullâ à Barbaris formidine, &c.* Inde eſt quod inter præcipuas Auguſti laudes collocet Horatius lib. IV. Odâ V:

Tutus bos etenim rura perambulat,
Nutrit rura Ceres, almaq. Fauſtitas.
Pacatum volitant per mare navitæ:
Culpari metuit fides. &c.

iterumque Odâ decimaquintâ:

——— tua Cæſar ætas,
Fruges & agris rettulit uberes;
Et ſigna noſtro reſtituit Iovi &c.

quæ minimè poetico ſtylo dictata eſſe, evincit Val. Maximus lib. IX. cap. XI: *Itaq. ſtat pax, valent leges; ſincerus privati ac publici officii tenor ſervatur.* loquitur de principatu Tiberii. Cui nihil cedit Velleius libro poſteriore: *Tum refulſit certa ſpes liberorum parentibus, viris matrimoniorum, dominis patrimonii; omnibus hominibus ſalutis, quietis, pacis, tranquillitatis: adeo ut nec plus ſperari potuerit, nec ſpei reſponderi felicius.* Ab ea cauſa prædicat Druſum lib. IV. cap. XII. Florus: *Denique in Germania pax erat, ut mutati homines, alia terra, cælum ipſum mitius molliusq. ſolito videretur.* Eodem etiam ſpectant Taciti verba, cùm quidam ſomniaſſet magnam vim auri latere in agro Carthaginenſi lib. XVI. Annal: *Ac forte Quinquennale ludicrum ſecundo luſtro celebrabatur: Oratoribusq. præcipua materia in laudem Principis aſſumpta eſt. Non enim tantùm ſolitas fruges, nec metallis confuſum aurum gigni; ſed novâ ubertate provenire terras, & obvias opes deferre Deos; quæque alia ſummâ facundiâ, nec minore adulatione ſervilia fingebant; ſecuri de facilitate credentis.* Quibus geminum germanum, quod ridet ſuo more Iuvenalis Satyra IV. cùm ingenti piſce donaretur Domitianus Imp.

Obſtitit intranti miratrix turba parumper.
Et ceſſit: facili patuerunt cardine valvæ.
Excluſi expectant admiſſa obſonia Patres.
Itur ad Atridem. tunc Picens, Accipe, dixit,
Privatis maiora focis. genialis agatur
Iſte dies: propera ſtomachum laxare ſaginis;
Et tua ſervatum conſume in ſæcula rhombum.
Ipſe capi voluit &c.

Allu-

Alluſit Papinius lib. v. Sylvarum in Priſcillam Abaſcantii verſu 144.

Florebant hilares inconcuſſiq́; penates;
Nil mæſtum. quid enim, quamvis inſida leviſq́;,
Cæſare tam dextro poſſet Fortuna timere?

Præterieram Mamertinum, niſi aure mihi vulſâ, vltrò dictaret è Genethliaco Maxim. Aug. dicto: *Reverà ſacer Imp. ſcimus omnes antequam vos ſalutem Reip. redderetis, quanta frugum inopia, quanta funerum copia fuit; fame paſſim morbiſq́; graſſantibus. Vt verò lucem gentibus extuliſtis, exinde ſalutares ſpiritus iugiter manant: nullus ager fallit agricolam, niſi quod ſpem ubertate ſuperat. hominum ætates & numerus augetur, rumpunt horrea condita meſſes, & tamen cultura duplicatur. ubi ſilvæ fuere, iam ſeges eſt. metendo & vindemiando defecimus.* Eâdem adhuc oratione: *Ecce autem ſubitò cùm iam deduci liburnas oporteret, tibi uberes fontes terra ſubmiſit, tibi largos imbres Iupiter fudit, tibi totis fluminum alveis Oceanus redundavit. itaq́; in aquas ſponte ſubeuntis impetum navigia fecerunt, levi modò commota nixu ducentium; quorum ad feliciſſimum illud exordium magis opus erat nautico carmine, quàm labore.* &c. Sed nec expedio me ab Latinio Pacato. ingerit enim e Panegyrico quem habuit de Theodoſio: *Illud dicam quod intellexiſſe hominem & dixiſſe fas eſt, talem eſſe debere qui à gentibus adoratur, cui toto orbe terrarum privata vel publica vota redduntur: à quo petit navigaturus ſerenum, peregrinaturus reditum, pugnaturus auſpicium.* Quid, quod ferè indignatur Vergilius haud ſe vocatum ad has partes? recinitque vaticinium ſuum ex Ecloga IV:

Iam nova progenies cælo demittitur alto.
Tu modò naſcenti puero, quo ferrea primum
Deſinet, ac toto ſurget gens aurea mundo,
Caſta fave Lucina: tuus iam regnat Apollo.
Teque adeo, decus hoc ævi, te Conſule inibit
Pollio, & incipient magni procedere menſes.
Te duce, ſi qua manent ſceleris veſtigia noſtri,
Irrita perpetuâ ſolvent formidine terras.
Ille Deum, & quæ ſequuntur.

Nec abſtinet eis quæ legimus lib. VI. Aeneid. verſu *791*:

Hic vir, hic eſt, tibi quem promitti ſæpius audis,
Auguſtus Cæſar, Divûm genus; aurea condet
Sæcula qui rurſus Latio, regnata per arva
Saturno quondam, &c.

Oſtentat item ſua Claudianus, entheata ore Phœbi, lib. II. de Laudib. Stiliconis verſu *454*:

Digitized by Google

En, cui diſtulimus melioris ſecla metalli,
Conſul adeſt. ite optati mortalibus anni,
Ducite virtutes hominum, floreſcite rurſum
Ingeniis hilares Baccho, frugumq́; feraces.
Non inter geminos anguis glaciale Triones
Sibilet, immodico nec frigore ſaviat Vrſa.
Non torvo fremat igne Leo, nec brachia Cancri
Vrat atrox aſtas, madida nec prodigus vrna
Semina, prarupto diſſolvat Aquarius imbre.
Phryxeus roſeo producat fertile cornu
Ver aries, pingues nec grandine tundat olivas
Scorpius, Autumni maturet gramina Virgo,
Lenior, & gravidis adlatret Sirius uvis.

Breviter quoque meminit è carmine ad Maioragium Sidonius.

Iam tunc imperium praſentis principis aureâ
Volvebant bona fata colu. ———

Quę omnia profectò; vt nihil aliud, ita notabiliter produnt virulentiam Epigrammatis in Tiberium à Tranquillo conſervati capite LIX:

Aurea mutaſti Saturni ſecula, Caſar.
Incolumi nam te ferrea ſemper erunt.

oſtenduntque quid voluerit Lāpridius fine Helegabali: *His iungendi ſunt Diocletianus aurei parens ſeculi, & Maximianus, vt vulgò dicitur, ferrei.* Eâdem imbutos opinione Gracos cur arbitrer, inducor à Senecâ, in Furente; ubi Hercules, ceu terrarum orbis Cenſor publicus ita loquitur:

———*Concipiam preces*
Ioue meque dignas. Stet ſuo calum loco,
Tellusque & Aether. Aſtra inoffenſos agant
Aeterna curſus. alta pax gentes alat.
Ferrum omne teneat ruris innocui labor,
Enſesq́; lateant. nulla Tempeſtas fretum
Violenta turbet. nullus irato Ioue
Exiliat ignis. nullus hibernâ nive
Nutritus agros amnis everſos trahat.
Venena ceſſent. nulla nocituro gravis
Succo tumeſcat herba. non ſavi ac truces
Regnent tyranni. ſi quod etiamnum eſt ſcelus
Latura Tellus; properet, &c.

quæ ne quis putet à furioſo dici aut adulanti; audiat eadem ferè ore Vlyſſis Homerici. Odyſſ. XIX. verſu *109*: ——— ἦ γάρ σευ κλέος οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει

Ὥς τε

Digitized by Google

Ὥς τί τευ ἢ βασιλῆος ἀμύμονος, ὅς τε θεουδὴς
Ἀνδράσιν ἐν πολλοῖσι καὶ ἰφθίμοισιν ἀνάσσων,
Εὐδικίας ἀνέχῃσι, φέρῃσι δὲ γαῖα μέλαινα
Πυροὺς καὶ κριθὰς, βρίθῃσι δὲ δένδρεα καρπῷ·
Τίκτῃ δ' ἔμπεδα μῆλα· θάλασσα δὲ παρέχῃ ἰχθῦς
Ἐξ εὐηγεσίης· ἀρετῶσι δὲ λαοὶ ὑπ' αὐτοῦ.
——*certè enim tua gloria ad cælum latum peruenit:*
Sicut alicuius regis inculpat, qui Deum colens
Viris multis & fortibus imperans
Iura tribuit: fert verò terra nigra
Tritica & hordea: grauantur autem arbores fructu.
Pariunt verò firma pecora; mare autem præbet piſces
Ex recta adminiſtratione: feliciter degunt populi ſub ipſo.

Idem obtinuiſſe apud Gallos, indicio eſt Liuius lib. v: *Priſco Tarquinio Romæ regnante, Celtarum quæ pars Galliæ tertia eſt, penes Bituriges ſumma imperij fuit; ij Regem Celtico dabant. Ambigatus is fuit, virtute fortunâq; cùm ſuâ tum publicâ præpollens; quòd in imperio eius Gallia adeò frugum hominũque fertilis fuit, vt abundans multitudo vix regi videretur poſſe, &c.* Adeo vt iam non nimium inſolens ſit quod habemus Ammiani lib. XXVIII. de Burgundis: *Apud hos generali nomine rex appellatur Hendinos, & ritu veteri, poteſtate depoſitâ remouetur, ſi ſub eo fortuna titubauerit belli, vel ſegetum copiam negauerit terra: quemadmodum ſolent Aegyptij caſus eiuſmodi adſignare rectoribus, &c.* Habuit hæc talia ante animi oculos Dio Pruſæus Oratione XXV. vbi copiosè oſtendit Genios ciuitatum, ac prouinciarum, nihil eſſe aliud quàm Principes earundem ac Rectores; ipſiſq; ciuitatibus ac prouinciis modò benè, modo malè ſuccedere tum publica tum priuata, pro vt illi vitam inſtituerint bonam malamve. Nec abhorruiſſe ab hac opinione Chriſtianos, indicat, inter D. Auguſtini ſcripta auctor libri de XII. Abuſionum gradibus: *Qui regnum ſecundum hanc legem non diſpenſat; multas nimirum adverſitates imperij tolerat. idcirco enim pax populorum ſæpe rumpitur, & offendicula de regno ſuſcitantur; terrarum quoque fructus deminuuntur, & ſeruitia populorum impediuntur; multi & varij dolores proſperitatem regni inficiunt, charorum & liberorum mortes triſtitiam conferunt; hoſtium incurſus prouincias vndiq; vaſtant; beſtiæ armenmentorum & pecorum greges dilacerant, tempeſtates aëris & hemiſphæria turbata terrarum fœcunditatem & maris miniſteria prohibent; & aliquando fulminum ictus ſegetes, & arborum flores & pampinos quoſque exurunt.* & paulò pòſt: *Ecce quantum iuſtitia regis ſæculo valet, intuentibus perſpicuè patet. Eſt enim pax populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, munimen-*

tum gentis, cura languorum, gaudium hominum, temperies aëris, ſerenitas maris, terraq; fœcunditas, ſolatium pauperum, hereditas filiorum, &c. Quæ ſi quis in dubium vocaverit, is adeat Samuelis lib. II. cap. XXIV. vbi tota punitur Iudæa ob Davidis recenſum, conſulatque eius hiſtoriç Interpretes. nam ego taceo; veritus audire, *ſutor ſupra crepidam.* Interea quandoquidem fama temporum conſerentur Imperantes; obtinuit, vt ſi quis laudaret ſçculum ſuum, laudaret etiam ipſum principem; ſi quis ſæculo convitium faceret, convitiaretur Principi. Vtriuſq; exēpla, per ſaturam, hæc ſunt. Accuſato, paribusque ſententiis abſoluto, impingitur lib. III. Controv. II: *Non abſolutus parricida, ſed dubius. Vt abſoluaris, multis tibi ſententiis opus eſt: vt damneris, vnâ. Non abſoluerunt reū, ſed ſæculo pepercerūt.* Sed & magiſtratus deprecatur lib. X. Apuleii Metamorph. *vt ritè & more maiorū, iudicio reddito, & vtrinſecus allegationibus examinatis, civiliter ſententia promeretur; nec adinſtar barbaricæ feritatis vel tyrannicæ impotentiæ, damnaretur aliquis inauditus: & pace placidâ tam dirum ſæculo proderetur exemplum.* Deq; M. Antonio Philoſopho Capitolinus. *In conſcios defectionis vetuit Senatum grauiter vindicare, ſimul petiit nequis Senator tempore principatus ſui occideretur; ne eius pollueretur imperium.* Itaque cùm extet oratione M. Lepidi apud Tacitū lib. III. Annal: *Si P.C. vnum id ſpectamus, quàm nefariâ voce Lutorius Priſcus mentem ſuam & aures hominum polluerit; neque carcer, neq; laqueus, ne ſerviles quidem cruciatus in eum ſuffecerint. ſin flagitia & facinora ſine modo ſunt, ſuppliciis ac remediis Principis moderatio, maiorumque & veſtra exempla temperant, & vana, &c.* id iterum ſiç quaſi interpretatur apud eundem lib. XIV. Annal. Pętus Thraſea; *Non quicquid nocens reus pati meretur, id egregio ſub Principe, & nullâ neceſſitate obſtricto Senatu, ſtatuendum diſſeruit. carnificem & laqueum pridem abolita, & eſſe pœnas legibus conſtitutas, quibus, ſine iudicum ſævitiâ & temporum infamiâ, ſupplicia decernerentur.* Ab eo eſt, quod occurrat apud Caſsiodorum; alibi, *Populi quies, præconium regnantium*; alibi, *populi ſecuritas, ornatus principis eſt*; deniq;, *Populorum ſalus, principum gloria*, aliaque his ſimilia. Indç & ex oppoſito Imperator Gordianus; *Temporum meorum diſciplina non patitur*: Diocletianus verò & Maxim: *Abhorret à ſæculo noſtro*; item, *Contra ſæculi noſtri tranquillitatem, &c.* lib. II. Cod. tit. XVIII. Theodoſius, Arcad. & Honor: *Turbulentus obtrectator temporum noſtrorum &c.* Lib. IX Cod. tit. VII. ὅπερ ἐπὶ τοῖς ἡμετέροις συμβῆναι χρόνοις οὐκ ἠβουλόμεθα: *Vellemus non accidiſſe noſtris temporibus.* Iuſtinianus Novella XXXIX. cap. II. Quò etiam referas Epigramma Martialis totum LXXII. lib. IX:

Dixe-

Dixerat, o mores! o tempora! Tullius olim
Sacrilegum ſtrueret cùm Catilina nefas. &c.

Nec aliter capiendus verſus eiuſdem libri Epig. XXVIII: *Et cum theatro ſæculoque rixaris.* Iſto quoque modo accipienda Plinii lib. VII. Epiſtola poſtrema: *D. quidem Nerva, non mihi ſolum, verum etiam ſæculo eſt gratulatus, cui exemplum ſimile antiquis contigiſſet.* Etiam Lucani lib. VIII. Pharſaliæ, ubi agit de Lesbienſibus:

——tali pietate virorum
Lætus in adverſis, & mundi nomine gaudens
Eſſe fidem: nullum toto mihi, dixit, in orbe
Gratius eſſe ſolum, &c.

quibus in verſibus non aliter tenentur Interpretes, quàm glutine aviculæ. malè malè: vult enim poeta gaviſum Pompeium, non tam ſui quàm ſæculi cauſsâ, inventos adhuc qui miseris ſubvenirent, fidemq; haberent ſacram. Quare cùm lego apud Suetonium de Auguſto cap. XXXIII: *Manifeſti parricidii reum, ne culeo inſueretur, quòd nonniſi confeſſi afficiebantur hac pœna, ita fertur interrogaſſe: Certè patrem tuum non occidiſti*; obſervo quidem primò non fuiſſe culeũ niſi parricidarum confitentium; deinde, pependiſſe nonnunquam ſalutem perniciemque rei ab interrogatione iudicis: interim, & tertium hinc eruo: Auguſtum videlicet hâc interrogatione tam ſibi faviſſe, quàm parricidæ; utpote cui conſtaret vitia populi, imputari regentibus: itaque nimium quantum denigratum iri felicitatem ſæculi ſui ſcelere iſto omnium ſummo. Nam planè monſtrũ reſipit dictum Caligulæ, de quo in vita eius Suetonius cap. XXXI: *Queri etiam palàm de conditione temporum ſuorum ſolebat, quod nullis calamitatibus publicis inſignirentur. Auguſti principatum clade Varianâ; Tiberii, ruinâ ſpectaculorum apud Fidenas memorabilem factum. ſui oblivionem imminere proſperitate rerum. Atque identidem exercituum cædes, famem, peſtilentiam, incendia, hiatum aliquem terræ optabat.* Quod gnarum Plinio; qui de ſimili portento, Domitianum puto, ita loquitur lib. IV. Epiſtola XI: *Nam cùm Corneliam Veſtalium maximam defodere vivam concupiſſet; ut qui illuſtrari ſæculum ſuũ eiuſmodi exemplo arbitraretur. &c.* Pari verborum honore Syllam excipit Val. Maximus lib. IX. cap. II: *Quatuor millia & ſeptingentos diræ proſcriptionis edicto iugulatos, in tabulas publicas retulit; videlicet ne memoria tam præclaræ rei dilueretur.* Ideoque invidiosâ interrogatione Antigone Papinii, lib. XI. Thebaidos verſu 730:

——nam quæ migranti externa patebunt
Mœnia? vis Argos eat, hoſtiieſq; Mycenas
Squallidus irreptet? victiq; ad limen Adraſti

Aonias narret clades? tenuemq́; precetur
Rex Thebanus opem? Miſera quid crimina gentis
Pandere, quid caſus iuvat oſtentare pudendos?
Conde precor, quodcunq́; ſumus.

Huic mori dum attendunt, expreſſum videas, apud Livium quidem poſt ſeditionem ad Sucronem verbis Scipionis lib. XXVIII: *Auferat omnia irrita oblivio, ſi poteſt: ſi non; utcunque ſilentium tegat*: apud Ciceronem verò de bello Mithridatico, Orat. pro Flacco: *Liceat hac nobis, ſi oblivisci non poſſumus; at tacere.* Iterum pro Plancio: *Nam Opimii quidem calamitas utinam ex hominum memoria poſſet evelli! vulnus illud Reip. dedecus huius imperii, turpitudo populi Rom. & non iudicium putandum eſt.* Extat & in Lucano circa pugnam Pharſalicam lib. VII:

Hanc fuge mens partem belli, tenebriſq́; relinque:
Nullaq́; tantorum diſcat me vate malorum
Quàm multum bellis liceat civilibus, ætas.
Ah potius pereant lacrimæ, pereantq́; querelæ.
Quicquid in hac acie geſſiſti, Roma, tacebo.

Statius præterea lib. V. Sylv. Protrept. ad Criſpinum à matre tentatum veneno, verſu 88:

Excidat illa dies ævo, ne poſtera credant
Sæcula! nos certè taceamus; & obruta multâ
Nocte tegi propriæ patiamur crimina gentis.

Non ineptè igitur Arcadii atque Theodoſii decretum: *Omnes res Eutropii, qui quondam præpoſitus ſacri cubiculi fuit, ærarii noſtri calculis adiũximus, erepto ſplendore eius & Conſulatu à tetrâ inluvie, & à commemoratione nominis eius, & cænoſis ſordibus vindicato, ut eiuſdem univerſis actibus antiquatis, omnia muteſcant tempora, nec eius enumeratione ſæculi noſtri labes appareat, nec ingemiſcat, aut qui ſuâ virtute ac vulneribus Romanos fines propagant, vel qui eoſdem ſervandi iuris æquitate cuſtodiunt, quod divinum præmium Conſulatus lutulentum prodigium contagione fœdavit &c.* Conſule locum Cod. Th. lib. IX. tit. XL. Nec inconcinnè Tiberius, *cùm Val. Meſſalinus ſignum aureum in æde Martis Vltoris, Cæcina Severus aram Vltioni ſtatuendam cenſuiſſet; prohibuit: ob externas ea victorias ſacrari dictitans; domeſtica mala triſtitiâ operienda*; inquit Tacitus lib. III. Annal. qui mirum, niſi reſpexerit ad Iul. Cæſarem, de quo ſic Plinius lib. VII. cap. XXV: *Præter civiles victorias, undecies centum & XCII millia hominum occiſa præliis ab eo, non equidem in gloria poſuerim; tantam etiam coactam humani generis iniuriam: quod ita eſſe, confeſſus eſt ipſe, bellorum civilium ſtragem non prodendo.* Adeo ut non ſine ratione dictaverit orat. cõtra Græcos Tatianus:

Πάνυ

Digitized by Google

Πάνυ γενναῖος μὲν καὶ ὁ τύραννος Φάλαρις, ὃς τοὺς ἐπιμαστιδίους θοινώμενος παῖδας, διὰ τῆς Πολυστράτου τοῦ Ἀμπρακιώτου κατασκευῆς μέχρι νῦν ὥς τις ἀνὴρ θαυμαστὸς δείκνυται. καὶ οἱ μὲν Ἀκραγαντῖνοι βλέπειν αὐτοῦ τὸ πρόσωπον τὸ προσφερόμενον διὰ τὴν ἀνθρωποφαγίαν ἐδεδίεσαν· οἷς δὲ μέλον ἐστὶ παιδείας, αὐχοῦσιν, ὅτι δὴ εἰκόνος αὐτὸν θεωροῦσι. πῶς γὰρ οὐ χαλεπὸν ἀδελφοκτονίαν παρ' ὑμῖν τιμῆσθαι, οἱ Πολυνείκους καὶ Ἐτεοκλέους ὁρῶντες τὰ σχήματα· καὶ μὴ σὺν τῷ ποιήσαντι Πυθαγόρᾳ καταβορθώσαντες; ἐναπόλλοιτο τῆς κακίας τὰ ὑπομνήματα &c. *Egregius ſcilicet fuit tyrannus ille Phalaris, qui lactentes adhuc infantes vorauit, & expreſſus ingenio Polyſtrati, tamquam vir aliquis admirandus, etiamnum oſtenditur. Et cum Agrigentini faciem eius anthropophagiâ contaminatã intueri abhorreant, non deſunt literati homines qui imaginem eius vidiſſe glorientur. Quis non vitio vobis vertat, quod Polynicis & Eteoclis imagines ſpectando mutuam fratrum cædem probare videamini, & non potius eas unà cum ipſarum artifice Pythagorâ peſſundetis? Pereant iſta, unde vitiorum memoria menti renouatur. &c.*

Ac tamen ferenda regum ingenia; neq; uſui crebras mutationes. Lib. XII. Annal.

ADmodum conſulit maieſtati Regum quòd legimus Plutarchi Agide: Βασιλεῖ Λακεδαιμονίων οὐδὲ οἱ πολέμιοι ῥαδίως ἐν ταῖς μάχαις ἀπαντῶντες προσέφερον τὰς χεῖρας, ἀλλ' ἐξετρέποντο, δεδιότες καὶ σεβόμενοι τὸ ἀξίωμα. διὸ καὶ πολλῶν γεγονότων Λακεδαιμονίοις ἀγώνων πρὸς Ἕλληνας εἷς μόνος ἀνῃρέθη πρὸ τῶν Φιλιππικῶν, δόρατι πληγεὶς περὶ Λεῦκτρα, Κλεόμβροτος: *Regem Lacedæmoniorum ne hoſtes quidem temerè, cùm occurreret eis in acie, attingebant; ſed deflectebant, verentes venerantesque eius maieſtatem. Itaq; multis in conflictibus, quos conſeruerunt cum Græcis Lacedæmonii, unus ante Philippi auum lanceâ ictus cecidit in Leuctris Cleombrotus.* Nec minus ei fauet illud quod extat Nicolai libello de moribus Perſarum: Ἐὰν δέ τινα προστάξῃ βασιλεὺς μαστιγῶσαι, εὐχαριστεῖ, ὡς ἀγαθοῦ τυχὼν, ὅτι αὐτοῦ ἐμνήσθη βασιλεύς: *Regi gratias agit, ab eo flagellari iuſſus, tanquam feliciter ſecum actum ſit, quod rex eius meminerit.* In talibus certè tralucet indoles tum pia, tum ultioni minimè addicta, qualem æui noſtri hominibus optemus potiùs quàm ſperemus. nam ut hodiè quidem viuitur; nihil minus inuiolabile quàm principes. imò ferè ubique

——Deſtrictus enſis iis ſuper aureâ
Ceruice pendet.

peſſimè tamen. quippe, ſi omnia exigamus ad amuſſim iuſtæ rationis; nihil tam enormiter delinquere poteſt Poteſtas, ut eam toruè intueamur; ne-

dum convitiis impetamus; multo minus pulſemus, aut tollamus. At; ut omittam, Reges ſacroſanctos eſſe vel ideo quod Deum nobis repræſentent; tales inſuper ſunt ob ius quod eis in nos ; parentes ſcilicet, & quidem publici. Noverat iſtud Lyſimachus, quem affirmat, leoni iam obiectum ab Alexandro Magno libro x v. abbreviator Trogi; *Magno animo, regis, velut parentis, contumeliam tuliſſe.* Religioſè. nam Imperatoribus, ut eſt apud Dionem Caſſium lib L I I I: Καὶ ἥ γε τοῦ πατρὸς ἐπωνυμία τάχα μὲν καὶ ἐξουσίαν τινὰ αὐτοῖς, ἣν ποτε οἱ πατέρες ἐπὶ τοὺς παῖδας ἔσχον, κατὰ πάντων ἡμῶν δίδωσιν· οὐ μέντοι καὶ ἐπὶ τοῦτο ἀρχὴν ἐγένετο, ἀλλ' ἔς τε τιμὴν καὶ ἐς παραίνεσιν, ἵνα αὐτοί τε τοὺς ἀρχομένους, ὡς καὶ παῖδας ἀγαπῶσιν, καὶ ἐκεῖνοι σφᾶς, ὡς καὶ πατέρας αἰδῶνται: *Patris nomen tametſi aliquod ius in nos omnes tribuit quale patribus olim erat in liberos; tamen initio non in hunc finem eis impoſitum eſt, ſed honoris gratiâ; utque admonitioni eſſet ipſis, ut ſubditos inſtar liberorum diligerent, hiq; rurſus ipſos veluti patres revererentur.* Et verò ſi id etiam utrinque obſervaretur, ô beatos Principes! ô beatos populos! Ceterùm ut nemini non è vulgo ſic utcumque conſtet, quantum debeat genitoribus ſuis; pauca quædam ſcriptorum meliorum ſemina ſpargam in publicum, bonâ ſub ſpe, ſi in nullius animum radices egerint, at nemini tamē datura damnum vel malum. Atque inter primos quidem cenſet lib. x I. de Legibus Plato: Γονέων δὲ ἀμελεῖν, οὔτε θεὸς οὔτε ἄνθρωπος νοῦν ἔχων ξύμβουλος ποτὲ γένοιτ' ἂν οὐδεὶς οὐδενί &c: *Parentes negligere neque Deus, neque homo ſanæ mentis compos cuiquam unquam erit auctor* & cetera quę inde petantur. Sed & dictum eſt Ariſtotelis lib. I X. cap. I I. Eth c: *Parentibus exhibendam* τιμὴν καθάπερ θεοῖς. nec mirum, cùm teſte Tullio orat. pro Plancio. *Parens non multò ſecus liberis ſit quàm Deus.* Præclarè Plutarchus de Fraterno amore. Πάντες λέγουσι καὶ ᾄδουσιν, ὡς γονεῦσι τιμὴν μετὰ θεοὺς πρώτην καὶ μεγίστην ἥ τε φύσις, ὅ τε τὴν φύσιν σώζων νόμος ἀπέδωκε· καὶ οὐκ ἔστιν ὅ τι μᾶλλον ἄνθρωπος κεχαρισμένον θεοῖς δρῶσιν, ἢ τοκεῦσιν αὐτῶν καὶ τροφεῦσι παλαιὰς ἐπὶ νέαις δανεισθείσας χάριτας εὐμενῶς καὶ προθύμως ἐκτίνοντες. οὐδ' αὖ πάλιν μείζων ἐπίδειξις ἀθέου γίγνεται τῆς περὶ γονεῖς ὀλιγωρίας καὶ πλημμελείας. διὸ τοὺς μὲν ἄλλους κακῶς ποιεῖν ἀπείρηται, μητρὶ δ' αὐτοῦ καὶ πατρὶ τὸ μὴ παρέχειν ἑαυτοὺς δρῶντας ἀεὶ καὶ λέγοντας ἀφ' ὧν εὐφραινοῦνται, κἂν μὴ προσῇ τὸ λυπεῖν, ἀνόσιον ἡγοῦνται καὶ ἄθεσμον: *Omnes hoc dicunt & canunt, primum ſecundùm Deos honorem ac præcipuum parentibus Naturam ac Legem naturæ deſtinaſſe: neque Diis quicquam gratius homines facere, quàm ſi parentibus alumniſque ſuis veteres ſuper novis feneratas gratias benignè atq; alacriter perſolvant. neque contra maius eſt argumentum impietatis, quàm parentum deſpicatus & in eos iniuria. Itaque interdictum eſt nobis, ne aliis malè faciamus: matri autem & patri non ita ſe dare ut ſemper ea dicas atque agas, quibus lætentur, etiamſi moleſtiam præterea nullam adferas, impium iniuſtumq; habetur.*

tur. ſic ille. Cuius verbis poſtremis valde affinia ſunt iſta Lycurgi contra Leocratem: Παρ' ὧν γὰρ τὴν ἀρχὴν τοῦ ζῆν εἰλήφαμεν, καὶ πλεῖστα ἀγαθὰ πεπόνθαμεν, εἰς τούτους μὴ ὅτι ἁμαρτεῖν, ἀλλ' ὅτι μὴ εὐεργετοῦντας τὸν αὑτῶν βίον καταναλῶσαι, μέγιστον ἀσέβημά ἐστι: *A quibus enim principium vitæ accepimus, plurimiſque beneficiis aucti ſumus; adverſus hos non ſolùm peccare, verùm niſi beneficium compenſando vitā ipſam impendamus, ſumma eſt impietas.* Egregiè quoq; libro de mulieris harmonia Perictiones: Οὔτε λέξαι δεῖ κακὸν γονέας, οὔτε ἔρξαι· πείθεσθαι δὲ μικροῖσί τε καὶ μεγάλοισι γονεῦσιν· ἐν πάσῃ δὲ ψυχῆς τε καὶ σώματος τύχῃ, καὶ τῆς ἔξωθεν, καὶ ἔν τε εἰρήνῃ ἢ πολέμῳ, καὶ ὑγιείῃ, καὶ πλούτῳ καὶ ἀπορίῃ, καὶ δόξῃ καὶ ἀδοξίῃ, καὶ ἰδιώτῃσι καὶ ἄρχουσιν, ὁμουρέειν δεῖ καὶ φεύγειν μηδέποτε· πείθεσθαι δὲ μονονουχὶ καὶ μανίῃ· πεπνυμένα γὰρ ταῦτα καὶ κρήγυα τοῖσιν εὐσεβέεσιν. εἰ δέ τις γονέας ὑπερφρονέοιεν, ἰδέῃ κακῶν ταύτῃ καὶ ζώσῃ καὶ θανούσῃ ἁμαρτία πρὸς Θεοῖσι γράφεται, ὑπό τε ἀνθρώπων μισέεται, καὶ ὑπὸ γῆν μετὰ τῶν ἀσεβέων ἐν τουτέῳ τῷ χώρῳ δι' αἰῶνος κακοῖσιν ἀπλεομένη ὑπὸ δίκης καὶ τῶν ἔνερθεν Θεῶν, οἳ τούτων ἐπίσκοποι ἐτάγησαν τῶν πρηγμάτων. θείη γὰρ καὶ καλὴ ὄψις γονέων. καὶ ἡ τουτέων ὄψις καὶ θεραπείη, ὁκόσῃ οὐδὲ ἡλίου, οὐδὲ πάντων ἄστρων, τὰ οὐρανὸς ἐναψάμενος ἀμφιχορεύει, καὶ εἴ τι ἄλλο δοκέει τις χρῆμα μεῖζον εἶναι, καὶ θεωρίην ἐόντων. δοκέω δὲ μὴ Θεοὺς φρονέειν, ὁκότε τοῦτο ὁρέωσι γιγνόμενον. καὶ ζῶντας οὖν καὶ ἀποιχομένους σέβειν χρή, καὶ μηδέ ποτε ἀντιλεχάειν. ἀλλ' ἢν καὶ ἀγνοέωσι νόσῳ, ἢ ἀπάτῃ, παρηγορέειν καὶ διδάσκειν, ἐχθραίνειν δὲ μηδαμῆ. μείζων γὰρ ἁμαρτίη καὶ ἀδικίη ἀνθρώπων οὐκ ἂν γένοιτο, ἢ εἰς πατέρας ἀσεβέειν: *Mali quicquam parentibus nec dicto neque facto exhibere oportet: ſed obedire cuiuscunque conditionis fuerint. Item in quacunque corporis, animi, rerumve externarum fortunâ, in pace, bello, ſanitate, morbo, divitiis, paupertate, gloria, infamia, ſive privatis, ſive in magiſtratu conſtitutis parentibus, adeſſe ipſis oportet, nec unquam deſerendi ſunt: obediendumque tantum non etiam inſanis. Hæc enim ſapienter & rectè fieri à piis hominibus exiſtimantur. Contemptus autem parentum, peccati genus eiusmodi eſt, quod in vivis ſimul atque defunctis divinitus damnatur, ab hominibus odio habetur, & ſub terrâ in loco impiorum unà cum reliquis improbis perpetuò punitur à Iuſtitia & Infernalibus Diis, qui his rebus inſpiciendis deſtinati ſunt. Honeſtiſsima enim eſt, imò divina parentum facies. & aſpectus cultusque eorum tanti fieri debet, quanti nec ſolis fit, neque omnium ſiderum, quæ gratiſsimas cæli choreas conſtituunt; aut ſi qua alia res iſtis maior à quoquam æſtimatur. Deos equidem arbitror, ſi contemni parentes viderint, haudquaquam id eſſe toleraturos. Quamobrem & vivos & mortuos colere par eſt nec unquam eis contradicere. Verùm ſi quid ignorent, morbi aut animi deceptionis vitio, conſolari atque docere oportet: odiſſe nequaquam. Maius enim inter homines peccatum admitti nequit, quàm erga parentes impietas.* Admodū floridè. ſuntq; eiuſdē, aut veris aut horti, iſta Hieroclis libro de officio liberorū: Τοὺς δὲ δευτέρους καὶ ἐπιγείους τινὰς Θεοὺς εἰπών, οὐχ ἁμαρτάνοι τις ἕνεκά γε τῆς ἐγγύτητος, εἰ

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

θέμις εἰπεῖν, καὶ Θεῶν ἡμῖν τιμιωτέρους. προλαβεῖν δὲ ἀναγκαῖόν ἐστι, ὡς μόνον μέτρον τῆς πρὸς αὐτοὺς εὐχαριστίας ἡ διηνεκὴς καὶ ἀνένδοτος προθυμία πρὸς τὸ ἀμείβεσθαι τὰς εὐεργεσίας αὐτῶν. ἐπεί τοι γὰρ πολὺ καταδεέστερα, κἂν πάνυ πολλὰ πράξωμεν ὑπὲρ αὐτῶν. ἀλλ' ὅμως κινδυνεύει καὶ ταῦτ' ἐκείνων ἔργα τυγχάνειν, ὅτι καὶ ἡμᾶς τοὺς ταῦτα πράττοντας ἐκεῖνοι πεποιήκασιν. ὥσπερ οὖν τὰ ὑπὸ Φειδίου καὶ τῶν ἄλλων τεχνιτῶν ἀπεργασθέντα, εἴπερ καὶ αὐτὰ ἕτερά τινα κατεσκεύαζεν, οὐκ ἂν ὠκνήσαμεν καὶ ταῦτα τῶν τεχνιτῶν ἔργα φάσκειν· οὕτως εἰκότως καὶ τὰ ὑφ' ἡμῶν δρώμενα, λέγοιμεν ἂν εἶναι τῶν γονέων ἡμῶν ἔργα, δι' οὓς καὶ ἡμεῖς γεγόναμεν. πρὸς οὖν τὴν εὐμεταχείριστον ἐπ' αὐτοὺς καθηκόντων αἵρεσιν, κεφαλαιώδη τινὰ χρὴ προβαλλομένους λόγον, ὅπερ ἐν προχείρῳ διηνεκὲς ἔχειν· ὡς οἱ γονεῖς Θεῶν ἡμῖν εἰκόνες, καὶ νὴ Δία Θεοὶ ἐφέστιοι καὶ εὐεργέται, καὶ συγγενεῖς, δανεισταί τε καὶ κύριοι, καὶ φίλοι βεβαιότατοι. Θεῶν τε γὰρ εἰκόνες βεβαιόταται, καὶ ὑπὲρ τὰς τῶν τεχνῶν δυνάμεις, καθηγουμένους τῆς ἐμφερείας. Θεοί τε γὰρ ἐστιοῦχοι, καὶ συνδίαιτοι ἡμῖν. ἔτι δ' εὐεργέται μέγιστοι, καὶ παρεσχημένοι τὰ μέγιστα, καὶ μὰ Δί' οὐχὶ μόνον ἃ ἔχομεν, ἀλλὰ καὶ ὅσα παρέχειν ἐβουλήθησαν, ἅτε καὶ εὔξαντο: *Si quis ergo parentes, ſecundos ac terreſtres quoſdam Deos dixerit, non errabit, cùm nobis propter vicinitatem, ſi dicere fas eſt, vel ipſis Diis honorabiliores ſint. Neceſſarium autem eſt exiſtimare vnum erga ipſos gratitudinis modum eſſe, perpetuam & nunquam remittentem beneficia ipſorum rependendi animi promptitudinem. Quantumvis enim multa in eorum gratiam fecerimus, ſemper tamen inferiora erunt omnia, quàm eſſe deberent. Quin etiam propemodum actiones noſtræ omnes illorum videri poſſunt, vt qui nos etiam hæc agentes produxerint. Quemadmodum enim Phidiæ aut aliorum artificum opera; ſi & ipſa rurſus alia quæpiam facerent, ea quoque non dubitaremus opera nominare artificum: eodem modo actiones etiam noſtræ parentum noſtrorum opera eſſe dicentur, per quos & nos nati ſumus. Vt igitur in promptu habeamus, quibus officiis erga parentes obſtringamur, ſummariam hanc ſententiam ſemper animo verſare oportet: Quòd parentes Deorum nobis imagines ſint, & per Iovem Dij lares, ſeu domeſtici beneficiorum autores, cognati, creditores, domini, & amici conſtantiſſimi. Sunt enim Deorum imagines certiſſimæ, & ſimilitudinem eorum nobis referunt melius, quàm vllius artis facultas exprimere poſſit: cùm tanquam Dij domus patroni & nobis familiares ſint. Beneficiorum item maximorum nobis autores ſunt, & maxima quæq; præſtant, non quidem eà ſolùm quæ habemus ſed quicquid nobis exhibere & optare voluerint.* Quibus verbis poſtremis tanquã iucũdior Echo adſonat Philo Iudæus libro de Decalogo: *Παίδων γὰρ οὐδὲν ἴδιον, ὃ μὴ γονέων ἐστὶν, ἢ οἴκοθεν ἐπιδεδωκότων, ἢ τὰς αἰτίας τῆς κτήσεως ἐπιπαρεσχομένων: Filiorum nihil eſt proprium quod non parentibus debeant; à quibus vel acceperunt, vel in acquirendo adiuti ſunt.* Pariaque his Ariſtoxenus lib. IV. Sent. Pythagor: *Νομίζειν δὲ ἃ κέκτηται καὶ ἔχει πάντα εἶναι τῶν γεννησάντων καὶ θρεψαμένων, πρὸς τὸ παρέχειν αὐτὰ εἰς ὑπηρεσίαν ἐκείνοις κατὰ δύναμιν πᾶσαν, δεχόμενον ἀπὸ τῆς οὐσίας, δι' ὅπερ*

τὰ τοῦ σώματος, τρίτα τὰ τῆς ψυχῆς ἀποτίνοντα δανείσματα, ἐπιμελείας τε καὶ ὑπὲρ πονούντων ὠδῖνας παλαιὰς ἐπὶ νέοις δανεισθείσας, ἀποδιδόντα καὶ παλαιοῖς ἐν τῷ γήρᾳ σφόδρα κεχρημένοις. παρὰ δὲ πάντα βίον, ἔχειν τε καὶ ἐσχηκέναι χρὴ πρὸς αὐτοὺς γονέας εὐφημίαν διαφερόντως. διότι κούφων καὶ πτηνῶν λόγων, βαρυτάτη ζημία. πᾶσι γὰρ ἐπίσκοπος τοῖς περὶ τὰ τοιαῦτα ἐτάχθη, δίκης Νέμεσις ἄγγελος. θυμουμένοις γε οὖν ὑπείκειν δεῖ, καὶ ἀποπιμπλᾶσθαι τὸν θυμὸν, ἐάν τε ἐν λόγοις, ἐάν τε ἐν ἔργοις δρῶσι τὸ τοιοῦτον, συγγιγνώσκοντα, ὡς εἰκότως μάλιστα πατὴρ υἱεῖ δοξάζων ἀδικεῖσθαι θυμοῖτ' ἂν διαφερόντως: *Putare enim quiſque debet, omnia qua poſſidet, eorum eſſe qui genuerunt & educarunt, ita vt illis hac omnia pro viribus miniſtrare debeat, primum quidem externa bona, deinde etiam corporis, poſtremò qua ad animum pertinent; hac omnia videlicet mutuo data perſolvens, & pro curis doloribusque priſcis parentum, in ſenectâ recentes reddens, quando maximè indigent. In verbis quin etiam per totam vitam parentes venerari maximè decet. Levium enim volatiliumque verborum graviſſima imminet pœna. Nam omnibus præpoſita eſt Nemeſis iudicij angelus, huiuſcemodi omnium conſideratrix. Oportet itaque iratis animumque explentibus cedere, ſeu verbis ſive rebus id faciant; non ignorantes patrem iure admodum filio valdè ſuccenſere, ſi quando ab eo iniuriam ſibi fieri arbitretur.*

Rotundè Nazianzenus in Dyſtichis.

ῬΕῖα κεν ἀρνήσαιτο Θεὸν μέγαν, ὃς φυτῆρα·

Deum ille facilè abiurarit, qui parentem ſuum negat.

Et ſtrictim D. Auguſtinus lib. de decem plagis: *Caninum eſt parentes non agnoſcere.* Nec ſecus Seneca lib. III: de Benef. cap. I: *Parentes ſuos non amare impietas eſt, non agnoſcere inſania.* Haud abſurdè quoq; Chryſologus Serm. II: *A ſe migrat, & ab homine totus tranſit in beſtiam, paterna pietatis immemor, gratia genitoris oblitus.* Vnde nec præpoſtera oratio liberorum Herodis apud Ioſephum lib. XVI. Antiq. cap. VIII: Οὐχ οὕτως ὁ βίος ἡμῖν τίμιος, ὡς ἔχειν αὐτὸν ἐπ' ἀδικίᾳ τοῦ δεδωκότος: *Nec enim vſq; adeo cara nobis eſt vita, vt eam cum auctoris moleſtiâ retinere velimus.* Signatéq; Theodoricus Rex lib. III. Epiſt. XXIV: *Peſſimè contra parentes erigitis brachium, pro quibus conſtat glorioſè moriendum.* Probè: *Etenim ſi (id quod præclarè à ſapientibus dicitur) vultu ſæpè læditur pietas: quod ſuppliciũ ſatis acre reperietur in eũ, qui mortẽ obtulerit parenti; pro quo mori ipſum, ſi res poſtularet, iura diuina atq; humana cogebãt?* inquit Tullius. Cui congruẽter neſcio quis apud Senecã lib. III cap. IV. Controv: *Vt à patria poteſtate diſcedas, & ad æſtimationẽ beneficij venias; qui dat vitam, ſi prior accepit, non obligat ſed reddit.* Inde acutè D. Ambroſius in Lucę cap. XVIII: *Illi debes quod habes; cui debes quod es.* Ergo iure tantùm ſuo vtitur, cùm inquit Coriolano ſua mater: Οὐδέ γε Οὐολούσκων οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων εὐεργεσίαι συμπάντων καὶ χάριτες τοσοῦτον

ἰσχύ-

ἰσχύσουσιν, οὐδ' ἂν οὐρανομήκεις γίνωνται, ὥστε τὰ τῆς φύσεως ἐξαλεῖψαι καὶ παρελθεῖν δίκαια· ἀλλ' ἐμὸς ἅπαντα τὸν χρόνον ἔσῃ, καὶ πρώτῃ πάντων τὰς τοῦ βίου χάριτας ὀφλήσεις μοι, καὶ ἃ ἂν δέωμαι, δίχα προφάσεως ὑπουργήσεις. τοῦτο γὰρ ὁ τῆς φύσεως νόμος ὥρισεν ἅπασι τοῖς αἰσθήσεως καὶ λόγου μετειληφόσι τὸ δίκαιον: *Nec Volſcorum reliquorumve hominum omnium beneficia, etiamſi cælum attingant magnitudine, tantum apud te valere ſines, ut his natura ius violari & aboleri patiaris: ſed meus eris omni tempore, mihique omnium prima debebis accepta vitæ gratiam, & ſine cauſſatione meis obſequêris precibus. hanc enim legem natura præſcripſit omnibus qui ſenſus & rationis ſunt participes*: Dionyſ. Halicarn. Antiq. Rom. lib. VIII. Nec plus ſibi ſumit quàm debet pater apud Quintilianum Declamat. V: *Clauſerim paternos penates; de teſtamento, de ſpe ſucceſsionis expulerim; onerauerim vinculis manus, fœdauerim membra verberibus; perſolvi gratia non poteſt nec malo patri.* Inde ſunt illa Ciceronis pro Cluêtio: *Facile intelligo, non modo reticere homines parentum iniurias, ſed etiam animo æquo ferre oportere.* Et iſta D. Hieronymi Epiſt. de vitando ſuſp. contub: *Mater & filia nomina pietatis, officiorũ vocabula, vincula naturæ, ſecunda poſt Deũ fœderatio. non eſt laus ſi vos diligitis: ſcelus eſt ꝙ odiſtis.* D. Chryſoſt. Homil. II. ad Timoth II. cap. I. Ἂν πατέρα τις ἔχῃ, κἂν μυρία ἔχῃ δεινά, πάντα συσκιάζει: *Patrem qui habet, etſi mille patiatur incommoda, omnia patris reuerentia conteget.* Imò apud Ariſtophanem in Nubibus mandat Strepſiades filio:

> Ἀλλ' ἴθι, βάδιζ', ἴωμεν· εἶτα τῷ πατρὶ
> πειθόμενος, ἐξάμαρτε.
> *Sed abi; perge: vnà eamus. & tu dum patri*
> *Sis obſequens, pecca.*

Nec malè nam vt eſt apud Stobæum tit. de honor. parent: Πιττακὸς παρακαλούμενος ὑιῷ καὶ πατρὶ διαιτῆσαι, εἶπε πρὸς τόν· εἰ μὲν ἀδικώτερα μέλλεις λέγειν τοῦ πατρός, κατακριθήσῃ· εἰ δὲ δικαιότερα, διὰ τὸ αὐτὸ ἄξιος εἶ κατακριθῆναι: *Pittacus, filium admonens ne cum patre in iudicio litigaret, his verbis uſus eſt: ſi patre iniquiora dixeris, damnaberis: ſin æquiora, vel ob iſtud damnari dignus es.* Vnde vix ſatis ſerviit decoro Salvianus Hypatio: *Sed parcendum paululum verbis eſt. quia etiam in bonâ cauſſâ humilis eſſe, in quantum res ſinit, filij apud parentes debet oratio.* rectiuſque Calp. Flaccus Declam. XXI: *Cede fratri, cede vel patri. victor eris, crede, ſi ceſſeris. Didici ſaluis legibus, parricidium poſſe cõmitti.* Et hoc eſt quod intelligit apud Senecam lib. VII. Contro. I. Albutius: *Cauſſam malam habeo, vt inter fratres.* quæ cur rapiuntur in medicinam? dicit in fratrum litibus, neutrum vincere; vtrumq damnari: ſi non ciuiliter, at lege naturæ. Piè Epictetus Enchiridii cap. XXXVII: Πατήρ ἐστιν· ὑπαγορεύεται, ἐπιμελεῖσθαι, παραχωρεῖν ἁπάντων, ἀνέχεσθαι λοιδοροῦντος, παίοντος. ἀλλὰ πατὴρ κακός ἐστι; μή τι οὖν πρὸς ἀγαθὸν πατέρα φύσει ᾠκειώθης;

Digitized by Google

θης; οὐκ, ἀλλὰ πρὸς πατέρα ὁ ἀδελφὸς ἀδικεῖ; τήρει τοιγαροῦν τὴν τάξιν τὴν σεαυτοῦ πρὸς αὐτὸν, μηδὲ σκόπει τί ἐκεῖνος ποιεῖ, ἀλλὰ τί σοι ποιήσαντι, κατὰ φύσιν, ἡ σὴ ἕξει προαίρεσις. σὲ γὰρ ἄλλος οὐ βλάψει, ἂν μὴ σὺ θέλῃς. *Pater eſt? præcipit ir, curam eius agendam, cedendum ei in omnibus: ſi convicietur, ſi verberet, ferendum eſſe. At pater malus eſt? Nunquid igitur naturâ cum bono patre coniunctus es? Non; ſed cum patre. Tu igitur munus tuum erga ipſum tuere: nec quid ille agat conſidera, ſed quibus rebus agendis tuum inſtitutum naturæ futurum ſit conſentaneum. Te enim alius non lædet, niſi ipſe velis.* Ad quæ ſic egregie Simplicius: *Si fortuitis dominis, argento numerato, & corpora & peculia ſervorũ parent: quantò magis parebunt eadem illis, qui naturales ortus noſtri auctores fuerunt? Quare & verbera patrum æquioribus animis ferẽda ſunt filiis, quàm ſervis dominorum; multoque magis convitium aut contumelia. Itaque veteres Romanorum leges, tum excellentiâ naturæ conſideratâ, tum laboribus quos filiorum cauſſâ parentes capiunt expenſis, tum eo etiam conſilio ut liberos omninò patriæ poteſtati ſubiicerent, & vendendi illos ſi vellent, poteſtatem dedere parentibus & impunè occidendi. His verò antiquiores, ita venerati ſunt parentes, ut Deos appellare eos non dubitarint.* Inſigniter D. Ioh. Chryſoſtomus Orat. ultimâ adverſus Iudæos: Καὶ γὰρ οἱ τῆς φύσεως καὶ οἱ παρὰ τῶν ἀνθρώπων τεθέντες νόμοι, κἂν μαστίζῃ, κἂν τραπέζης εἴργῃ, κἂν ἐκβάλλῃ τῆς οἰκίας, καὶ παντὶ κολάζῃ τρόπῳ· κελεύουσιν ἅπαντα φέρειν γενναίως. καὶ εἰ μὴ πείθηται, μηδὲ ἀνέχηται· οὐδεμίαν οὐδεὶς οὕτω δίδωσι συγγνώμην. ἀλλὰ κἂν μυρία ἀποδύρηται μαστιχθεὶς ὁ παῖς· ταῦτα πρὸς αὐτὸν ἅπαντες λέγουσι τὰ ῥήματα· ὅτι πατήρ ἐστιν ὁ μαστίξας, καὶ κύριος, καὶ ἐξουσίαν ἔχων πᾶν ὅ,τι οὖν ἐργάσασθαι καὶ ποιῆσαι, καὶ δεῖ πάντα πρᾴως φέρειν: *Nam & naturæ leges, & leges ab hominibus inſtitutæ [ſic præſcribunt] etiamſi flagris cædat pater, ſi à menſa depellat, ſi ædibus exigat, ſi quocumque modo puniat: iubent omnia fortiter perpeti, nec ullam illi veniam concedunt, ni paruerit pertuleritq́. Etiamſi filius cæſus innumeras querimonias deplorans proferat; hæc verba audit ab omnibus, Pater eſt qui cecidit ac dominus, habetque poteſtatem in te quod vult faciendi, & oportet omnia placidè ferre.* Porrò quam horribilibus execrationum pœnis alliget patrum pulſatores Plato, videre eſt libro IX. de Legibus. Sanè parenteis vocare in ius, prohibitum legibus omnium gentium: teſtaturque Euthyphro apud eundem Platonem in nominis ſui Dialogo: Ἀνόσιον γὰρ εἶναι τὸ υἱὸν πατρὶ φόνου ἐπεξιέναι: *Adverſus patrem inſtituere homicidii actionem impium.* Quare, ubi aſſeverat Electra Clytemneſtræ mariti interfectricis, apud Sophoclem in nominis ſui tragœdia:

πατέρα φῂς κτεῖναι; τίς ἂν
Τούτου λόγος γένοιτ' ἂν αἴσχιων ἔτι,
Εἴτ' οὖν δικαίως, εἴτε μή;

Digitized by Google

——*Patrem aut te interfeciſſe?*
Quo quid turpius dici poteſt,
Sive iuſtè ſive iniuſtè feceris?

Vbi: item cenſet Iuſtinus lib. XVI: *In parricidio nulla ſatis iuſta cauſſa ad ſceleris patrocinia prætexi poteſt:* tam hoc certum eſt, ut id facinus fato imputaretur, tanquam per naturam fieri non poſſet: ut placuit Soloni, ac Romulo; ideo ei nullum ponentibus ſupplicium, quemadmodum indicat Plutarchus in Romulo. Hinc Manilius lib. IV.

Ecce patrem nati perimunt, natosq; parentes,
Mutuaq; armati coeunt in vulnera fratres,
Non noſtrum hoc bellum eſt. coguntur tanta movere
Inq; ſuas ferri pœnas lacerandaq; membra.

Eaque propter ipſamet Clytemneſtra vicina neci deprecatur Oreſtem: Aeſchyli Χοηφόρ.

Ἐγώ σ' ἔθρεψα, νῦν δὲ γηράναι θέλω.
ΟΡ. Πατροκτονοῦσα γὰρ ξυνοικήσεις ἐμοί;
ΚΛ. Ἡ μοῖρα τούτων, ὦ τέκνον, παραιτία.
Ego te alui; nunc verò ſeneſcere volo.
OR. *Patrem interficiens habitabis mecum?*
CL. *Fatum ô fili horum eſt in cauſſâ.*

Vnde idem, ereptæ menti tribuit Horatius, lib. II. Sat. III. v. 134: loquens de Oreſte:

An tu reris eum occiſâ inſaniſſe parente?
Ac non ante malis dementem actum furiis, quàm
In matris iugulo ferrum tepefecit acutum.

Nec alterius mentis Herodotus lib. III: Καμβύσης δὲ, ὡς λέγουσιν Αἰγύπτιοι, διὰ τοῦτο τὸ ἀδίκημα αὐτίκα ἐμάνη, ἐὼν οὐδὲ πρότερον φρενήρης. καὶ πρῶτα μὲν κακῶν ἐξεργάσατο τὸν ἀδελφεὸν Σμέρδιν, ἐόντα πατρὸς καὶ μητρὸς τῆς αὐτῆς: *Ob hoc ſcelus, ut Aegyptii aiunt, continuò Cambyſes inſaniit, cùm ne prius quidem compos mentis fuiſſet; exorſus primum perpetrare facinus in Smerdin, ex eiſdē ſibi parentibus fratrem.* Minimum ab his diſſidet Iulii Baſſi argumentum libro VII. Contr. V: *Si rerum natura pateretur, obliviſcendum mihi erat patris, dum occiderem.* Hæc cùm ita ſe habeant, nemini dubium eſt, graviter peccare qui Principi vel cogitatione vel dicto vel facto adverſantur; gravius ſanè, quàm ſi quid tale molirentur in parentem proprium. cuius rei ratio in promptu, quia ſiquis ſuum tollit, manet tamen ſtatus familiæ: at Principis ruina, omnium penates aut evertit, aut perturbat. Προβάτιον μὲν γὰρ ἀποκτείνας, τὸ ποίμνιον ἠλάττωσε· τὸν δὲ ποιμένα ἐκ μέσου ποιήσας, ὅλον καὶ τὸ ποίμνιον ἐλυμήνατο: *Qui in ovem iugulat, gregem quidem imminuit. porrò qui paſtorem ipſum*

ipſum de medio tulerit, totum ſimul gregem diſſipabit; inquit Homil. I. ad Timoth. I. D. Chryſoſtomus. Quapropter bracteatum eſt Senecæ dictum lib. I. cap. IV. de Clem: *Principes regesque & quocunq; alio nomine ſunt tutores ſtatus publici, non eſt mirum amari ultra privatas etiam neceſſitudines. Nam ſi ſanis hominibus publica privatis potiora ſunt; ſequitur ut is quoque carior ſit, in quem ſe Reſp. convertit*. Iuſtaq; maximè exultatio Plinii in Paneg. dicto Traiano: *Vt plena altaribus, auguſta victimis cuncta! ut in unius ſalutem collata omnium vota! cùm ſibi ſe ac liberis ſuis intelligerent precari, quæ pro te precarentur*. Sed & preces iuſtę Minyarum pro Typhi apud Flaccum lib. v. Argonaut:

> *Hoc pater, hoc nobis refove caput, ulla laboris*
> *Si noſtri te cura manet, qui cardine ſummo*
> *Vertitur, atque omnis manibus nunc pendet ab unis.*

Et verò regicidæ iſti videntur ignorare fabulam Aeſopi, repetitam ab Agrippa de Menenio, quæ volebat, *Tẽpore, quo in homine, nõ ut nunc, omnia in unũ conſentiebant; ſed ſingulis membris ſuum cuique conſilium, ſuus ſermo fuerit, indignatas reliquas partes ſuâ curâ, ſuo labore ac miniſterio ventri omnia quæri: ventrem in medio quietum, nihil aliud quàm datis voluptatibus frui; conſpiraſſe inde, ne manus ad os cibum ferrent, nec os acciperet datum, nec dentes cõficerent. hâc irâ dum ventrem fame domare vellent, ipſa unà membra, totumque corpus ad extremam tabem veniſſe. inde apparuiſſe, ventris quoque haud ſegne miniſterium eſſe; nec magis ali quàm alere eum; reddentem in omnes corporis partes hunc, quo vivimus vigemusque, diviſum pariter in venas maturum conferto cibo ſanguinem*: Liv. lib. II. Atque id inprimis ipſis ſciendum erat, animisq; prętereà penitis inſtillanda verba Amyntæ invecti in cõiurationem Philotæ, *Proditos eos eſſe barbaris: neminem ad coniugem ſuam, neminem in patriam & ad parentes fuiſſe rediturum: velut truncum corpus, dempto capite, ſine ſpiritu, ſine nomine, in alienâ terrâ ludibrium hoſtis futuros*. Curt. lib. VI. Perpẽdendæ etiam preces exercitus Macedonici, rogantis Alexandrum, *ut tandem ſatiatæ laudi modum faceret, ac ſaluti ſuæ, id eſt publicæ parceret*. Curt. lib. IX. Vt & examinanda iſthæc Flori lib. IV. cap. III. de D. Auguſto: *Qui ſapientiâ ſuâ ac ſolertiâ perculſum undique & perturbatum ordinavit imperii corpus: quod ita haud dubiè nunquam coire & conſentire potuiſſet, niſi unius Præſidis nutu, quaſi animâ & mente regeretur*. Imbibendum verò & in ſuccum ac ſanguinem convertendum effatum Senecæ lib. I. de Clem. cap. III: *Non hic eſt ſine ratione populis urbibusque conſenſus, ſic protegendi amandique reges, & ſe ſuaque iactandi, quocumque deſideraverit imperantis ſalus. Nec hæc vilitas ſui eſt aut dementia, pro uno capite tot millia excipere ferrum, ac multis mortibus unam animam redimere, nonnumquam ſenis & invalidi. Quemad-*

Digitized by Google

modum totum corpus animo deſeruit, & cùm hoc tanto maius tantoque ſpecioſius ſit, ille in occulto maneat tenuis, & in qua ſede latitet incertus, tamen manus pedes, oculi negocium illi gerunt: illum hæc cutis munit: illius iuſſu iacemus, aut inquieti diſcurrimus: cùm ille imperavit, ſive avarus dominus eſt, mare lucri cauſa ſcrutamur; ſive ambitioſus, iamdudum dexteram flammis obiecimus, aut voluntariè ſubſiluimus: Sic hæc immenſa multitudo, unius anima circundata, illius ſpiritu regitur, illius ratione flectitur, preſſura ſe ac fractura viribus ſuis, niſi conſilio ſuſtineretur. O verba non modo in concionem generis humani quolibet recitanda ſemeſtri; ſed & candenti ferro liberaliter inſcribenda tergis eorum, qui voce, qui ſcripto, auctoritatem qualiscumque magiſtratus, elevant! Nam cùm conſtet; *Prope everſum orbem, etiam cùm de principatu inter bonos certaretur &c.* Tacitus lib. I. Hiſt. quid quæſo hoc ſæculo fiat? Planè iure merito auribus animisque admittamus conſiliũ Cęſaris Claudii, apud Tacitũ Annal. lib. XII. *Ac tamen ferenda regũ ingenia, neq; uſui crebras mutationes*: Adſentiamurq; Cereali: Tac. lib. Hiſt. IV: *Quomodo ſterilitatẽ aut nimios imbres, & cetera natura mala; ita luxũ vel avaritiam Dominantiũ tolerate. Vitia erunt donec homines. ſed neque hæc continua; & meliorum interventu penſantur. niſi forte Tutore & Claſſico regnantibus, moderatius imperium ſperatis: aut minoribus quàm nunc tributis, parabuntur exercitus, quibus Germani Britanniq; arceãtur. &c.* In ſummâ, nobis nihil putemus relictũ quàm & perpetuò & ubiq; auſcultare dicto Marcelli, tanquã ſi oraculo imperatũ eſſet; *Bonos Imperatores voto expetere, qualeſcũq; tolerare.* Tacit. lib. IV. Hiſt. Quatenus; docet Simplicius ad Epicteti Enchir. cap. XXXVII: *Neq; verò magiſtratibus obſequi tantùm, ſed & operam qui poſſunt navare debent, atq; exiſtimare in iis niti ſalutem civitatis. Sin autem verbo tantum principes erunt, & magiſtratus officia negligent: improbandi illi quidem erunt, ut ſunt improbi: ſed quod magiſtratui convenit. eis præſtabitur; ut & principatum eis deferamus, & iis in rebus pareamus, quibus animus non læditur.*

Solusq; omnium ante ſe Principum in melius mutatus eſt. Lib. I. Hiſt.

EXTAT apud Ariſtophanem in pauperis ac Pluti colloquio:

Καὶ μή μ' ἀπολίπῃς, οὐ γὰρ εὑρήσεις ἐμοῦ
Ζητῶν ἔτ' ἄνδρα τοὺς τρόπους βελτίονα.
Μὰ τὸν Δί. οὐ γάρ ἐστιν ἄλλος πλὴν ἐγώ.
ΠΛ. Ταυτὶ λέγουσι πάντες· ἡνίκ' ἂν δέ μου
Τύχωσ' ἀληθῶς, καὶ γένωνται πλούσιοι
Ἀτεχνῶς ὑπερβάλλουσι τῇ μοχθηρίᾳ:

Ne me relinquas: non enim invenies me
Quærens amplius virum moribus meliorem
Per Iovem. non enim eſt alius præter me.
*P*LVT. *Hæc dicunt omnes: quando autem à me*
Aſſecuti ſunt verè, & facti divites,
Manifeſtò ſuperant nequitiâ.

Quæ cùm audimus, parum abeſt quin nobis repręſententur magiſtratuum Candidati. Quippe honores petituri, quidvis & ipſi de ſe pollicentur; ſed pollicentur tantum: nacti quod volebant, videas agere perſonam Agamemnonis; cui obiicit ſuus frater, Euripidis Iphig. in Aul. v. *337*.

Οἶσθ' ὅτ' ἐσπούδαζες ἄρχειν Δαναΐδαις πρὸς Ἴλιον,
Τῷ δοκεῖν μὲν οὐχὶ χρῄζων, τῷ δὲ βούλεσθαι θέλων,
Ὡς ταπεινὸς ἦς, ἁπάσης δεξιᾶς προσθιγγάνων,
Καὶ θύρας ἔχων ἀκλείστους τῷ θέλοντι δημοτῶν,
Καὶ διδοὺς πρόσρησιν ἑξῆς πᾶσι, κεἰ μή τις θέλοι,
Τοῖς τρόποις ζητῶν πρίασθαι τὸ φιλότιμον ἐκ μέσου;
Κᾆτ' ἐπεὶ κατέσχες ἀρχὰς, μεταβαλὼν ἄλλους τρόπους,
Τοῖς φίλοισιν οὐκ ἔτ' ἦσθα τοῖς πρὶν ὡς πρόσθεν, φίλος.
Δυσπρόσιτος, ἔσω τε κλείθρων σπάνιος; --- Ἄνδρα δ' οὐ χρεὼν
Τὸν ἀγαθὸν, πράσσοντα μεγάλα; -- Τοὺς τρόπους μεθιστάναι.
Scis quando cupiebas præfici Græcis ad Ilium,
Specie quidem non volens: voluntate verò cupiens,
Quàm eras humilis, omnem dextram prehenſans,
Et habens fores patentes cuilibet popularium,
Et dans alloquium ordine omnibus; etiam ſi quis non volebat,
Moribus quærens imperium a vulgo redimere?
Deinde poſtquam potitus es imperio, mutans mores,
Amicis non amplius fuiſti ſicut ante amicus;
Difficilis aditu, & rarus intra clauſtra? Virum verò non decet
Probum, res magnas gerentem, & imperio decoratũ mores mutare.

At vitio iſti plures obnoxios, deplorat Polybius homo Græcus lib. x. Hiſt: Καί τοί γε προφανοῦς ὄντος καὶ ἐπὶ πολλῶν ἤδη τεθεωρημένου, διότι κτῶνται μὲν ἄνθρωποι τὰς εὐκαιρίας εὖ ποιοῦντες καὶ προτεινόμενοι τὴν ἀγαθὴν ἐλπίδα τοῖς πέλας. ἐπειδὰν δὲ τῶν ἐπιθυμουμένων τυχόντες κακῶς ποιῶσι, καὶ δεσποτικῶς ἄρχωσι τῶν ὑποτεταγμένων: *Atqui palàm eſt, & iam in multis obſeruatum, ſic comparatos eſſe homines, ut ſicubi proſperitas quædam occurrit, beneficos ſe erga proximos oſtendant, & ſpem bonam polliceantur: ubi verò quod petebant, conſequuti ſunt, tum demum malefaciant, & ſubditis dominorum more imperent.* Acceditque eidem querelæ Romanus Thraſca, apud Tacitum lib. XV. Annal:

Initia magiſtratuum noſtrorum meliora fermè, & finis inclinat. Et verò ſi excutiamus veteris hiſtoriæ ſcrinia, vix unus alterve exibit, cui non conveniat Deianiræ convitium:

Cœpiſti melius quàm deſinis: ultima primis
Cedunt. ———

competatque tantùm non vniuerſis nota Corneliana lib. VI. Annal: *Ceſſeruntque prima poſtremis, & bona iuventa ſenectus flagitioſa obliteravit.* Adeò vt ſit grauioris ponderis, quàm appareat, Plinianum dictum Traiano: *Etenim memini tunc veriſsimè iudicari, meruerit quis honorem nec ne; cùm adeptus eſt.* Planè, ceu venturis ſæculis vix credenda miracula, conſignarunt monumentis ſuis, de Veſpaſiano Tacitus: *Soluſq; omnium ante ſe Principum &c.* De Traiano Plinius: *Oneraſſet alium eiuſmodi introitus. tu quotidiè admirabilior & melior; talis denique quales alij Principes futuros ſe tantum pollicentur. Solum ergo te commendat augetque temporis ſpatium. Iunxiſti enim ac miſcuiſti res olim diverſiſsimas; ſecuritatem imperantis & incipientis pudorem.* De M. Aurelio Ariſtides Orat. εἰς βασιλέα: Οἰόμενος δεῖν τὸν ὡς ἀληθῶς βασιλέα, τῷ τῶν ὅλων ἀπεικάζειν βασιλεῖ, κατά τε τὴν φιλανθρωπίαν καὶ τὴν πρόνοιαν ἁπάντων τῶν ἀρχομένων· καὶ μὴ πρὸ μὲν τῆς βασιλείας χρηστόν τι καὶ μέτριον ἦθος ἐμφαίνειν ἑαυτοῦ, βασιλέα δὲ ἀποδειχθέντα, χαλεπὸν καὶ βίαιον εἶναι περὶ τοὺς ἀρχομένους..&c: *Arbitratur etenim debere verũ regem ſecundũ vniuerſi regẽ conformari, tum quantũ ad humanitatẽ, tùm quãtum ad civiũ omniũ curã: neq; cùm ante regnum adeptum benignè & moderatè ſe geſſerit; eo comparato difficilẽ ſe ac violentum præſtare, &c.* De Iuliano Mamertinus: *At in virtutibus principis noſtri, quantò ætas prolixior, tantò pulchritudo præſtantior.* Iterumq; pòſt multa: *At mutant ſecundæ res animum. Noſtrum principem ſi nondum mutaverint, quando mutabunt?* & ſtatim: *Videte num ſecundis rebus elatus, aliquid de prioris vitæ manſuetudine & moderatione mutaverit. Mutavit plane, mutavit. nam civilior factus proſperorum infregit invidiam.* De Theodoſio Themiſtius Orat. VI: Οὐδ᾽ ὅσα ἂν τήμερον ὑφαίνῃς, μόνον αὖθις ἀναλύεις· ἀλλὰ καταπυκνοῦταί σοι μᾶλλον ἀεὶ τὰ ποικίλματα τῆς ἀρετῆς: *Nec quæ hodie magnifice ſunt à te geſta, rurſus ea tollis, aut labefactas; ſed maioribus additis, virtutum tibi inſignia & ornamenta in dies ſingulos ampliora eluceſcunt.* De Theoderico Ennodius Paneg: *Ego tibi quod admirationem vincat, oppono Principem meum, ita ortum vt eum non liceat improbari, ita agere quaſi inter Imperatores adhuc precetur adiungi.* Quibus docemur, promittere aliquid maximo maius de ſe Plinium, ſpondentem fine Panegyrici: *Ego reverentiæ veſtræ ſic ſemper inſerviam, non vt me Conſulem & mox Conſularem, ſed vt Candidatum Conſulatus putem.* Id ipſum cur nō etiam præſtent reliqui in magiſtratu poſiti: obſtat iis modò voluntas, modò facultas. [illegible]

à principio malis cùm poteſtatem ambirent; quibus virtus pro larvâ, & quidem vel contra metum vel pudorem, vel utrumque. Ea ſi abfuerint, aut abeſſe putentur; ingenii ſui ſcabiem ſtatim detegunt. Horum è numero habemus Tryphonem apud Ioſephum lib. XIII. Antiq. cap. XII: Γενόμενος δὲ τῶν πραγμάτων ἐγκρατὴς ὁ Τρύφων, διέδειξε τὴν αὐτοῦ φύσιν οὖσαν πονηράν· ἰδιώτης μὲν γὰρ ὢν ἐθεράπευε τὸ πλῆθος, καὶ μετριώτατα ὑπεκρίνετο, δελεάζων αὐτὸ τούτοις εἰς ἅπερ ἐβούλετο. τὴν δὲ βασιλείαν λαβὼν ἀπεδύσατο τὴν ὑπόκρισιν, καὶ ὁ ἀληθὴς Τρύφων ἦν: *Adeptus iam concupitam poteſtatem, non amplius diſſimulare pravum ingenium valuit, quod privatus tegere conatus eſt, quo magis animos hominum ſibi conciliaret. quàm primum enim Rex declaratus eſt, abſque perſona Tryphonem agere cœpit.* Caligulam, apud Philonem de legat. ad Caium: Εὐθὺς γοῦν ὁ σωτὴρ καὶ εὐεργέτης εἶναι νομισθεὶς, καί τινας ἀγαθῶν πηγὰς νέας ἐπομβρήσειν Ἀσίᾳ τε καὶ Εὐρώπῃ πρὸς εὐδαιμονίαν ἀκαθαίρετον, ἰδίᾳ τε ἑκάστῳ, καὶ πᾶσι κοινῇ, τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο ἀφ' ἑστίας ἤρξατο, μεταβαλὼν πρὸς τὸ ἀτίθασον, μᾶλλον δὲ ἣν συνεσκίαζεν ἀγριότητα τῷ πλάσματι τῆς ὑποκρίσεως, ἀναφήνας: *Itaque non multò poſt ille ſperatus ſervator beneficentiſſimus, qui videbatur novis felicitatum fontibus inundaturus Europam & Aſiam, profuturus privatim ac publice: iuxta proverbium, à b ipſo lare orſus, erupit in ſævitiam, vel potius aperuit quam diſſimulaverat hactenus.* Valentinianum, apud Ammianum lib. XXVII: *Et quanquam homo propalàm ferus inter imperitandi exordia, & aſperitatis opinionem molliret, impetus truces retinere nonnunquam in poteſtate animi nitebatur; ſerpens tamen vitium & dilatum aliquamdiu, licentius erupit ad perniciem plurimorum.* Nicephorum, apud Zonaram tomo III: Καὶ οὐδ' ὑποκριθῆναι πρὸς βραχύ πως ἠνέσχετο πρὸς τοὺς ὑπηκόους χρηστότητα, ἀλλ' αὐτίκα πάσης ἀδικίας τὰ πάντα ἐπλήρωσε, καὶ οὐδὲ τῶν συναραμένων αὐτῷ εἰς τὸ βασιλεῦσαι ἐφείσατο: *Ac ne ad exiguum quidem tempus, benignitatem erga ſubditos ſimulare potuit; ſed ſtatim iniuriis implevit omnia: ac ne iis quidem pepercit quorum operâ ad imperium pervenerat.* Atque iſti ſunt quibus ſtigma imponit Lactantius lib. VI. cap. VI: *Quidam probitate fictâ viam ſibi ad potentiam muniunt, faciuntque multa quæ boni ſolent: eò quidem promptius quòd fallendi gratia faciunt. Vtinamque tam facilè eſſet præſtare, quàm facilè eſt ſimulare bonitatem! Sed ij, cùm eſſe cœperint propoſiti ac voti ſui compotes, & ſummum potentiæ gradum cœperint, tum verò ſimulatione depoſitâ, mores ſuos detegunt; rapiunt omnia & violant & vexant: eoſque ipſos bonos quorum cauſſam ſuſceperant inſequuntur; & gradus per quos aſcenderunt, amputant, ne quis illos contra ipſos poſſit imitari.* Interim, animo malos plures continet pudor ac metus. Memorabile prorſus eſt verbum Plutarchi lib. de cap. utilit. ex hoſtibus: Καὶ μὲν τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίτας ὁρῶμεν ἐκλελυμένους καὶ ἀποθύμους, καὶ οὐκ

ἀκρ-

ἀκριβῶς πολλάκις ἀγωνιζομένους ἐν τοῖς θεάτροις ἐφ' ἑαυτῶν· ὅταν δὲ ἅμιλλα καὶ ἀγὼν γένηται πρὸς ἑτέρους οὐ μόνον αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ τὰ ὄργανα μᾶλλον συνεπιστρέφουσι, χορδολογοῦντες καὶ ἀκριβέστερον ἁρμοζόμενοι καὶ καταυλοῦντες. ὅστις οὖν οἶδεν ἀνταγωνιστὴν βίου καὶ δόξης τὸν ἐχθρὸν ὄντα, προσέχει μᾶλλον αὐτῷ, καὶ τὰ πράγματα περισκοπεῖ, καὶ διαρμόζεται τὸν βίον. ἐπεὶ καὶ τοῦτο τῆς κακίας ἴδιόν ἐστι, τὸ τοὺς ἐχθροὺς αἰσχύνεσθαι μᾶλλον ἢ τοὺς φίλους, ἐφ' οἷς ἐξαμαρτάνομεν. ὅθεν ὁ Νασικᾶς οἰομένων τινῶν καὶ λεγόντων ἐν ἀσφαλεῖ γεγονέναι τὰ Ῥωμαίων πράγματα, Καρχηδονίων μὲν ἀνῃρημένων, Ἀχαιῶν δὲ δεδουλωμένων, Νῦν μὲν οὖν [εἶπεν] ἐπισφαλῶς ἔχομεν, μήτε οὓς φοβηθῶμεν μήτε οὓς αἰσχυνθῶμεν, ἑαυτοῖς ἀπολελοιπότες: *Equidem hiſtriones atq; cantores ſcenicos videmus ſæpenumero in theatris pro ſeſe remiſſe ac nullâ cum alacritate aut ſolertiâ agere; ortâ autem concertatione adverſus alios, non ſeipſos modò, ſed & inſtrumenta ſua maiore cum diligentiâ ad certamen aptare, fides explorare, accuratiusque concentum inſtruere & tibiis canere. Ita & qui adverſarium ſibi vitæ exiſtimationisque ſuæ paratum novit eſſe inimicum, attentius ſeipſum obſervabit, res ſuas circumſpiciet, vitamque ſuam conſtituet. Nam & hoc vitij proprium eſt quòd cùm peccamus, inimicos magis reveremur quàm amicos. Itaque Naſica nonnullis putantibus atque affirmantibus rem Romanam in tuto eſſe ſtatu collocatam, deletis Carthaginenſibus, & in ſervitutem redactis Achæis: nunc verò, dixit, periculosè res noſtra ſe habent, qui neque quos metuamus, neq; quos revereamur, nobis reliquos fecimus.* Tiberio quidem manum iniectam ab hac copulâ, teſtatur Tacitus extremo libro VI: Annal: *Morum quoque tempora illi diverſa. egregium vitâ famâq; quoad priuatus, vel in imperijs ſub Auguſto fuit: occultum ac ſubdolum fingendis virtutibus, donec Germanicus ac Druſus ſuperfuere. Idem inter bona malaq; mixtus, incolumi matre. inteſtabilis ſæuitiâ, ſed obtectis libidinibus, dum Seianum dilexit, timuitve. poſtremò in ſcelera ſimul ac dedecora prupit, poſtquã remoto pudore ac metu, ſuo tantũ ingenio vtebatur.* Idẽ quoq; poteſt ſolus pudor. haud .n. modo Floralia reverentur Catonem, verùm & cetera theatri vitia. Mirabile eſt inſtitutũ Aegyptiorum circa ſepulturã Regũ, quod adducam verbis Diodori Siculi lib. 1. Biblioth. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ τὰ περὶ τὴν ταφὴν λαμπρῶς ἡτοιμασμένοι, καὶ τῇ τελευταίᾳ τῶν ἡμερῶν θέντες τὴν τὸ σῶμα ἔχουσαν λάρνακα πρὸ τῆς εἰς τὸν τάφον εἰσόδου, προετίθεσαν κατὰ νόμον τῷ τετελευτηκότι ἀκροατήριον τῶν ἐν τῷ βίῳ πραχθέντων. δοθείσης δ' ἐξουσίας τῷ βουλομένῳ κατηγορεῖν, οἱ μὲν ἱερεῖς ἐνεγκωμίαζον, ἕκαστα τῶν καλῶς αὐτῷ πραχθέντων διεξιόντες, αἱ δὲ πρὸς τὴν ἐκφορὰν συνηγμέναι μυριάδες τῶν ὄχλων, ἀκούουσαι συνεπευφήμουν, εἰ τύχοι καλῶς βεβιωκώς· εἰ δὲ μὴ, τοὐναντίον, ἐθορύβουν. καὶ πολλοὶ τῶν βασιλέων διὰ τὴν τοῦ πλήθους ἐναντίωσιν ἀπεστερήθησαν τῆς ἐμφανοῦς καὶ νομίμου ταφῆς. διὸ καὶ συνέβαινε τοὺς τὴν βασιλείαν διαδεχομένους, οὐ μόνον διὰ τὰς ἄρτι ῥηθείσας αἰτίας, δικαιοπραγεῖν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸν φόβον τῆς μετὰ τὴν τελευτὴν ἐσομένης ὕβρεώς τε τοῦ σώματος, καὶ βλασφημίας εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα:

Hoc

Hoc tempore quæ ad pompam funeris ſpectant præparatis, poſtrema die corpus in arcâ conditum ante ſepulchri aditum ponunt. Ibi breviarium in vitâ ab rege geſtorum de more recitant: volentique facultas datur defunctum accuſandi. Adſtant ſacerdotes, mortui rectè facta laudantes. Populus, is permagnus eſt, qui exequias circumſtat, applaudit veris laudibus. in reliquis magno reclamat tumultu. quo accidit, ut plures reges repugnante multitudine ſolito caruerint ſepulchri honore, ac magnificentiâ. Is timor coëgit Aegypti reges iuſtè vivere, veritos futuram poſt mortem plebis iram, atque odium ſempiternum. Itaq; nil mirum legere nos in Breviario Eutropii de Lucio Vero Antonino: *Vir ingenii parum civilis: reverentiâ tamen fratris nihil unquam atrox auſus.* Vt & contra, apud Vopiſcum, de Carino: *Hic ubi patrem fulmine abſumptum, fratrem à ſocero interemptum comperit; maiora vitia & ſcelera edidit; quaſi iam liber ac frenis domeſticæ pietatis, ſuorum mortibus abſolutus.* Nam & de approbantibus impotentiam Decemvirorum Romæ recenſet Dionyſ. Halicarnaſſæus lib. XI: Τοῖς δὲ ὀλιγαρχικοῖς καθ' ἡδονὴν αἱ τῶν ἐπιφανεστάτων ἀνδρῶν ἐγίνοντο φυγαὶ, πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων ἕνεκα, μάλιστα δὲ ἐπὶ τοῖς ἀκολάστοις τῶν νέων πολὺ τὸ αὔθαδες προσεγίνετο, μηδὲ ὄψει δυναμένοις ἰδεῖν οὓς ἔμελλον ἀπελῆ πράττοντες αἰσχυνέσθαι: *Qui paucorum dominatui ſtudebant, iis clariſſimorum quorumque exſilia grata erant; tum aliis multis de cauſſis, tum quod libidinoſiſſimis quibusq; iuvenibus maior indies contumacia accreſceret; ac ne aſpectum quidem eorum ferre poſſent, quos in petulantia ſua facinoribus revereri cogerentur.* Vinculum tamen iſtud non eſſe è firmiſſimis, exemplo eſt Herodes, aula ſua interdicens Andromacho ac Gemello; de quibus Ioſephus lib. XVI. Antiq. cap. XI: Παρῃτήσατο δὲ καὶ τούτους ἡδέως μὲν ἂν καὶ χεῖρον· ὑπὸ δὲ τοῦ μὴ κατ' ἀνδρῶν οὐκ ἀσήμων ἔχειν τὴν ἄχρι τούτων παρρησίαν, τήν τε τιμὴν, καὶ τὸ δύνασθαι κωλύειν ἁμαρτάνοντας ἀφαιρούμενος: *Nec dubiũ eſt, quin gravius aliquid in eos libenter ſtatuiſſet, ni obſtaret virorũ claritas. quare contentus eſt iũ ablegatis ademiſſe auctoritatẽ, ut poſitâ proborum virorum reverẽtiâ debacchare-tur licentius.* Idem impingit Domitiano Plinius Paneg. Traiani: *Vt ſub te ſpiritum & ſanguinem & patriam receperunt ſtudia, quæ priorum temporum immanitas exiliis puniebat. cùm ſibi vitiorum omnium conſcius Princeps, inimicas vitiis artes, non odio magis quàm reverentia relegaret.* Proinde fortius vinculũ peccaturo Metus, ſive is a domeſticis, ſive ab extraneis. Intra bonitatem cohibitus a domeſticis Rex Macedoniæ Philippus, prodente apud Athenæum lib. x. Deipnoſoph. Caryſtio: Κυβεύοντος δέ ποτε αὐτοῦ, καί τινος ἀγγείλαντος ὡς Ἀντίπατρος πάρεστι, διαπορήσας ὦσεν ἐπὶ τὴν κλίνην τὸν ἄβακα: *Cum aliquando teſſeris luderet, & nuntiaret quidam Antipatrum adeſſe; turbatus & anxius in lectum reiecit luſoriam tabulam.* Etiam de Alexan-

dri ſucceſſoribus, poſt aſſumptum nomen regium, ita ſcribit Plutarchus in Demetrio: Τοῦτο δὲ οὐ προσθήκην ὀνόματος καὶ σχήματος ἐξαλλαγὴν εἶχε μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ φρονήματα τῶν ἀνδρῶν ἐκίνησε, καὶ τὰς γνώμας ἐπῆρε, καὶ τοῖς βίοις καὶ ταῖς ὁμιλίαις αὐτῶν ὄγκον ἐποίησε καὶ βαρύτητα, καθάπερ τραγικῶν ὑποκριτῶν ἅμα τῇ σκευῇ μεταβαλλόντων καὶ βάδισμα καὶ φωνὴν, καὶ κατάκλισιν καὶ προσαγόρευσιν. ἐκ δὲ τούτων ἐγένοντο καὶ περὶ τὰς δικαιώσεις βιαιότεροι, τὴν εἰς πολλὰ παρέχουσαν αὐτοὺς ἐλαφροτέρους καὶ μαλακωτέρους τοῖς ὑπηκόοις πρότερον εἰρωνείαν τῆς ἐξουσίας ἀφελόντες. τοσοῦτον ἴσχυε κόλακος φωνὴ μία, καὶ τοσαύτης ἐνέπλησε τὴν οἰκουμένην μεταβολῆς: *Id non additamentum nominis & habitus tantùm habuit variationẽ, verumetiam illorum inflavit ſpiritus & animos ſuſtulit, moribusq; & congreſſibus eorum faſtum addidit & ſupercilium, tragicorum hiſtrionum more unà cum perſona inceſſum, vocem, accubitum, ſalutationemq; verſantium. Hinc evaſerunt in puniendo quoque violentiores: ubi illam, quæ ipſos multo faciliores & leniores antè popularibus reddebat, detraxerunt poteſtati diſſimulantiam. Tantũ vox una valuit adulatoris, tantâque orbem terræ implevit converſione.* His adſident Iuſtini de Perſeo, lib. XXXII: *Occiſo Demetrio, ſublatoque æmulo, non negligentior tantùm Perſeus in patrem; verùm etiam contumacior erat.* Sed & viſo capite Plauti, Nero, *Quin, inquit, Nero depoſito metu, nuptias Poppææ, ob eiusmodi terrores dilatas maturare parat, Octaviamque coniugem amoliri &c:* Tacitus lib. XIV. Annal. Huicque rei attendit ille apud Papiniũ lib. I. Thebaidos verſu *186*:

> *Cernis ut erectum torvâ ſub fronte minetur,*
> *Sævior adſurgens dempto conſorte poteſtas?*
> *Quas gerit ore minas? quanto premit omnia faſtu?*
> *Hicne unquam privatus erit? tamen ille precanti*
> *Mitis & affatu bonus, & patientior æqui.*
> *Quid mirum? non ſolus erat.*

Validus etiam frenandis malis, metus extraneus. De Ptolomæo Ceranno Iuſtinus lib. XXIV: *Exinde externo metu depoſito, impium & facinoroſum animum ad domeſtica ſcelera convertit. &c.* De optimatibus Romanis Livius lib. II: *Inſignis hic annus nuncio Tarquinii mortis. Mortuus eſt Cumis, quò ſe poſt fractas opes Latinorum ad Ariſtodemum tyrannum contulerat. Eo nuncio erecti patres, erecta plebs. ſed Patribus nimis luxurioſa ea fuit lætitia. Plebi cui ad eam diem ſummâ ope inſervitum erat, iniuriæ à primoribus fieri cœpere.* De Philippo II. Macedonum rege Plutarchus in Arato: Μεγίστην γὰρ ὁ Φίλιππος δοκεῖ καὶ παραλογωτάτην μεταβαλέσθαι μεταβολὴν, ἐξ ἡμέρου βασιλέως, καὶ μειρακίου σώφρονος, ἀνὴρ ἀσελγὴς καὶ τύραννος ἐξώλης γενόμενος. τὸ δὲ οὐκ ἦν ἄρα μεταβολὴ φύσεως, ἀλλ᾽ ἐπίδειξις ἐν ἀδείᾳ κακίας πολὺν χρόνον διὰ φόβον ἀγνοηθείσης: *Maximâ enim mutatione videtur Philippus & præter omnium expe-*

expectationem ex miti rege & adoleſcente modeſto caſtoque in virum laſcivum ac deteſtabilem degeneraſſe tyrannum. Atqui non fuit illa naturæ variatio, ſed declaratio in ſecuritate improbitatis longo ſpatio propter metum tecta. De Parthorum rege Artabano Tacitus lib. VI. Annal: *Is metu Germanici fidus Romanis, æquabilis in ſuos: mox ſuperbiam in nos, ſævitiam in populares ſumpſit fretus bellis quæ ſecunda adverſum circumiectas nationes exercuerat; & ſenectutem Tiberii ut inermem deſpiciens.* De Vitellio idem lib. II. Hiſt: *Tum ipſe exercitusque, ut nullo æmulo, ſævitia, libidine, raptu in externos mores proruperant.* Nihil igitur mirum occurrere in hiſtoriâ Polybii lib. V: Ὡς γὰρ θᾶττον Πτολεμαῖος ὁ κληθεὶς Φιλοπάτωρ μεταλλάξαντος τοῦ πατρὸς, ἐπανελόμενος τὸν ἀδελφὸν Μάγαν, καὶ τοὺς τούτῳ συνεργοῦντας, παρέλαβε τὴν τῆς Αἰγύπτου δυναστείαν, νομίζας τῶν μὲν οἰκείων φόβων ἀπολελῦσθαι δι' αὑτοῦ καὶ διὰ τῆς προειρημένης πράξεως, τῶν δὲ ἐκτὸς κινδύνων ἀπηλλάχθαι διὰ τὴν τύχην, Ἀντιγόνου μὲν καὶ Σελεύκου μετηλλοχότων. Ἀντιόχου δὲ καὶ Φιλίππου τῶν διαδεγμένων τὰς ἀρχὰς, παντάπασι νέων, καὶ μόνον οὐ παίδων ὑπαρχόντων, καταπιστεύσας διὰ ταῦτα τοῖς παροῦσι καιροῖς, πανηγυρικώτερον διῆγε τὰ κατὰ τὴν ἀρχήν. ἀνεπίστατον μὲν καὶ δυσέντευκτον αὑτὸν παρασκευάζων τοῖς περὶ τὴν αὐλὴν, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς κατὰ τὴν Αἴγυπτον χειρίζουσιν: *Cùm primum Ptolemæus Philopater, mortuo patre & fratre, ac ſequacib. illius interfectis, Aegypti imperium ſuſcepit, ratus nullum amplius domi timorem ob prædictum facinus, foriſq; omnia ſibi fortunam tutiſsima præparaſſe, Antigono & Seleuco, vita functis, receptiſq; in regna Antiocho, & Philippo, qui vix adhuc pubertatis annos exceſſerant, velut reb. omnib. ſibi fœliciſsimè ſuccedentib. luxuriæ ſe tradidit, regiſq; morem omnis ſecuta eſt regio: quamobrem nulla eius inter ſuos autoritas erat. Nec illis ſolùm, ſed & reliquis qui & Aegypti res & qui exteras quoq; obibant contemptibilem ſeſe præbuit, &c.* Cautum igitur iudicium Arriani de Dario lib. III. Exped. Alex: Ἀνδρὶ τὰ μὲν πολέμια, εἴπερ τινὶ ἄλλῳ, μαλθακῷ τε, καὶ οὐ φρενήρει, ἐς δὲ τὰ ἄλλα οὐδὲν ἀνεπιεικὲς ἔργον ἀποδειξαμένῳ, ἢ οὐδὲ ἐγγινόμενον αὐτῷ ἀποδείξασθαι· ὅτι ὁμοῦ μὲν ἐς τὴν βασιλείαν παρελθεῖν, ὁμοῦ δὲ πρὸς πολεμεῖσθαι πρός τε Μακεδόνων καὶ τῶν Ἑλλήνων ξυνέβη. Οὔκουν οὐδὲ ἐθέλοντι ἐξῆν ἔτι ὑβρίζειν ἐς τοὺς ὑπηκόους, ἐν μείζονι κινδύνῳ ἤπερ ἐκεῖνοι καθεστηκότι: *Viro quod ad res bellicas attinet, languido parumque prudenti: quod ad cætera, qui nihil iniqui in ſuos commiſerit, aut certè poteſtatem committendi non habuerit. Nam ſimul ac regnare cœpit, ſtatim à Macedonibus & Græcis bello laceſſitus eſt. Quocirca ne volenti quidem integrum erat ſubditos ſibi iniuria afficere, quum ipſe in maiore periculo quam ipſi verſaretur.*

Omnium conſenſu capax imperii niſi imperaſſet. Lib. I. Hiſtor.

GLORIOSE quidem ſatis Marius de ſe Salluſtii Iugurthino: *Illis difficilè eſt in poteſtatibus temperare, qui per ambitionem ſeſe probos ſimulavere. Mihi qui omnem ætatem in optimis artibus egi; benè facere iam è conſuetudine, in naturam vertit.* Sed enim qui exitum eius intuebitur, accuſabit hominem aut levitatis aut inſcitię. Cautior illo meliorque Macedoniæ rex, de quo Stobæus tit. de Tyrannide: Ἀντίγονος πρός τινα μακαρίζουσαν αὐτὸν γραῦν, εἰ ᾔδεις, ἔφη, ὦ μῆτερ, ὅσων κακῶν μεστόν ἐστι τοῦτο τὸ ῥάκος, δείξας τὸ διάδημα, οὐκ ἂν ἐπὶ κοπρίας κείμενον αὐτὸ ἐβάστασας: *Antigonus ad vetulam quandam quæ felicitatem eius extollebat: Si noſſes, inquit ô mater, quantis malis hic panniculus eſſet plenus, oſtenſo diademate; ne in ſterquilinio quidem iacentem tolleres.* Eodem vergit lanx cenſuræ Cobaris, alloquentis Beſſum libro VII. Curtii: *Magnum onus ſuſtines capite, regium inſigne. hoc aut moderatè perferendum eſt; aut quod abominor, in te ruet. conſilio non impetu opus eſt.* Nec aliud volebat Tiberius libro I. Annal. Taciti: *Solam D. Auguſti mentem tanta molis capacem. ſe, in partem curarum ab illo vocatum, experiendo didiciſſe, quàm arduum, quàm ſubiectum fortunæ, regendi cũcta onus.* Parique argumento, alio eiuſdem libri loco: *Neque in acta ſua iurari, quamquam cenſente Senatu, permiſit; cuncta mortalium incerta: quantoque plus adeptus foret, tanto ſe magis in lubrico dictans.* Quæ verba ne aliorſum deinceps trahant Critici, admittenda interpretatio Suetonii cap. LXVII: *Vt imperium iniret & patris patriæ appellationem, & ne in acta ſua iuraretur, obſtinatiſſimè recuſaſſe; ne mox maiore dedecore, impar tantis honoribus inveniretur. Quod ſanè & ex oratione eius, quam de vtraque re habuit, colligi poteſt. Vel cùm ait: Similem ſe ſemper ſui futurum; nec vnquam mutaturũ mores ſuos, quamdiu mentis ſanæ fuiſſet: ſed exempli cauſſa cavendum, ne ſe Senatus in acta cuiuſquam obligaret, qui aliquo caſu mutari poſſet, &c.* Multi profectò caſus; & extra eos, vltrò ſæpe fatiſcimus. Lepida ſunt illa de Iſaacio apud Choniatem: Ὁ δὲ βασιλεὺς οὗτος δολιχοδρόμῳ ἢ γοῦν σταδιεῖ προσεοικὼς εὐθὺς πρὸς τῇ νύσσῃ κατέπεσε, τὸν τῆς ἀρίστης βασιλείας δρόμον τρέχειν ἀρξάμενος· οὐ γὰρ ἦν πολλοὺς ἀμφὶ τὸν κύκλους τῆς ἀρετῆς, ἀλλ' ὡς ἀποκάμνων ὑπεχαλάσθη τοῦ συντόνου τῆς ὁρμῆς, καὶ τῆς ἐπαινετῆς ἐξεκυλίσθη εἰς ἅπαν προθέσεως· οὐκοῦν πολλοῖς τὰ χαλινὰ καὶ τὰς ἡνίας ὑπαλλάξας τῆς τῶν κοινῶν διοικήσεως, ὡς εἴπερ αὐτὸς ἀπεπεφύκει πρὸς σπουδαίαν ἀρχῆς διοίκησιν: *Ipſe verò Imperator cùm optimæ gubernationis curſum inſtituiſſet, inſtar ignavi curſoris*

non

non procul ab ipſis carceribus deſtitit. Neque enim multos virtutis circulos abſoluit, ſed veluti fatigatus & eneruatus contentione honeſti inſtituti plurimū remiſit. Haud igitur abſque ratione Iuvenali placitum Satyrâ x:

———qui nimios optabat honores
Et nimias poſcebat opes; numeroſa parabat
Excelſæ turris tabulata, unde altior eſſet
Caſus, & impulſæ præceps immane ruinæ.

Præparantur autem ad huiuſmodi caſum, nunc ab onere imperii, nunc à delitiis. Qui ſub onere ſuccubuere, nemo magis miſerandus Dione, cuius vita petenda è Plutarcho & Aemilio Probo. Turpiter etiam heîc fuit Maxentius: de quo Nazarius Panegyrico dicto Conſtantino: *Præuideras hominem non imperando habilem, non tantæ maieſtatis capacem; quod magnitudo malè crediti muneris extra animi anguſtias effluebat: quod qui tueri nequeunt, vbi ſub onere fortunæ infirmitas lapſa eſt, faciunt licentiam de poteſtate, &c.* Nec meliora auſpicia Valentiniani. Zoſimus lib. IV: Οὐαλεντινιανὸς δὲ δόξας πως τὸν πρὸς τοὺς Γερμανοὺς πόλεμον διαθεῖναι μετρίως, βαρύτατος ἦν, ταῖς ἀπαιτήσεσι τῶν εἰσφορῶν σφοδρότερον ἐπικείμενος, καὶ ὑπὲρ τὸ σύνηθες ταύτας εἰσπράττων. ἐποιεῖτο δὲ τούτου πρόφασιν τῆς στρατιωτικῆς δαπάνης τὸ πλῆθος· ὅπερ ἠνάγκασεν αὐτὸν ἐκδαπανῆσαι τὰ τῷ δημοσίῳ φυλαττόμενα χρήματα· εἰς μῖσος τε γίνεται ἅπαντας ἐπὶ τούτῳ κινήσας, ἔτι μεῖζον ἢ πρότερον ἐπικραίνετο· καὶ οὔτε τοὺς ἄρχοντας ἤθελεν ἐξετάζειν, εἰ κέρδους ἀπέχονται· τοῖς τε ἐκ τοῦ ζῆν ἀμέμπτως ἔχουσι δόξαν, ἐφθόνει· καὶ (ἁπλῶς εἰπεῖν) ἕτερος ἦν παρὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἐπιτηδευθέντα τρόπον αὐτῷ τῆς βασιλείας. διὰ ταῦτα καὶ Λίβυες, οὐκ ἐνεγκόντες τὴν Ῥωμανοῦ πλεονεξίαν, τοῦ τὴν στρατιωτικὴν ἔχοντος ἐν Μαυρουσίοις ἀρχήν, Φίρμῳ τὴν ἁλουργίδα δόντες, ἀνέδειξαν βασιλέα· ὅπερ ἀπαγγελθὲν, εἰκότως Οὐαλεντινιανὸν συνετάραξε: *Valentinianus vero, qui viſus fuiſſet bellum adverſus Germanos mediocriter adminiſtraſſe; grauiſſimus ſubditis erat, tributorum exactiones acrius vrgens, eaque ultra conſuetum morem extorquens. Prætexebat autem militaris annonæ magnitudinem, quæ ipſum pecuniam fiſco ſeruatam coegiſſet expendere. Quapropter odio cunctorum in ſe concitato, acerbior etiam, quàm prius, erat: ac neque magiſtratus examinare volebat, an à captandis lucris abſtinerent; & gloriam ex inculpata vita nactis inuidebat. Denique ſimpliciter ut rem aperiam, diuerſus erat ab iis moribus, quos initio regni præ ſe tulerat. Eam ob cauſſam & Afri, non ferentes auaritiam Romani, qui apud Mauros magiſtri militum officio fungebatur, amictum purpura Firmum, Imperatorem crearunt. cuius rei nuntius adlatus, haud abs re Valentinianum perturbauit.* Haud abſimili infelicitate Galba, cui ſtigma iſtud inurit Tacitus lib. I. Hiſt. *Maior priuato viſus, dum priuatus fuit; & omnium conſenſu*

capax imperij, niſi imperaſſet. Eâdem laboravit in voragine ille apud Suidam: Ἀριστοκράτης Ῥοδίων στρατηγός· ὃς ἦν κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν ἀξιωματικὸς καὶ καταπληκτικός. διόπερ ἐκ πάντων τούτων ὑπέλαβον οἱ Ῥόδιοι τελέως ἀξιόχρεων ἡγεμόνα καὶ προστάτην ἔχειν τοῦ πολέμου. διεψεύσθησαν δὲ τῶν ἐλπίδων· ἐλθὼν γὰρ εἰς τὰς πράξεις ὥσπερ ἐς πῦρ, καθάπερ τὰ κίβδηλα τῶν νομισμάτων ἀλλοῖος ἐφάνη: *Ariſtocrates Rhodiorum dux, aſpectu venerando & penè terribili. quare Rhodij eum ex omnibus planè parem imperio, & dignum principatu indicarunt. Sed ſpe ſuâ fruſtrati ſunt. nam cùm ad res gerendas, tanquam ad ignem ventum eſſet, inſtar adulterini nomiſmatis, exſpectationi hominum de ſe non reſpondit.* Quocirca circumſpectè Lampridius vbi loquitur de Elagabalo, deſideratiſſimo ante principem principe: *Erat præterea etiam rumor, qui nouis poſt tyrannos ſolet donari Principibus: qui niſi ex ſummis virtutibus non permanet, & quem multi mediocres principes amiſerunt.* Eruditè præterea ad Principem ineruditum Plutarchus: Οὐδὲ γὰρ λαθεῖν οἷόν τε τὰς κακίας ἐν ταῖς ἐξουσίαις, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐπιληπτικούς, ἂν ἐν ὕψει τινὶ γένωνται καὶ περιενεχθῶσιν, ἴλιγγος ἴσχει καὶ σάλος, ἐξελέγχων τὸ πάθος αὐτῶν, τοὺς δὲ ἀπαιδεύτους καὶ ἀμαθεῖς ἡ τύχη μικρὸν ἐκκουφίσασα πλούτοις τισὶν ἢ δόξαις ἢ ἀρχαῖς μετεώρους γενομένους, εὐθὺς ἐπιδείκνυσι πίπτοντας. μᾶλλον δέ, ὥσπερ τῶν κενῶν ἀγγείων οὐκ ἂν διαγνοίης τὸ ἀκέραιον καὶ πεπονηκός, ἀλλ' ὅταν ἐγχέῃς, φαίνεται τὸ ῥέον· οὕτως αἱ σαθραὶ ψυχαὶ τὰς ἐξουσίας μὴ στέγουσαι, ῥέουσιν ἔξω ταῖς ἐπιθυμίαις, ταῖς ὀργαῖς, ταῖς ἀλαζονείαις, ταῖς ἀπειροκαλίαις: *Nam ne latêre quidem vitia potentum poſſunt. Sed ſic vt morbo comitiali laborantes ſi in frigore verſentur, vertigine corripiuntur & agitatione, morbum eorum arguente: ita Fortuna ubi ineruditos ac ineptos homines aliquantulum opibus, gloria aut principatu extulit, ſtatim eorum ruinam demonſtrat. Atque adeò ſicut inter vacua vaſa non facilè diſcernere poſſis, quod eorum integrum, quod ſit vitioſum: vbi aliquid infuderis, ſtatim apparet quod perfluat. ita animæ nimis fatiſcentes infuſam potentiam non continent, ſed foràs diffluunt cupiditatibus, iris, arrogantiis, ineptiis.*

Interim ſi excutiantur Hiſtoriæ, reperiemus munus imperii pauciores avertiſſe à recto curſu, quàm Imperii appendices, quarum duę utrinq; pullum ſuum manibus arripiunt, tertia verò à tergo etiã impellit. Lateronibus nomen eſt, Copiæ ac Licentiæ: Pediſſequa, dicta Adulatio. De quâ triga ſic breviter Vopiſcus in Aureliano: *Et quæritur quidem, quæ res malos principes faciat. Iam primum nimia licentia, deinde rerum copia; Amici præterea improbi, ſatellites deteſtandi; Eunuchi avariſſimi, Aulici vel ſtulti vel deteſtabiles; & (quod negari non poteſt) rerum publicarum ignorantia.* Brevioribus adhuc punctis eandem ſignavit Paterculus, in mentione M. Antonii lib. II: *Creſcente deinde & amoris in Cleopatram incendio, & vitiorum, quæ ſemper facultatibus, licentiâq; & aſſentationibus aluntur, magnitudine; bellũ*

patriæ

patriæ inferre conſtituit &c. Et omnes quidem, aut maximam enumerare partem eorum quos de Virtutis Honorisque viâ præcipitarũt in gurgitem Infamiæ Adulatio, Licentia, Copia; ſæculi res foret. Libet tantũ velut Mercurii virgulâ excitare quoſdam, rudiorum gratiâ; ſed ita ut tantum è cloacâ illâ producăt caput. Primo quidem loco, en vobis Magnum Alexandrum; cuius frontem videmus cauteriatam à Curtio, lib. III. ſtilo tali: *Equidem ſi hac cõntinentiâ animi ad ultimum vitæ perſeverare potuiſſet, (cùm Liberi patris imitaretur triumphum, ab Helleſponto uſque ad Oceanum omnes gentes victoriâ emenſus) viciſſet profectò ſuperbiam atque iram, mala invicta; abſtinuiſſet inter epulas cædibus amicorum, egregioſque bello viros, & tot gentium ſecum domitores indictâ cauſſâ veritus eſſet occidere. Sed nondum Fortuna ſe animo eius ſuperfuderat. Ita, qui orientem tam moderatè & prudenter tulit; ad ultimum magnitudinem eius non cepit.* Quid mirum Rufe? Αἵ τε γὰρ μεγάλαι τιμαὶ καὶ αἱ ὑπέρογκοι ἐξουσίαι καὶ τοὺς ἀρίστους ἐπαίρουσι καὶ διαφθείρουσιν: *Magni enim honores immodicaque poteſtates etiam optimorum animos ad faſtum extollunt atque corrumpunt*, verè dictum Catulo lib. XXXVI. Dionis Caſſii; quin & hoc addit: Οὐ γάρ ἐστιν ἐν τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει ψυχὴν μὴ ὅτι νέαν, ἀλλὰ καὶ πρεσβυτέραν, ἐν ἐξουσίαις ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐνδιατρίψασαν τοῖς πατρίοις ἤθεσιν ἐθέλειν ἐμμένειν: *Ea quippe eſt natura animorum humanorum, ut non iuvenes modò, verùm ætate etiam provectiores, poſtquam multum temporis in poteſtate transegerint, patriis moribus haudquaquam ſibi vivendum ducant.* Quod & tibi, mi Curti, haud ignotum. ſi enim benè memini, verba tua ſunt libro X. de eodem adhuc Alexandro: *Cœperat eſſe præceps ad repræſentanda ſupplicia; idem ad deteriora credenda. Sic ſcilicet res ſecundæ valent commutare naturam & rarò quiſquam erga bona ſua ſatis cautus eſt.* Referſque alibi, lib. III: *Erat Dario mite ac tractabile ingenium, niſi ſuam naturam plerumque fortuna corrumperet.* Quanquã quid circa te moror? ſic omnes loquũtur ſcriptores; ſic cũctæ faciunt Poteſtates. Et guſtum quidem ſive adeo exemplum alterum ab Alexandro exhibet ſe Appius Claudius X. Vir; ſic notatus à Dionyſio Halicarn lib. X: Οὐ μέντοι καὶ διέμεινέ γε χρηστὸς ἀρχῇ ἐγκοσμηθεὶς μεγάλῃ, ἀλλ' ἐξέπεσε πλουτῶν εἰς φιλαρχίαν ἀπαραχώρητον, ὑπὸ μεγέθους ἐξουσίας διαφθαρείς: *Non tamen permanſit in officio boni viri, ornatus magiſtratu eximio; ſed poſtremò incidit in ambitionem nefariam, corruptus poteſtatis magnitudine.* Proſtat item regulus veteris Germaniæ, Taciti inſignitus ferro, lib XII. Annal: *Per idem tempus Vannius Suevis a Druſo Cæſare impoſitus, pellitur regno, primâ imperii ætate clarus acceptuſque popularibus: mox diuturnitate in ſuperbiã mutans. &c.* Sed & Zoſimi manu liberaliter inſcribitur os Maximini: Γένους γὰρ ὢν ἀφανοῦς ἅμα τῷ παραλαβεῖν τὴν ἀρχὴν, ὅσα φύσει προσῆν αὐτῷ πλεονεκτήματα, τῇ τῆς ἐξουσίας ἐξηφάνιζε παρρησίᾳ· καὶ πᾶσιν ἀφόρητος ἦν, οὐχ ὑβρίζων

εἰς τοὺς

ἐς τοὺς ἐν τέλει μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ πάσης ὠμότητος τοῖς πράγμασι προσιὼν, μόνους δὲ θεραπεύων τοὺς συκοφάντας, ὅσοι μάλιστα τοὺς ἀπράγμονας κατεμήνυον, ὡς ὀφείλοντάς τι τοῖς βασιλικοῖς ταμιείοις. ἤδη δὲ καὶ εἰς φόνους ἀκρίτους ἐχώρει χρημάτων ἐπιθυμίᾳ, καὶ ὅσα τῶν πόλεων ἦν, οἰκεῖα ἐποιεῖτο, μετὰ τοῦ καὶ τοὺς οἰκήτορας τῶν οὐσιῶν ἀφαιρεῖσθαι: *Nam obſcuro natus genere Maximinus, quum primum accepiſſet imperium, quibus à natura preditus eſſet eximiis dotibus, ipſa poteſtatis licentia prodidit: adeoque cunctis erat intolerabilis, non tantum iniuriis adficiens in dignitate conſtitutos, verum etiam cum omni crudelitate negotia tractans, ſolosque calumniatores colens, qui præſertim cupidos quietis homines deferebant velut imperatorij fiſci debitores. Auaritiâ denique motus, ad cædes indicta cauſa progrediebatur, & quæ municipiorum erant, ſibi vindicabat; facultates præterea ſuas municipibus ipſis eripiens.* Vnde patet robuſtè argumentari Arruntium libro Annal. Taciti VI: *An cùm Tiberius poſt tantam rerum experientiam vi dominationis convulſus & mutatus ſit; C. Cæſarem vix finitâ pueritiâ ignarum omnium, aut peſſimis nutritum, meliora capeſſiturum Macrone duce?* Nec mētiri, Dionis Chryſoſtomi Orat. I. de regno, Mercurium, affirmantem: ὅτι παραδείγματα ἐν ἀνθρώποις πονηρὰ εἴη τρυφῆς καὶ ἀκολασίας, καὶ πολλοὶ παρατρέπουσιν ἄκοντα τὸν πεφυλαγμένον ὀρθῶς, ἔξω τῆς αὑτοῦ φύσεώς τε καὶ γνώμης: *praua eſſe inter homines exempla delitiarum ac libidinum; & multos interdum ſubuertere invitum præter ſuam & naturam & ſententiam; etiamſi rectè cuſtoditus ſit.* O miſeram talium conditionem! præ illâ certè vulgi aurea eſt; nunc ignari vitiorū aulicorū, nunc ea exercere vel inefficacis vel inaudacis. Eximiè benè apud Senecam in nominis ſui tragœdia Hippolytus verſu 203:

Quiſquis ſecundis rebus exultat nimis
Fluitq; luxu, ſemper inſolita appetens;
Hunc illa magnæ dira Fortunæ comes
Subit libido. non placent ſueta dapes,
Non tecta ſani moris, aut vilis cibus.
Cur in penates rariùs tenues ſubit
Hæc delicatas eligens peſtis domos?
Cur ſancta paruis habitat in tectis Venus?
Mediumq; ſanos vulgus affectus tenet?
Et ſe coërcent modica? contra divites
Regnoq; fulti plura quàm fas eſt, petunt?
Quod non poteſt, vult poſſe qui nimium poteſt.

Verèque apud eundem poetam in Thyeſte verſu 311. Atrei perſona:

Vt nemo doceat fraudis & ſceleris vias,
Regnum docebit.

& plenè quidem; in tantâ docentium copiâ. Tacitus lib. II. Hiſt: *Quæ gravia atque intoleranda, ſed neceſsitate armorum excuſata, etiam in pace manſere, ipſo Veſpaſiano, inter initia imperii, ad obtinendas iniquitates haud perinde obſtinato; donec indulgentiâ fortunæ, & pravis magiſtris, didicit auſuſque eſt.* Idem paginis aliquot præcedentibus: *Sed Vitellius, adventu fratris, & irrepentibus dominationis magiſtris, ſuperbior & atrocior &c.* At tenuiorib. accommodes illud Demeæ Terentiani Adelph. I. Sc. II.

——hæc ſi neque ego, neque tu fecimus,
Non ſivit egeſtas facere nos.

Vel impingas voces invidioſas Appiani, loquẽtis de Ariſtione Philoſopho in Mithridaticis: Ἀλλὰ γὰρ οὐχ ὅδε μόνος Ἀθήνησιν, οὐδὲ Κριτίας ἔτι πρὸ τούτου, καὶ ὅσοι τῷ Κριτίᾳ συμφιλοσοφοῦντες ἐτυράννησαν, ἀλλὰ καὶ ἐν Ἰταλίᾳ, τῶν Πυθαγορισάντων, καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ Ἑλλάδι, τῶν ἑπτὰ σοφῶν λεγομένων, ὅσοι πραγμάτων ἐλάβοντο, ἐδυνάστευσάν τε καὶ ἐτυράννησαν ὠμότερον τῶν ἰδιωτικῶν τυράννων· ὥστε καὶ περὶ τῶν ἄλλων φιλοσόφων ἄπορον ποιῆσαι καὶ ὕποπτον, εἴτε διʹ ἀρετὴν, εἴτε πενίας καὶ ἀπραξίας τὴν σοφίαν ἔθεντο παραμύθιον. ὧν γε νῦν πολλοὶ ἰδιωτεύοντες καὶ πενόμενοι, καὶ τὴν ἀναγκαίαν ἐκ τῶνδε σοφίαν περικείμενοι, τοῖς πλουτοῦσιν ἢ ἄρχουσι λοιδοροῦνται πικρῶς, οὐχ ὑπεροψίαν πλούτου καὶ ἀρχῆς δόξαν σφίσιν μᾶλλον ἢ ζηλοτυπίαν ἐς αὐτὰ προσφέροντες: *Sed non hic ſolus Athenis, nec ante hunc Critias, cum ſuæ philoſophiæ ſociis exercuerunt tyrannidem: verùm in Italia Pythagoræ ſectatores, & in reliquâ Græciâ qui ſeptem ſapientes dicuntur, quotquot tractarunt rem publ. ſævius quàm idiotæ abuſi ſunt tyrannidis potentiâ. Vnde & de cæteris Philoſophis meritò ſuſpectis dubitatum eſt, virtutiſne ſtudio, an in paupertatis otiique ſolatium, ſectarentur ſapientiam. Quando hodieq; multi privatam ac inopem vitam degentes, & huic neceſsitati prætexentes ſapientiam, in divites ac magiſtratus amarulentis convitiis debacchentur, non tam contemptu divitiarum honorumq;, ut videtur, quàm quòd hæc aliis invideant.* Vel obiicias illa iocoſa Ariſtophanis, memorata Athenæo lib. IV. Deipnoſoph:

Τί πρὸς θεῶν οἰόμεθα τοὺς πάλαι ποτὲ
Πυθαγοριστὰς γινομένους ὄντως ῥυπᾶν.
Ἑκόντας, ἢ φορεῖν τρίβωνας ἡδέως;
Οὐκ ἔστι τούτων οὐδὲν ὡς ἐμοὶ δοκεῖ·
Ἀλλʹ ἐξ ἀνάγκης οὐκ ἔχοντες οὐδὲ ἕν.
Τῆς εὐτελείας πρόφασιν εὑρόντες καλὴν,
Ὅρους ἔπηξαν τοῖς πένησι χρησίμους.
Ἐπεὶ παράθες αὐτοῖς ἰχθὺς, ἢ κρέας,
Κἂν μὴ κατεσθίωσι καὶ τοὺς δακτύλους,
Ἐθέλω κρέμασθαι δεκάκις:

Quid per Deos cenſemus, eos qui olim

Pythagorici fuere, ſponte reverâ
Sordibus ſqualuiſſe, veſteſque laceras
Geſtaſſe libenter? horum mihi videtur nihil:
Sed adductos neceſſitate, cùm illis deeſſent omnia,
Frugalitatis pulcrâ quadam inventâ ſpecie,
Sumptus utilem finem præfixiſſe pauperibus.
Nam appoſita illis vel carne vel piſce,
Niſi ſuos etiam digitos abliguriant,
E cruce volo pendere decies.

Niſi potius eſt oggerere Philonem, ita graviter diſſerētē lib. de Reſp. Noę: Μυρίους ἔστιν ἰδεῖν ἀνάνδρους, ἀκολάστους, ἄφρονας, ἀδίκους, ἀσεβεῖς ἐν ταῖς διανοίαις ὑπάρχοντας, τὸ δὲ κακίας ἑκάστης αἶσχος ἀδυνατοῦντας ἐπιδείκνυσθαι δι' ἀπορίας τῶν εἰς τὸ ἁμαρτάνειν καιρῶν· ἐπειδὰν δὲ τοῦ δυνάσθαι πολλὴ καὶ μεγάλη κατασκήψῃ φορὰ, γῆν καὶ θάλατταν μέχρι τερμάτων ἀμυθήτων ἀναπιμπλάντας κακῶν, καὶ μηδὲν μὴ μικρὸν, μὴ μέγα ἀζήμιον ἐῶντας, ἀλλὰ ῥύμῃ μιᾷ τρέποντάς τε καὶ φθείροντας. ὥσπερ γὰρ τοῦ πυρὸς ἡ δύναμις ἀπουσίᾳ μὲν ὕλης ἡσυχάζει, παρουσίᾳ δὲ ἀνακαίεται, οὕτω καὶ ὅσαι πρὸς ἀρετὴν ἢ κακίαν ψυχῆς δυνάμεις ἀφορῶσι, σβέννυνται μὲν ἀπορίαις, καθάπερ ἔφην, καιρῶν, τυχηραῖς δὲ εὐπορίαις ἀναφλέγονται: *Videre licet innumeros timidos, luxurioſos, inſipientes, iniuſtos, impios, eſſe intus in animo, nec tamen poſſe vitiorum ſingulorum turpitudinem exercere, quod opportunitate ad peccandum careant: quod ſi ſe offerat, qualem cupiunt occaſio, terram & mare usque ad extremos terminos implere cladibus, & nihil vel parvum vel magnum illæſum ſinere, ſed uno impetu ſubvertere corrumpereque omnia. Quemadmodum enim vis ignis tantiſper dum materia caret quieſcit, qua accedente incenditur: ſic quæ ſunt in anima potentiæ, ſpectantes virtutem aut vitium extinguuntur deſtitutæ (ut dixi) opportunitatibus. fortuitis autem excādeſcunt occaſionibus.*
Cùm autem talis obex abſit dominantibus, ideoq; tutò uſurpent illud cuius mentio apud Calp. Flaccum Declam. XVI: *Lubuit & licuit*: haud mirum profectò, tantùm eſſe paucos, *Quos æquus amavit Iupiter.* Verbum eſt Platonis in Gorgiâ: Χαλεπὸν γὰρ καὶ πολλοῦ ἐπαίνου ἄξιον, ἐν μεγάλῃ ἐξουσίᾳ τοῦ ἀδικεῖν γενόμενον, δικαίως διαβιῶναι. ὀλίγοι δὲ γίγνονται οἱ τοιοῦτοι.] *Arduum eſt ac difficile, & magnâ laude dignum, eum qui magnam iniuriæ inferendæ licentiam ſit conſecutus, iuſtè vitam traducere. Pauci autem eiuſmodi exiſtunt.* Idem etiam paulo ſuprà: Οἶμαι δὲ καὶ τοὺς πολλοὺς εἶναι τούτων τῶν παραδειγμάτων τοὺς ἐκ τυράννων καὶ βασιλέων καὶ δυναστῶν, καὶ τὰ τῶν πόλεων πραξάντων, γεγονότας. οὗτοι γὰρ διὰ τὴν ἐξουσίαν, μέγιστα καὶ ἀνοσιώτατα ἁμαρτήματα ἁμαρτάνουσι· μαρτυρεῖ δὲ τούτοις καὶ Ὅμηρος. βασιλέας γὰρ καὶ δυνάστας ἐκεῖνος πεποίηκε τοὺς ἐν ᾅδου τὸν ἀεὶ χρόνον τιμωρουμένους, Τάνταλον, καὶ Σίσυφον, καὶ Τιτυόν· Θερσίτην δὲ, καὶ εἴ τις ἄλλος πονηρὸς ἦν ἰδιώτης, οὐδεὶς πεποίηκε μεγάλαις τιμωρίαις συνεχόμενον, ὡς ἀνίατον: *Arbitror quoq;*

eorum

Digitized by Google

eorum complures qui ad exemplum apud inferos proponuntur, è regibus & tyrannis & optimatibus & iis qui in rerumpubl. adminiſtrationibus fuerint verſati, deſumptos. Illi enim ob immoderatam quandam licentiam, & maxima & planè impia facinora committunt. Illis quoque teſtimonium perhibet Homerus. Ille enim reges & optimates in ſuis poematis inducit apud inferos perpetuò vexari; Tantalum videlicet & Siſyphum & Tityum. at Therſiten privatum hominem, quo tamen nemo alius inducitur profligatior, minimè fingit, quaſi inſanabilem, magnis pœnis torqueri: quandoquidem ſcelerum patrandorum minimè ei aderat facultas &c. Vnde & M. Antoninus libro I. Herodiani: Χαλεπὸν δὲ μετρῆσαί τι καὶ ὅρον ἐπιθεῖναι ἐπιθυμίαις, ὑπηρετούσης ἐξουσίας: *Eſt autem difficile cùm quis potentiam ſibi miniſtram habet, moderari ſibi quaſique frenos imponere cupiditatibus.* Nec aliud cantat Muſa Claudiani IV. Conſul. Honor. verſu *263:*

——proclivior uſus
In peiora datur, ſuadetque licentia luxum,
Illecebriſque effrena favet. tunc vivere caſtè
Aſperius, cùm prompta Venus. tunc durius ira
Conſulimus, cùm pœna patet.

Cui paraphraſtē ſe dat D. Chryſoſtomus Homiliâ XLI. in cap. XII. Matth: Καὶ σφόδρα νεανικῆς δεῖ ψυχῆς ὥστε τῇ ἐξουσίᾳ εἰς δέον χρήσασθαι· ὁ μὲν γὰρ ἀπεστερημένος αὐτῆς, καὶ ἑκὼν καὶ ἄκων φιλοσοφεῖ. ὁ δὲ ἀπολαύων αὐτῆς, τοιοῦτόν τι πάσχει οἷον ἂν εἴ τις κόρῃ συνοικῶν εὐειδεῖ καὶ καλῇ νόμους δέξαιτο μηδέποτε εἰς αὐτὴν ἰδεῖν ἀσελγῶς. τοιοῦτον γάρ ἡ ἐξουσία. διὸ πολλοὺς καὶ ἄκοντας εἰς τὸ ὑβρίζειν ἐνέβαλε, καὶ θυμὸν ἤγειρε, καὶ χαλινὸν γλώττης ἀφεῖλε, καὶ θύραν ἀνέῳξε στόματος, ὥσπερ ὑπὸ πνεύματος τὴν ψυχὴν ἀναρριπίζουσα, καὶ εἰς τὸν ἔσχατον τῶν κακῶν βυθὸν καταποντίζουσα τὸ σκάφος: *Etiam valde magno animo, ſublimique opus ingenio eſt, ut dignitate uti, non abuti poſſis: ita qui ea caret, volens nolensque philoſophatur. Qui verò dignitate ac poteſtate floret, ei ſimilis eſt qui cum puellâ formoſâ cohabitans, legem atque præceptum ſuſcepit, ne iniquè laſcivientibus ipſam oculis videat. Talis quippe res dignitas atque poteſtas eſt. Quocirca multos etiam invitos ad contumeliandum intruſit, iram plerumq; accendit, linguæ frænum abſtulit, & ianuam mortireſeravit, quaſi magnâ procellarum vi animum ſubvertens, & ad profundum malorum omnium naviculam ſubmergens.* Quare ſapienter Iſidorus iunior lib. III. Sentent. cap. LI: *Difficile eſt Principem regredi ad melius, ſi fuerit vitiis implicatus. Populi enim peccantes iudicem metuunt, & à malo ſuo legibus coercentur. Reges autem niſi ſolo Dei timore metuque gehennæ coerceantur, liberè in præceps proruunt, & per abruptum licentiæ in omne facinus vitiorum labuntur.* Propter hęc eò res devenit, ut putaretur denudari ac produci malitia imperantium, non ſubnaſci; iuxta illud ſive Pittaci, ſive Solonis, ſive

F 2

Digitized by Google

Biantis. Ἀρχὴ τὸν ἄνδρα δείκνυσιν: *Magiſtratus virum oſtendit.* Cuius ſententiæ neſcio an accedat Tacitus lib. III. Hiſtor: *Primus Antonius nequaquam pari innocentiâ poſt Cremonam agebat; ſatisfactum bello ratus, & cetera ex facili: ſeu felicitas in tali ingenio, avaritiam, ſuperbiam cæteraque occulta mala patefecit;* Neſcio an Plutarchus ſuper Philippi taxatione in Arato: Ἐπεὶ δὲ τῆς τύχης εὐροούσης ἐπαιρόμενος τοῖς πράγμασι, πολλὰς μὲν ἀνέφυε καὶ μεγάλας ἐπιθυμίας, ἡ δ' ἔμφυτος κακία τὸν παρὰ φύσιν σχηματισμὸν ἐκβιαζομένη ἀναδύουσα κατὰ μικρὸν ἀπεγύμνου καὶ διέφαινεν αὐτοῦ τὸ ἦθος: *At poſtquam ſecundo fortunæ curſu erectus rebus lætis multas effudit & magnas cupiditates, & nativa vitia ſimulationi contra ingenium vim facientia, erumpentiaque paulatim detexerunt & aperuerunt illius ingenium.* Bonâ profectò fide id agit Leontius apud Suidam de Zenone Imp: Διαπορούντων δὲ τῶν ἄλλων καὶ οἰομένων μεταβεβλῆσθαι τὴν φύσιν αὐτοῦ ἐξ ἡμέρου εἰς ἀγρίαν, διὰ τὸ τὰ πρῶτα τῆς βασιλείας πρᾶξαί τινα καὶ ὑποσχέσθαι ἔπειτα τῶν εἰς χρηστὰ τεινόντων, οὐ μεταβέβληται, ἔφη, τὴν φύσιν, ἀλλ' ἐνδέδεικται ἐν εὐδαιμονίᾳ τὴν κακίαν πολὺν χρόνον διὰ τὸν Ἴλλου τὸν φόβον ἡσυχασθεῖσαν. *Aliis item dubitantibus, & ingenium e manſueto ſævum eſſe factum opinantibus, quòd initio Imperii quædam egiſſet, quædam pollicitus eſſet, quæ ad bonum tenderent: Non mutavit, inquit, naturam: ſed in rebus ſecundis improbitatem declaravit, longo tempore Illi metu diſſimulatam.* Nec alterius opinationis aut Ammianus lib. XXX. in vitâ Valentiniani: *Replicare nunc eſt opportunum, & ab ortu primogenio patris huiuſce principis adusque ipſius obitum actus eius diſcurrere per epilogos breves, nec vitiorum prætermiſſo diſcrimine vel bonorum, quæ poteſtatis amplitudo mõſtravit; nudare ſolita ſemper animorum interna.* Aut Euagrius lib v. Eccleſ. Hiſt. cap. XIX: Ὅσος γὰρ καὶ οἷος τῇ βασιλείᾳ φυλακτέον, ἡ τὸν ἄνδρα τεχνωτέρων διεσάφησε, τῷ αὐτεξουσίῳ καὶ τὰ ἔνδον ἀναπτύξασα: *Quàm egregius quisque ſit, & qualem naturam moresque habeat, ex eius imperio conſiderandum eſt: quæ una res hominem ſolet perſpicuè qualis ſit oſtendere. quandoquidem cùm libera ſit eius vivendi poteſtas, ea quæ ſunt in animi domicilio recondita, omnium oculis ſubiicit ad contemplandum.* Cui & adſenſum ſuum præbent gentes aliæ. Ioſephus certe, enarrato quomodo Saul Nobam unà cum Sacerdotibus atque incolis ſuſtuliſſet, ſubiicit libro VI. Antiq. capitulo XIIII: Μαθεῖν ἅπασι παρέσχε καὶ κατανοῆσαι τὸν ἀνθρώπινον τρόπον. ὅτι μέχρις οὗ μέν εἰσιν ἰδιῶται τινὲς καὶ ταπεινοὶ, τῷ μὴ δύνασθαι χρῆσθαι τῇ φύσει, μηδὲ τολμᾶν ὅσα θέλουσιν, ἐπιεικεῖς εἰσι καὶ μέτριοι καὶ μόνον διώκουσι τὸ δίκαιον, καὶ πρὸς αὐτὸ τὴν ἔννοιάν τε καὶ πᾶσαν σπουδὴν ἔχουσι. τότε δὲ καὶ περὶ τοῦ θείου πεπιστεύκασιν ὅτι πᾶσι τοῖς γινομένοις ἐν τῷ βίῳ πάρεστι, καὶ οὐ τὰ ἔργα μόνον ὁρᾷ τὰ πραττόμενα, ἀλλὰ καὶ τὰς διανοίας ἤδη σαφῶς οἶδεν ἀφ' ὧν μέλλει ταῦτα ἔσεσθαι· ὅταν δὲ εἰς ἐξουσίαν παρέλθωσι καὶ δυναστείαν, τότε πάντ' ἐκεῖνα μετενδυσάμενοι, καὶ ὥσπερ ἐπὶ σκηνῆς προσωπεῖα τὰ ἤθη καὶ τοὺς τρόπους ἀποθέμενοι, μεταλαμβάνουσι τόλμαν, ἀπόνοιαν, καταφρόνησιν

ἀνθρω

Digitized by Google

ἀνθρωπίνων τι καὶ θείων. καὶ ὅτι μάλιστα δεῖ τῆς εὐσεβείας αὐτοῖς καὶ τῆς δικαιοσύνης ἔγγιστα τοῦ φθονεῖσθαι γεγενημένοις, καὶ πᾶσι φανεροῖς ἐφ' οἷς ἂν νοήσωσιν ἢ πράξωσι καθεστῶσι, τόθ' ὡς οὐκέτι βλέποντος αὐτοὺς τοῦ θεοῦ, ἢ διὰ τὴν ἐξουσίαν δεδιότος, οὕτως ἐμπαροινοῦσι τοῖς πράγμασιν. ἃ δ' ἂν ἢ φοβηθῶσιν ἀκούσαντες, ἢ μισήσωσι θελήσαντες, ἢ στέργωσιν ἀλόγως, ταῦτα κύρια καὶ βέβαια καὶ ἀληθῆ τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἀρεστὰ τῷ θεῷ δοκοῦσι. τῶν δὲ μελλόντων λόγος αὐτοῖς οὐδὲ εἷς: *Satis declaravit quàm pravum ſit hominum ingenium. Tantiſper enim dum humiles ſunt atque plebeii, quia non audent, neque liberum eſt natura obſequi, æqui ac boni viri eſſe videntur; mirumque quoddam iuſtitiæ ſtudium præ ſe ferunt. quin & pietatem interea colunt, Deumque omnibus actionibus noſtris intereſſe, omnes denique cogitationes intueri perſuaſum habent. ſed ſimul atque ad potentiam & imperium provecti ſunt; exutis priſtinis moribus & tamquam in ſcenâ mutato habitu, novâque perſonâ aſſumptâ, in omnem audaciam & inſolentiam divinarumq; æquè ac humanarum rerum contemptum prolabuntur: & cùm ad ſuperandum invidiam maximè illis opus eſt pietate & iuſtitiâ, cumq; omnes eorum non actiones ſolùm, verùm etiam voluntates in conſpicuo ſint omnibus propoſitæ; tum maximè (tamquam aut diſſimulante Deo, aut & ipſo poteſtatem eorum formidante) in ſubditos debacchantur: & quicquid aut per inanem metum, aut odium vel favorem irrationabilem decernunt; id tum hominibus ratum, tum Deo quoque ipſi probatum eſſe exiſtimant: futurorum verò prorſus nullum nec reſpectū nec rationem habent.* Sic dux ille magnus; cuius iſta quotidiè Principibus legi debebant, imò recitari, & quidem ad literam. Et eius quidem auctoritatem ſuſtentat Dynaſta è Perſiâ apud Herodotum; niſi quatenus putat reges mutari magis quàm detegi. lib. III: Εμοὶ δοκέει, ἕνα μὲν ἡμέων μούναρχον μηκέτι γίνεσθαι. οὔτε γὰρ ἡδὺ, οὔτε ἀγαθόν. εἴδετε μὲν γὰρ τὴν Καμβύσεω ὕβριν ἐπ' ὅσον ἐπεξῆλθε, μετεσχήκατε δὲ καὶ τῆς τοῦ μάγου ὕβριος. κῶς δ' ἂν εἴη χρῆμα κατηρτημένον μουναρχίη, τῇ ἔξεστι ἀνευθύνῳ ποιέειν τὰ βούλεται; καὶ γὰρ ἂν τὸν ἄριστον ἀνδρῶν πάντων στάντα ἐς ταύτην τὴν ἀρχὴν, ἐκτὸς τῶν ἐωθότων νοημάτων στήσειε. ἐγγίνεται μὲν γάρ οἱ ὕβρις ὑπὸ τῶν παρεόντων ἀγαθῶν, φθόνος δὲ ἀρχῆθεν ἐμφύεται ἀνθρώπῳ. δύο δ' ἔχων ταῦτα, ἔχει πᾶσαν κακότητα. τὰ μὲν γὰρ ὕβρι κεκορημένος ἔρδει πολλὰ καὶ ἀτάσθαλα· τὰ δὲ, φθόνῳ: *Ego certè ut totum imperium uni noſtrûm poſthac deferatur; auctor non fuerim. nam quò progreſſa ſit Cambyſis inſolentia, vidiſtis, & magi inſolentiam experti eſtis: Quomodo igitur monarchia ſit rès bene ordinata, in quâ licet pro libidine agere omnia impunè? quæ virum, etiamſi optimus omnium fuerit; tamen cùm in ea poſitus eſt, extra conſuetos abiecerit ſenſus? quippe cùm præter invidiam ab initio ingenitam homini, ingeneretur ex præſentibus bonis inſolentia. hac autem duo habens, omne vitium habet; tum per inſolentiam, quod expletus omnibus rebus eſt; tum per invidiam multa facinora admittens.* In horum veſtigia videtur pedem ponere Plutarchus; non obſcurè

Digitized by Google

quidem in Syllæ vitâ: Μάριος μὲν οὖν ἀπ' ἀρχῆς χαλεπὸς ὢν, ἐπέτεινεν, οὐ μετέβαλε τῇ ἐξουσίᾳ τὴν φύσιν· Σύλλας δὲ, μετρίως τὰ πρῶτα καὶ πολιτικῶς ὁμιλήσας τῇ τύχῃ καὶ δόξαν ἀριστοκρατικοῦ καὶ δημωφελοῦς ἡγεμόνος παρασχὼν, ἔτι δὲ καὶ φιλόγελως ἐκ νέου γιγνόμενος, καὶ πρὸς οἶκτον ὑγρὸς, ὥστε ῥᾳδίως ἐπιδακρύειν, εἰκότως προσετρίψατο ταῖς μεγάλαις ἐξουσίαις διαβολὴν, ὡς τὰ ἤθη μένειν οὐκ ἐώσαις ἐπὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς τρόπων, ἀλλ' ἔμπληκτα καὶ χαῦνα καὶ ἀπάνθρωπα ποιούσαις. τοῦτο μὲν οὖν, εἴτε κίνησίς ἐστι καὶ μεταβολὴ φύσεως ὑπὸ τύχης, εἴτε μᾶλλον ὑποκειμένης ἀποκάλυψις ἐν ἐξουσίᾳ κακίας. ἑτέρα τις ἂν διορίσειε πραγματεία: *Ac Marius quidem, qui à prima ætate acerbus fuerat, intendit, non invertit poteſtate ingenium. Sylla verò, qui moderatè tulerat initiò & civiliter fortunam, exiſtimationemque dederat principis optimatum reique publicæ ſtudioſi, inſuper ad riſum à iuventute propenſus, & promptus veniæ dandæ fuerat, ut facilè ei lacrymæ manarent; meritò hanc inuſſit magnæ potentiæ maculam, mores eam non pati in priore hærere ſtatu, ſed vecordes, arrogantes, & inhumanos reddere. Motio ea ſit & converſio a fortuna naturæ, an inſitæ potius pravitatis in potentia detectio, alterius ſit commentationis diſceptare.* Sed aliquantò clarius in Sertorio: Ἐν δὲ ταῖς τιμαῖς τῶν ἀνδραγαθημάτων δαψιλὴς φαινόμενος, περὶ τὰς τιμωρίας ἐμετρίαζεν τῶν ἁμαρτημάτων. καίτοι δοκεῖ περὶ τὸν ἔσχατον αὐτοῦ βίον ὠμότητος καὶ βαρυθυμίας, τὸ περὶ τοὺς ὁμήρους πραχθὲν ἔργον ἐπιδεῖξαι τὴν φύσιν οὐκ οὖσαν ἥμερον, ἀλλ' ἐπαμπεχομένην λογισμῷ διὰ τὴν ἀνάγκην· ἐμοὶ δὲ ἀρετὴν μὲν εἰλικρινῆ καὶ κατὰ λόγον συνεστῶσαν οὐκ ἄν ποτε δοκῇ τύχη τις ἐκστῆσαι πρὸς τοὐναντίον. ἄλλως δὲ προαιρέσεις καὶ φύσεις χρηστὰς ὑπὸ συμφορῶν μεγάλων παρ' ἀξίαν κακωθείσας, οὐκ ἀδύνατον τῷ δαίμονι συμμεταβαλεῖν τὸ ἦθος· ὃ καὶ Σερτώριον οἶμαι παθεῖν, ἤδη τῆς τύχης αὐτὸν ἐπιλειπούσης, ἐκτραχυνόμενον ὑπὸ τῶν πραγμάτων, γινόμενον πονηρὸν πρὸς τοὺς ἀδικοῦντας: *In tribuendis ob præclara facta honoribus prolixus extitit, & in ſuppliciis ob delicta exigendis moderatus, quamvis in calce vitæ exemplum quod edidit in obſides immanitatis & ſævitiæ, ingenium dicas aperuiſſe eius non lene, ſed refrænatum ob neceſſitatem ratione. Mihi verò ſynceram virtutem atque conſilio firmatum nulla vnquam fortuna videatur deflectere in contrarium poſſe. Alioquin probos animos & ingenia magnis calamitatibus afflicta indignè, haud mirum ſit invertere cum caſu mores. Quod accidiſſe exiſtimo Sertorio, & deſtituente eum fortunâ rebus exacerbatum evaſiſſe adverſus perfidos tetrum.* Et hæc ſententia verior videtur, cui ſtabiliendæ opportuna iſthæc Greg. Nazianzeni Epiſt. CVII. ad Sophronium: Ὁ χρυσὸς ἄλλοτε μὲν ἄλλως μεταποιεῖται καὶ σχηματίζεται εἰς πολλοὺς κόσμους τυπούμενος, καὶ πρὸς πολλὰ ὑπὸ τῆς τέχνης ἀγόμενος, μένει δὲ ὅπερ ἐστὶ χρυσός· καὶ οὐχ ἡ ὕλη μεταβολὴν ἀλλὰ τὸ σχῆμα λαμβάνει· Οὕτω καὶ τὴν σὴν καλοκαγαθίαν ἡγούμενοι τὴν αὐτὴν μένειν τοῖς φίλοις, κἂν ἀεὶ προθέῃς ἐπὶ τὰ ἔμπροσθεν, ταύτην ἐθαρρήσαμεν τὴν πρεσβείαν προσαγαγεῖν: *Aurum aliàs quidem alio modo immutatur, & effingitur, in multos ornatus informatum, atque ad multas res ab arte traductum:*

aurum

aurum tamen, ut eſt, manet: nec materia ſed forma mutationem ſuſcipit. Eodem modo tuam quoque probitatem eandem erga tuos amicos manere exiſtimantes, etiamſi ad altiores quotidie dignitatum gradus proveharis, hanc tibi deprecationem offerre minimè dubitavimus &c.

Obſequium indè in Principem, & æmulandi amor validior quàm pœna ex legibus, & metus.

Lib. III. Annal.

Nec iis qui Principũ adoleſcentiæ præficiuntur, multa debemus! bona quidẽ, ſi ipſimet boni; mala, ſi mala. vtpote à quibus pendeat orbis totius aut exitium, aut ſalus. Id minimè latuit Plutarchum, cuius hęc ſunt, libro Philoſophis verſandum cũ Principe: Εὖ δὲ ποιοῦσι πολλοὺς οἱ ποιοῦντες ἀγαθοὺς ὧν πολλοὶ δέονται· καὶ τοὐναντίον, οἱ ἀεὶ διαφθείροντες ἡγεμόνας ἢ βασιλεῖς ἢ τυράννους διάβολοι καὶ συκοφάνται καὶ κόλακες, ὑπὸ πάντων ἐλαύνονται καὶ κολάζονται, καθάπερ οὐκ εἰς μίαν κύλικα φάρμακον ἐμβάλλοντες θανάσιμον, ἀλλ᾽ εἰς πηγὴν δημοσίᾳ ῥέουσαν, ᾗ χρωμένους πάντας ὁρῶσιν: *Benè autem multis faciunt, qui eos bonos reddunt, quorum operâ multi indigent. ſicut contrà qui Principes, reges, tyrannoſque ſolent corrumpere ſycophantæ, calumniatores, atq; adulatores; ab omnibus profligantur atque puniuntur: ut qui lethale venenum non in unum aliquem iniecerunt calicem, ſed in fontem publicũ & quo univerſos uti norint.* Proinde verè Iſocrates Orat. ad Nicoclẽ: Οἱ μὲν γὰρ τοὺς ἰδιώτας παιδεύοντες, ἐκείνους μόνους ὠφελοῦσιν· εἰ δέ τις τοὺς κρατοῦντας τοῦ πλήθους ἐπ᾽ ἀρετὴν προτρέψειεν, ἀμφοτέρους ἂν ὠφελήσειε, καὶ τοὺς τὰς δυναστείας ἔχοντας, καὶ τοὺς ὑπ᾽ αὐταῖς ὄντας· τοῖς μὲν γὰρ ἂν τὰς ἀρχὰς ἀσφαλεστέρας, τοῖς δὲ τὰς πολιτείας πρᾳοτέρας ποιήσειεν: *Nam qui privatos homines inſtituunt, hi ſolis illis proſunt. Si quis verò populi dominos ad virtutem excitarit; is utriusque commodaverit, tum iis qui imperant, tum iis qui parent imperio: quod & illis principatus tutiores, & his reſpublicas leniores effecerit.* Et admodum prudenter, citante Laertio, Rex Antigonus, in literis ſuis ad Zenonem: Σὺ οὖν πειράθητι ἐκ παντὸς τρόπου συμμῖξαί μοι, διειληφὼς τοῦτο, διότι οὐχ ἑνὸς ἐμοῦ παιδευτὴς ἔσῃ, πάντων δὲ Μακεδόνων συλλήβδην· ὁ γὰρ τὸν τῆς Μακεδονίας ἄρχοντα καὶ παιδεύων καὶ ἄγων ἐπὶ τὰ κατ᾽ ἀρετὴν, φανερός ἐστι καὶ τοὺς ὑποτεταγμένους παρασκευάζων πρὸς ἀνδρείαν· οἷος γὰρ ἂν ὁ ἡγούμενος ᾖ, τοιούτους εἰκὸς ὡς ἐπίπολυ γίγνεσθαι καὶ τοὺς ὑποτεταγμένους: *Enitere igitur omnibus modis, ut nobiſcum ſis; illudq; tibi perſuade, non ſolùm tibi me, ſed omnes ſimul Macedonas erudiendos eſſe. Qui enim Macedoniæ regem inſtituendum ſuſcipit, ſeq; ei ad virtutem ducem præbet, hunc manifeſtum eſt eos quoque qui eius imperio ſubiecti ſunt, ad*

forti-

fortitudinem inſtruere. qualis enim Princeps fuerit, tales quoque illos qui eius imperio parent, plerunque evadere veriſimile eſt. Plerumque? imò ſemper nec id tam veroſimile eſt, quàm verum. De quo ne quis deinde ambigat; confirmabitur pluribus & teſtimoniis, & exemplis. Primò quidem oggerit ſe, non quidem ex aureâ Themidis tripode, ſed perennis Sapientiæ fonte, Syracides Eccleſiaſt. cap. x: Κατὰ τὸν κριτὴν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, οὕτως καὶ οἱ λειτουργοὶ αὐτοῦ· καὶ κατὰ τὸν ἡγούμενον τῆς πόλεως, πάντες οἱ κατοικοῦντες αὐτήν. &c. *Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius: & ſecundum gubernatorem civitatis, omnes inhabitantes eam.* De cuius rivulis remo neget rigaſſe ſcripta ſua Xenophontem, limine libri περὶ προσόδων: Ἐγὼ τοῦτο μὲν ἀεί ποτε νομίζω, ὁποῖοί τινες οἱ προστάται ὦσι, τοιαύτας καὶ τὰς πολιτείας γίγνεσθαι: *Equidem in hac ſententiâ ſum perpetuò, vt quales ſunt præſides, tales & Reſpublicas eſſe ſtatuam.* Sanè de eodem flumine ſumpta hæc Iſocratis ad Nicoclem: Τὴν σαυτοῦ σωφροσύνην παράδειγμα τοῖς ἄλλοις καθίστη, γινώσκων ὅτι τὸ τῆς πόλεως ὅλης ἦθος ὁμοιοῦται τοῖς ἄρχουσι: *Tua temperantia fac aliis exemplo ſis; nec ignores, totius civitatis mores ad exemplum magiſtratuum confirmari.* Quod etiam ipſum imbibiſſe Nicoclem, liquet ex Orat. eiuſd. apud Iſocratem: Βουλόμενος παράδειγμα καταστῆσαι τὸν τρόπον τὸν ἐμαυτοῦ τοῖς ἄλλοις πολίταις: γιγνώσκων, ὅτι φιλεῖ τὸ πλῆθος ἐν τούτοις τοῖς ἐπιτηδεύμασι τὸν βίον διάγειν, ἐν οἷς αὐτοὺς ἄρχοντας τοὺς ἑαυτῶν ὁρῶσι διατρίβοντας: *Mores meos civibus exemplo eſſe volui; cùm in iis ſolere ſtudiis ætatem conſumere populum ſcirem, quibus ſuos Principes videt eſſe deditos.* Nec alterius eſt guſtus Euſebii dictio apud Stobæum tit. de Magiſtratu: Πρὸς τοὺς παρὰ δίκην ζῶντας, ἐπεὶ καὶ ἀξιοῦντας ἄλλων ἡγεῖσθαι, ἀπειθεῖς ἄνθρωποι. εὐπείθειαν δὲ εὐπετῆ ἐπὶ τὰ παραγγελλόμενα ἑαυτῷ ἢ ἄλλῳ παρὰ τῶν ἀρχομένων παρασκευάζει ἅπας, ὅγε παρ' ἑαυτοῦ τὰ δέοντα σπουδῇ ποιεῖν ἐπιστάμενος, καὶ παράδειγμα τῶνπερ χρὴ πράττειν τοῖς ὑποτεταγμένοις ἑαυτὸν παρεχόμενος: *Homines inobedientes ſunt illis, qui cum iniuſtè vivant, aliis præeſſe volunt. Obedientiam autem facilem ad ea quæ princeps vel ipſe, vel per alium præcipit, apud ſubditos efficiet quivis, qui quæ ipſum facere decet diligenter exequitur, & eorum quæ agere convenit ſubditis ſeſe exemplum præbet.* Pari limpiditate termoris Syneſius ſub finem Orat. περὶ βασιλείας: Ὡς πολλῶν ὄντων ἃ δέδωκεν ὁ θεὸς βασιλείᾳ ζηλωτὰ καὶ μακάρια, οὐδὲν ἐς ἧττον, εἰ μὴ καὶ παντὸς μᾶλλον ἀγασθείη τις ἂν αὐτῆς, καὶ ὑμνήσειε τὴν ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀρχομένων ἰσχὺν, ὅτι μετατίθησι βασιλεὺς δόξαν ἤθους ἐγκεκαυμένην ἤδη παλαιᾷ καὶ τρυφῇ τῇ πρώτῃ, τῷ φαίνεσθαι τἀναντία λιμῶν καὶ περὶ πλείστου ποιούμενος· ὅτῳ γὰρ βασιλεὺς χαίρει, τοῦτ' εὐθὺς αὔξειν ἀνάγκη, καὶ ὑπὸ πλείστων ἐπιτηδεύεσθαι: *Nam cùm multa admiranda & magnifacienda & prædicabilia attribuerit Deus Imperatoriæ maieſtati; nihil eſt quod ſit minus, vel hoc potius omnium maximè eſt admirabile & decantandum, tantam illam in animis*

populi

Digitized by Google

populi vim habere. Imperator enim mutat opinionem moris diuturnâ conſuetudine & primus deliciis quaſi inuſtam; quoties apparet contrariis eum honorem habere & plurimum tribuere. quibuscumque enim gaudet Imperator, id ſtatim neceſſe eſt augeſcere, & plurimorum ſtudiis coli. Simili colore Damaſcenus lib. de S. Barlaam cap. XXXIII: *Huiusmodi principatus atque imperii natura eſt. ſemper ſubditi ad eos qui rerum potiuntur ſeſe componunt; eaque amare ac conſectari ſolent, quibus Principem delectari ſentiunt.* Produxi numerũ teſtium qui ſufficiat confirmando teſtamento: verùm nihil impedit quin addam & alios adhuc, tanquam honorarios; inter quos agmen ducet Cicero, cuius vox eſt Libro III. de Legib: *Nam licet videre, ſi velis replicare memoriam tẽporum, qualeſcunque ſummi ciuitatis viri fuerunt, talem ciuitatem fuiſſe: quæcumque mutatio morum in principibus extiterit, eandem in populo ſecutam.* Inſequetur verò Plinius: *Vita principis cenſura eſt, eaque perpetua. ad hanc dirigimur. ad hanc conuertimur: nec tam imperio nobis opus eſt quàm exemplo.* Cui ingruet Imp. Theodoſius aſſeuerans Claudiani verſibus lib de IV. Cõſ. Honorii:

——componitur orbis
Regis ad exemplum: nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent, quàm vita regentis.

Quid plura? tanta firmitudo huius gnomes, ut manu Caſſiodori ſcribat Senatui Vrbis Romę Theodericus rex lib. III. Var. Epiſt. XII: *Facilius eſt, ſi dicere fas, errare Naturam, quàm diſſimilem ſui Princeps poſſit formare Rempublicam.* Cauſſam huius rei quidam putant: quod cùm omnes honores, omnia commoda proueniant à Principe, eidem etiam ſimilitudine morum inſinuari amemus; quoniam, *Idẽ velle, idem nolle; ea demum firma amicitia eſt,* Salluſt. Catilinar. Vnde Plut. lib. de diſcrim. Adulat. & Amici: Ἐπεὶ δὲ τὸ μάλιστα φιλίας ἀρχὴν συνέχον καὶ συνιστᾶνον, ὁμοιότης ἐστὶν ἐπιτηδευμάτων καὶ ἠθῶν, καὶ ὅλως τὸ χαίρειν ἔν γε τοῖς αὐτοῖς, καὶ τὸ ταὐτὰ φεύγειν πρῶτον εἰς ταυτὸ συνάπτει καὶ συνίστησι διὰ τῆς ὁμοιοπαθείας, τοῦτο κατιδὼν ὁ κόλαξ, αὐτὸν ὥσπερ ὕλην τινὰ ῥυθμίζει, καὶ σχηματίζει περιαρμόσαι καὶ περιπλάσαι ζητῶν, οἷς ἂν ἐπιχειρῇ διὰ μιμήσεως, ὑγρὸς ὢν καὶ πιθανὸς μεταβάλλεσθαι ἐπὶ τὰς ἐξομοιώσεις: *Ac quoniam principium amicitiæ ac ſtabilitas in ſimilitudine ſtudiorum ac morum maximè conſiſtit, earumdemq́; omninò rerum appetitio aut auerſatio ob affectuum animi ſimilitudinem primò homines coniungit ac continet: hoc ſentiens adulator, ſeipſum veluti materiam quandam componit atque conformat, accommodare ſe ac affingere ſtudens imitatione iis quos adoritur, mollis & facilis ad repræſentandos ſimilitudine eos. &c* Nec aliunde Syneſius Epiſtola XXXI: Ἡ δὲ μίμησις, οἰκείωσίς ἐστι, καὶ συνάπτει πρὸς ὃ μιμεῖται τὸ μιμούμενον: *Imitatio familiaritatis conciliatio eſt, conglutinatque imitantem illi quem imitatur.* Huc-

que referas Taciti iudicium lib. III. Annal: *Sed præcipuus adſtricti moris auctor Veſpaſianus fuit; antiquo ipſe cultu victuque. obſequium inde in principem, & æmulandi amor, validior quam pœna ex legibus & metus.* Gregorę item lib. Hiſtor. VI: Ἐπεὶ καὶ τὸ πλεῖστον φιλεῖ τὸ ὑπήκοον πρὸς τὴν τῶν ἀρχόντων συνδιατίθεσθαι βούλησιν, καὶ πρὸς ἐκείνην ὡς εἴς τινα σκοπὸν καθάπαξ ῥυθμίζειν καὶ διαθεῖναι καὶ γνώμην καὶ γλῶτταν, καὶ πᾶσαν χειρὸς πρακτικῆς κίνησιν. τοῖς γὰρ τοιούτοις οἶδεν ἐξωνεῖσθαι ῥᾳδίως τὴν τῶν ἀρχόντων εὐμένειαν: *Nam plerumque ſolent ſubditi ad principum voluntatem ſe accommodare, ad eamque animum & linguam & omnes actiones referre. His enim obſequiis eorum benevolentiam redimi ſciunt.* At ſunt alii qui id arbitrantur fieri ductu ultroneo Naturæ: ſive quod Regem ſequamur tanqum præſtantiorem. Ariſtides περὶ τοῦ παραφθέγματος: Ἐπάνειμι δὴ ἐπ' ἐκεῖνο, ὅτι ἀξιοῖς μεταβάλλειν τὸν τῆς φύσεως νόμον, ὃς κελεύει τὴν τῶν κρειττόνων ὑπερβολὴν ἀνέχεσθαι, καὶ ζῆν πρὸς τὸ ἡγούμενον. αἰσχρὸν τῷ στρατηγῷ βλέπειν εἰς τοὺς στρατιώτας. καλὸν δέγε τοῖς στρατεύμασιν, εἰς τοὺς στρατηγοὺς, ὥσπερ οἶμαι τοῖς χορευταῖς, εἰς τὸν ἡγεμόνα, τοῖς ναύταις εἰς τὸν κυβερνήτην. τοῖς δήμοις εἰς τὸν ἄρχοντα, τοῖς ἀκροαταῖς εἰς τὸν ῥήτορα: *Huc igitur redeo, quòd naturæ vis mutare legem, quæ iubet potiorum ferre præſtantiam, & ex principum arbitrio vivere. Turpe ſit imperatori, ſi ad milites reſpiciat. contrà decet exercitum imperatori morem gerere, ſicut coryphæo ſaltatores, gubernatori nautas; principi populum, oratori auditores.* Sive quod re verâ partes eius ſumus; ipſe inquam ſit caput; nos membra; imò ipſe ſit anima, nos corpus. adeò ut heîc locum inveniat illud Lactantii lib. VI. Divin. Inſtit. cap. IX: *Omnis enim iuſtitia eius, ſimilis eſt humano corpori caput non habenti, in quo tametſi membra omnia & locis ſuis conſtent, & figura, & habitudine, tamen quoniam deeſt id, quod eſt omnium principale, & vita, & omni ſenſu caret. Itaque membra illa formam tantummodo membrorum habent, uſum non habent, tam ſcilicet quàm caput ſine corpore.* Ac ut uſurpem verba D. Chryſoſtomi Homil. V. ad Theſſalon. II. cap. III: Ἡ κεφαλὴ οὐχ ὁρᾷς ὅτι οὐ τῷ τόπῳ τοσοῦτον ὑπερέχει τοῦ λοιποῦ σώματος, ὅσον τῇ προνοίᾳ; καθάπερ τις κυβερνήτης ἅπαν αὐτὸ εὐθύνουσα; ἐν γὰρ τῇ κεφαλῇ καὶ οἱ τοῦ σώματος καὶ οἱ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὶ, ἐκεῖθεν ἐπιρρεῖ τούτοις τὸ διορατικὸν, ἐκεῖθεν τὸ ἡγεμονικὸν, καὶ τὸ μὲν λοιπὸν τάττεται εἰς διακονίαν, αὐτὴ δὲ εἰς τὸ ἐπιτάττειν κεῖται· πᾶσαι αἱ αἰσθήσεις ἐκεῖθεν ἔχουσι τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν πηγήν· τὰ φωνητικὰ ὄργανα ἐκεῖθεν ἀναπέμπεται, τὸ διορατικὸν, τὸ ὀσφρητικὸν, ἡ ἁφὴ πᾶσα· ἡ γὰρ τῶν νεύρων ῥίζα καὶ τῶν ὀστῶν ἐκεῖθεν συνέστηκεν: *Non vides quòd caput non tantum loco ſuperat reliquum corpus, quantum cura & providentia, ut quod ipſum regat ac dirigat tanquam gubernator? In capite enim & corporis & animæ ſunt oculi. Illinc ad eos affluit vis perſpiciendi, illinc vis regendi quæ tenet principatum. Et reliquum quidem corpus conſtituitur ad miniſtrandum; hoc verò collocatum fuit ad imperandum. omnes ſenſus illinc habent principium & fontem: illinc inſtrumenta emittuntur vocalia*

Digitized by Google

lia, facultas videndi, facultas odorandi, tactus univerſus: Illinc orta eſt radix nervorum & oſsium. Cæterum non deeſſe qui putent principem populi ſui animam eſſe ac ſpiritum, pluribus oſtendi alio loco. quod ipſum cur minimè debeamus infitiari, multa nos tenent. Legatur modò Maximus Tyrius Serm. XLI; ubi inter alia habet & iſtud: Ψυχὴ καὶ σῶμα ὁ ἄνθρωπος, τὸ μὲν αὐτῷ ἄρχον, τὸ δὲ ἀρχόμενον· ὡς ἐν πόλει ἄρχων τε ἀρχόμενος· καὶ ἔστι καὶ ὁ ἄρχων πόλεως μέρος, καὶ οἱ ἀρχόμενοι, παραπλησίως: *Ex animo & corpore conſtitutus eſt homo, in eoque animus imperat, obſequitur corpus. Et quidem eodem ferè modo in civitate aliquis regnat, reliqui parent; & tam qui imperat, quàm qui paret, civitatis pars eſt.* Certè Iuſtinus Martyr Quæſtione CXXXVIII. disertè fatetur: Καὶ ὡς σύγκειται ὁ ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, οὕτως καὶ ἡ βασιλεία σύγκειται ἐκ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν βασιλευομένων. καὶ ὥσπερ ἁμαρτήσας ὁ ἄνθρωπος ἁμάρτημα διὰ χειρὸς, καὶ τυπτηθῇ εἰς τὸν νῶτον, οὐκ ἀδικεῖ ὁ τυπτήσας αὐτὸν, οὕτως οὐκ ἀδικεῖ Θεὸς ἐπὶ τοῖς τῶν βασιλέων πταίσμασιν τὸν λαὸν τιμωρούμενος. μεγάλως γὰρ οἶδεν ἀνιᾶν τοὺς βασιλεῖς ἡ πληγὴ τοῦ λαοῦ· τῆς γὰρ βασιλείας ἐστὶ τιμωρία, ἡ πληγὴ τοῦ λαοῦ: *Et ſicut homo, ex anima & corpore conſtituitur: ita regnum, ex rege, & eis qui reguntur, coagmentatur. Et quemadmodum ſi homo manibus peccatum committens, tergo pœnas pendat, non inique qui in eum animadvertit agit: ita non iniuſte Deus facit, principum delicta, populi pœna coercens. In magnum enim reges mærorem cōiicere ſolet, populi calamitas. Regni nāque pœna eſt, civium ipſorum plaga.* Et inde forſan eſt quod legimus de gente Aethiopū lib. III. Biblioth. Diodori: Ἴδιον γὰρ ὑπάρχειν λέγουσι τοῖς Αἰθίοψιν, ἐπὰν ὁ βασιλεὺς μέρος τι τοῦ σώματος πηρωθῇ δι' ἡνδήποτε αἰτίαν, ἅπαντας τοὺς συνήθεις συναποβάλλειν τοῦτο κατὰ προαίρεσιν. αἰσχρὸν γὰρ ὑπολαμβάνειν, τοῦ βασιλέως πεπηρωμένου τὸ σκέλος ἀρτίποδας εἶναι τοὺς φίλους καὶ μὴ πάντας ἐν ταῖς ἐξόδοις συνέπεσθαι χωλοὺς ὁμοίως. ἄτοπον γὰρ εἶναι τὸ συμπενθεῖν μὲν καὶ τὸ συλλυπεῖσθαι, καὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως ἀγαθῶν ἁπάντων τε καὶ κακῶν κοινωνεῖν τὴν βεβαίαν φιλίαν, τῆς δὲ εἰς τὸ σῶμα λύπης ἄμοιρον γίνεσθαι· φασὶ δὲ συνήθεις εἶναι καὶ τὸ συντελευτᾶν ἑκουσίως τοὺς ἑταίρους τοῖς βασιλεῦσι, καὶ τοῦτον εἶναι τὸν θάνατον ἔνδοξον καὶ φιλίας ἀληθινῆς μάρτυρα. διόπερ μὴ ῥᾳδίως ἐπιβουλὴν γίνεσθαι παρὰ τοῖς Αἰθίοψι κατὰ τῶν φίλων, ὡς ἂν τοῦ βασιλέως καὶ τῶν φίλων ἁπάντων ἐπίσης προνοουμένων τῆς τ' ἐκείνου καὶ τῆς ἰδίας ἀσφαλείας: *Moris enim aſſerunt Aethiopibus fuiſſe, ut ſi quando rex aliqua corporis parte ex quavis cauſa debilitaretur, domeſtici omnes ſponte ſua eandem partem debilitarent. Turpe etenim exiſtimabant, rege claudo non & omnes claudos amicos eſſe. Et quidem abſurdum videbatur: cum vera ſit amicitiæ, ex rebus adverſis amicorum dolere, lætari ſecundis, non & corporis quoque doloris amicos participes eſſe. Ferunt quoque conſuetudinis eſſe, amicos ultro in regis morte vita defungi, exiſtimantes eum interitum glorioſum, veræque amicitiæ teſtem. Ideo haud facile eſt Aethiopibus adverſus talem amicorum conſenſum inſidias parare: cùm & rex*

& amici uno animo communi eorum conſulant ſaluti. Haud eſt tamẽ quod imputemus iſtud amicitiæ extremæ, niſi eandem conſtituamus inter oves, quarum unâ deſiliente de ponte in aquam profluentem, totum gregem ſaltus ſui haber comitem. non eſt impetus naturæ, trahentis imbecillius ad imitationem eius quod eſt excellentius. Nec alioſum tendebat animoſitas Celtarum Solduriorum, cuius, præter reliquos, meminit & Cæſar lib. III. bell. Gall: *Alia ex parte oppidi Adiatonius, qui ſummam imperii tenebat, cum ſexcentis devotis, quos illi Soldurios appellant; quorum hæc eſt conditio, ut omnibus in vitâ commodis unà cum his fruantur quorum ſe amicitiæ dederint. Si quid iis per vim accidat; aut eundem caſum unà ferant; aut ſibi mortem conſciſcant. neque adhuc hominum memoriâ repertus eſt quiſquam, qui eo interfecto cuius ſe amicitiæ devoviſſet, mori recuſaret.* Eodem aſpirabat Iberorum conſuetudo ac Scytharum, nec non Arabum; quorum familiariſſimos regi ſuo libenter commortuos, credendum hiſtoricis. nam ne id trahamus alioſum, vetat ingenium Aulicorum; in tantum Regibus addictorum, ut & corporis vitia imitentur. Scribit Hegeſander de familiaribus Dionyſii iunioris, recenſente Athenæo lib. VI Deipnoſoph: Οὗτοι δὲ προσεποιοῦντο μή τι ὀξὺ ὁρᾶν παρὰ τὸ δεῖπνον· ἐπεὶ ὁ Διονύσιος οὐκ ἦν ὀξυώπης· ἔψαυόν τι τῶν παρακειμένων ὡς οὐχ ὁρῶντες ἕως ὁ Διονύσιος τὰς χεῖρας πρὸς τὰ λεκάνια προσῆγεν: *Ii, quia Dionyſius minus oculis perſpicax eſſet, inter cœnandum obtusè cernere ſe fingentes, appoſita fercula tanquam viſu non diſcernerent, temere contrectabant; quoad manus Dionyſius ad patinas perduceret.* Tradit & Satyrus in vita Philippi, ut idem prodit Athenæus: Φίλιππος τὸν ὀφθαλμὸν ἐξεκόπη, συμπροῆλθεν αὐτῷ καὶ ὁ Κλείσοφος πλαμωνιαθεὶς τὸν αὐτὸν ὀφθαλμόν. καὶ πάλιν ὅτε τὸ σκέλος ἐπηρώθη, σκάζων συνεξώδευε τῷ βασιλεῖ: *Cùm illo exoculato Cliſophum prodiiſſe eodem oculo faſciis obligato: at rurſum cùm crus oblæſum regi ac luxatum fuiſſet, Cliſophum eodem crure claudicantem cum ipſo in publicum exiiſſe.* Ridemus ad iſta: ſed iniuriè, quaſi verò non magis ſit ridiculum æmulari vitia animi quàm corporis. At id ſolenne generi humano clamat omnis ævi hiſtoria, affeveratque Cicero lib. III. de Legibus: *Ego autem nobilium vita victuque mutato, mores mutari civitatum puto. Quò pernicioſius de Rep. merentur vitioſi Principes, quod non ſolum vitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in civitatem: neque ſolum obſunt, quod illi ipſi corrumpuntur, ſed etiam quod corrumpunt; pluſque exemplo quàm peccato nocent.* Nec ſeorſum ſentit D. Baſilius in Pſalmum I: Αἱ γὰρ κατὰ τὸν βίον λαμπρότητες συνεμφαίνουσιν ἑαυταῖς καὶ τοὺς βίους τῶν περιβλέπτων· καὶ στρατιῶται μὲν ὡς τὰ πολλὰ τοῖς στρατοπεδάρχαις ἐξομοιοῦνται: οἱ δὲ ἐν ταῖς πόλεσι δῆμοι ζηλοῦσι τοὺς ἐν δυνάμει· καὶ ὅλως ἐπειδὰν τὸ τοῦ ἑνὸς κακὸν μιμήσεως ἄξιον τοῖς πολλοῖς νομισθῇ, οἰκείως καὶ προσηκόντως λεχθήσεται λοιμός τις ψυχῶν ἐπιπολάζειν τῷ βίῳ. τὸ γὰρ ἐν κακίᾳ περίβλεπτον, πολλοὺς εἰς τὸ ὅμοιον ζῆλον τῶν ἀβελιαθήτων ἐφέλκεται: *Res enim*

in vitâ

in vitâ magna atque illuſtres vitas clarorum virorum ad ſe reducunt atque referunt: & milites plerumque ducibus aſſimilari ſolent; & in civitatibus populi eos imitantur qui potentia pollent. Et demum, poſtquam unius morbus imitatione dignus multitudini exiſtimatus fuerit; verè peſtilentia quædam animarum dicetur in vita dominari. Vitæ namque ſplendor ac claritas in malitia multos ad æmulationem ſimilem eorum qui proni ac lubrici ſunt ad peccandum trahit. Et hoc adeo verum eſt, ut nulla tanta ſit pietas, nulla religio, quam cum lacte matris hauſtam ad canos uſque ſuperſtitiosè obſervavimus, quin ſtatim ad adſpectum, imò ad famam Principis noſtri profani, ultro exuamus. De ſæculo Iovis Lactantius lib. v. Divin. Inſtit. cap. VI: *Et quoniam mores ac vitia Regis imitari genus obſequii iudicatur, abiecerunt omnes pietatem, ne exprobrare ſcelus regi viderentur, ſi piè viverent. Sic aſſiduâ imitatione corrupti, divinum fas reliquerunt, & paulatim male vivendi conſuetudo mos factus eſt. nec quicquam ex antecedentis ſæculi pio atque optimo ſtatu remanſit, ſed exploſa iuſtitia & veritatem ſecum trahens, reliquit hominibus errorem, ignorantiam, cæcitatem.* Certè quàm facilè regni ſui Iudæos ad cultum Aegyptiacorum Numinum traduxerit Ieroboamus, teſtatur hiſtoria ſacra, repetitq; libro Antiq. VIII. Ioſephus. Sed & Xenophon de mutatione morum Perſicorum libro VIII. Cyropæd: Πρόσθεν μὲν γὰρ, εἴ τις ἢ διακινδυνεύσειε πρὸ βασιλέως, ἢ πόλιν ἢ ἀγαθόν αὐτῷ διαπράξειεν, οὗτοι ἦσαν οἱ τιμώμενοι. νῦν δ᾽ ἄν τις, ὥσπερ Μιθραδάτης τὸν πατέρα Ἀριοβαρζάνην προδοὺς, καὶ ὥσπερ Λεομίθρης τὴν γυναῖκα, καὶ τὰ τέκνα, καὶ τοὺς τῶν φίλων παῖδας ὁμήρους παρὰ τῷ αἰγυπτίῳ ἐγκαταλιπὼν, καὶ τοὺς μεγίστους ὅρκους παραβὰς, βασιλεῖ δόξῃ τι σύμφορον ποιῆσαι, οὗτοί εἰσιν οἱ ταῖς μεγίσταις τιμαῖς γεραιρόμενοι. ταῦτα οὖν ὁρῶντες οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ πάντες, ἐπὶ τὸ ἀσεβὲς καὶ τὸ ἄδικον τετραμμένοι εἰσίν· ὁποῖοί τινες γὰρ ἂν οἱ προστάται ὦσι, τοιοῦτοι καὶ οἱ ὑπ᾽ αὐτοὺς ἐπὶ τὸ πολὺ γίγνονται: ἀθεμιστότεροι δὲ νῦν, ἢ πρόσθεν, ταύτῃ γεγένηνται: *Nam olim ſi quis pro rege ſalutem in diſcrimen coniiceret, vel urbem aut nationem eius imperio adieciſſet, vel aliquid aliud præclare fortiterque pro rege perfeciſſet; hi ſcilicet erant, qui honoribus cumularentur. Nunc ſi quis perinde ac Mithradates, patre Ariobarzane prodito, & quemadmodum Leomithres uxore, liberis, & amicorum quoque liberis apud Aegyptium obſidibus relictis, & ſanctiſſimo iureiurando violato, regi quod expediat, facere videatur: hi vero ſunt, qui maximis honoribus ornantur. Quæ quum omnes Aſiatici videant, etiam ipſi ad impietatem & iniuſtitiam deflexerunt. Nam quales ſunt ii, qui præſunt; tales & illi plerumque ſolent eſſe, qui eorum imperio ſubiecti ſunt. Hinc factum, ut magis iam ſint nefarii, quam olim fuerint.* Et verò cum populus talis ſit circa pietatem, circa iuſtitiam, fruſtrà ſperemus alium manere circa virtutes minores: confirmabitque in cũctis dictum Neoptolemi apud Sophoclem Philoctete v. 284:

Κοὐκ αἰτιῶμαι κεῖνον, ὡς τοὺς ἐν τέλει.
Πόλις γάρ ἐστι πᾶσα τῶν ἡγουμένων,
Στρατός τε σύμπας· οἱ δ' ἀκοσμοῦντες βροτῶν,
Διδασκάλων λόγοισι γίγνονται κακοί.
Neque tam hunc accuſo quàm Principes,
Vrbs enim tota eſt Principum,
Et exercitus: Sed delinquentes
Fiunt mali exemplis regentum.

Ecce. ſive pax, inquit, ſive bellum, turba togata, turba ſagata reformatur ad exemplum Principis; fitque illud Livii: *Omnia mutavit mutatus Imperator.* Capitur Luxuria? capitur & populus. Iuſtinus lib. XXX. de Ptolomæo Aegypti rege: *Quippe regno parricidio parto & ad necem utriusque parentis, cæde etiam fratris adiuncta; velut rebus feliciter geſtis luxuriæ ſe tradiderat: regisque mores omnis ſecuta regia. Itaque non amici tantum præfectique, verum etiam omnis exercitus depoſitis militiæ ſtudiis, otio ac deſidia corrupti marcebāt.* De Syriæ rege Antiocho Livius lib. XXXVI: *Tanquam in mediâ pace nuptias celebrat: & reliquum hyemis, oblitus quantas ſimul duas res ſuſcepiſſet, bellum Romanum & Græciam liberandam, omiſſa omnium rerum cura, in conviviis & vinum ſequentibus voluptatibus, ac deinde ex fatigatione magis quàm ſatietate earum in ſomno traduxit. eadem omnes præfectos regios, qui ubique ad Bœotiam maximè præpoſiti hybernis erant, cepit luxuria. in eamdem & milites effuſi ſunt: nec quiſquam eorum aut arma induit, aut ſtationem aut vigilias ſervavit: aut quicquam quod militaris operis aut muneris eſſet, fecit.* De eodem adhuc nihilo meliora Valerius Max. lib. IX. cap. 1: *Antiochi cæcam & amentem luxuriam exercitus imitatus, magna ex parte aureos clavos crepidis ſubiectos habuit; argenteaque vaſa ad uſum culinæ comparavit, & tabernacula textilibus ſigillis adornata ſtatuit. &c.* De Vitellio Tacitus lib. II. Hiſtor: *Diſcubuerat Vitellius Ticini, adhibito ad epulas Verginio. Legati tribunique ex moribus imperatorum ſeveritatem æmulantur vel tempeſtivis conviviis gaudent. perinde miles intentus, aut licentior. &c.* Hinc eſt quod legamus apud Spartianum in Adriano: *Atque ad bellum Dacicum Traianum familiarius proſecutus eſt: quandoquidem indulſiſſe vino ſe dicit, Traiani moribus obſequentem; atque ob hoc ſe à Traiano locupletiſsimè muneratum.* Item apud Nicetam libro III. Manuelis: Καὶ τοῖς ἐπιτιμῶσι τὸν Ἀνδρονίκῳ διὰ τὸ τῆς συνουσίας ἀθέμιτον, ἡ ἀφ' ἑστίας μίμησις προὔχετο εἰς ἀπολογίαν αὐτοῦ· καὶ χαριεντιζόμενος ἀνθυπέφερεν, ὡς φιλεῖ τὸ ἀρχόμενον ἐξομοιοῦσθαι τῷ ἄρχοντι, καὶ τὰ τῆς αὐτῆς ὁμοστοιχεῖ καὶ συνάδει πως κεραμείας, εἰς τὸν ἐξάδελφον ἀποσκώπτων ταῦτα καὶ βασιλέα τὸν Μανουήλ, ὡς ὁμοιοπαθεῖν ὑποκύπτοντα πάθεσιν, ἢ γοῦν καὶ χείροσιν ἁλισκόμενον· εἴπερ ὁ μὲν ἀδελφοῦ θυγατρὶ συνουσίαζεν, ὁ δ' Ἀνδρόνικος ἐξαδέλφου παιδὶ συγκατέκειτο: *Andronicus verò quoties ob*

ties ob inceſtum reprehendebatur, hanc defenſionem per iocum in promptu habebat: ſolere ſubditos principum mores imitari: & aquam ex eodem fonte petitam, eundē ſaporem referre. quibus verbis imperatorem Manuelem perſtringebat, ut iiſdem, aut etiam deterioribus affectibus obnoxium, qui cum fratris filia rem haberet, quum ipſe patruelis dumtaxat filiam complecteretur. Inde venuſtè de Bacchi comitatu Papinius lib. IV. Thebaid. v. *661*:

——*& caſtra ſimillima Regi.*

Decoréque Achilles Tatius libro I, Clitophont: Ὑπέκκαυμα γὰρ ἐπιθυμίας λόγος ἐρωτικός: κἂν εἰς σωφροσύνην τις ἑαυτὸν νουθετῇ, τῷ παραδείγματι πρὸς τὴν μίμησιν ἐρεθίζεται, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν ἐκ τοῦ κρείττονος ᾖ τὸ παράδειγμα. ἡ γὰρ ὧν ἁμαρτάνει τις αἰδώς, τῷ τοῦ βελτίονος ἀξιώματι παῤῥησία γίνεται: *Amatorius enim ſermo vehemens quædam cupiditatis incitatio eſt. ac quamquam ad temperantiam aliquis comparatus eſt, exemplo tamen ad imitandum trahitur: eoque facilius, quo nobilius proponitur exemplum. nam pudor, qui à peccando revocabat, præſtantioris alicuius dignitate loco pulſus, in licentiam commutatur.* Huc etiam ſpectant illa Theopompi apud Athenæum lib. IV. Deipnoſoph: Φίλιππος ἐπεὶ ἐγκρατὴς πολλῶν ἐγένετο χρημάτων, οὐκ ἀνάλωσεν αὐτὰ ταχέως, ἀλλ᾽ ἐξέβαλε καὶ ἔῤῥιψε· πάντων ἀνθρώπων κάκιστος ὢν οἰκονόμος οὐ μόνον αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ οἱ περὶ αὐτόν· ἁπλῶς γὰρ οὐδεὶς αὐτῶν ἠπίστατο ζῆν ὀρθῶς, οὐδὲ σωφρόνως οἰκεῖν οἰκίαν. τοῦ δ᾽ αὐτὸς αἴτιος ἦν, ἄπληστος καὶ πολυτελὴς ὢν, προχείρως ἅπαντα ποιῶν, καὶ κτώμενος καὶ διδούς: *Philippus ut plurimam habuit in poteſtate pecuniam, eam ocyus non expendit, ſed prodegit & proiecit; omnium hominum peſſimus rei ſuæ diſpenſator; & non ipſe tantum, ſed etiam comites circa ipſum. Nullus enim citra exceptionem rectè vivere didicerat, aut modeſtè ſuam familiam regere. Eius autem inſolentiæ præcipua cauſſa rex fuit, qui ſumptuoſior iuſto, avaritiáq; eſſet inexpletâ & omnia inconſultâ facilitate donaret, acquireret, faceret.* Nec hinc alienum Ciceronis monitum lib. I. de Offiç. *Cavendum eſt etiam, præſertim ſi ipſe ædifices, ne extra modum ſumptu & magnificentiâ prodeas. quo in genere multum mali etiam in exemplo eſt. ſtudioſè enim plerique, præſertim in hac parte facta principum imitantur: ut L. Luculli, ſummi viri virtutem quis? at quàm multi villarum magnificentiam imitati ſunt?* Itaque non eſt quod dicis cauſa ſcriptum putemus Syneſio de Regno; ubi rationem oſtendit, promovendi ex virtute non ex divitiis: Κἂν οὕτω ποιήσῃς, ταχὺ πολλοὺς ὄψει πλοῦτον εἰργασμένον αἰσχυνομένους, καὶ ἄλλους ἐγκαλλωπιζομένους αὐθαιρέτῳ πτωχείᾳ: καὶ μεταπεσοῦνται τοῖς ἀνθρώποις αἱ νῦν περὶ αὐτὸν ὑπολήψεις, τὸ πλοῦτον ἐξευρεῖν ὄνειδος εἶναι· καὶ ἐν σεμνότητος μέρει, τὰ πενίαν τηρῆσαι: *Quod ſi ita feceris, brevi cernes fore, ut multos quæſitarum divitiarum pudeat; alii verò ut ſuâ ſponte electa paupertatis ſpeciem oſtentent. Ac in contrarium opiniones de divitiis ideo recident, quod reperiſſe divitias probro ſit futurum; & pars dignitatis cuſtodiiſſe paupertatem.*

Duci-

Ducitur avaritiâ, rapacitate, iniuſtitiâ? ducitur & populus. Rex Salomon Proverbiorum cap XXIX: Βασιλέως ὑπακούοντος λόγον ἄδικον, πάντες οἱ ὑπ' αὐτὸν παράνομοι: *Rege audiente ſermonem iniuſtum, omnes ſubditi iniqui.* Ioſephus lib. IX. Antiquit cap. VIII: Προέδωκεν ὁ βασιλεὺς Ἰώασος τὴν ἐπιμέλειαν τὴν πρὸς τὸν Θεόν· συνδιεφθάρησαν δ' αὐτῷ καὶ οἱ τοῦ πλήθους πρωτεύοντες, ὥς τι πλημμελεῖν εἰς τὰ δίκαια, καὶ νενομισμένα παρ' αὐτοῖς ἄριστα εἶναι: *Rex Ioas à priſtinâ religionis curâ facilè deſcivit: moxque & primates populi ad eundem modum depravati ſunt ut nihil apud eos potius haberetur, quàm contemptus iuris ac iuſtitiæ.* Locrenſium legati de Pleminio Livii lib. XXIX: *Ac ſi ſcelus, libidinem & avaritiam ſolus ipſe exercere in ſocios veſtros ſatis haberet; unam profundam quidem voraginem tamen patientiâ noſtra expleremus. nunc omnes centuriones militesque veſtros (adeò in promiſcuo licentiam atque probitatem eſſe voluit) Pleminios fecit. omnes rapiunt, ſpoliant, verberant, vulnerant, occidunt, conſtuprant, matronas, virgines, ingenuos raptos ex complexu parentum. &c.* Salluſtius Iugurth: *Qui in Numidiâ relicti à Beſtiâ exercitui praerant; ſecuti morem Imperatoris ſui, plurima & flagitioſiſſima facinora fecere. fuerunt qui auro corrupti, elephantos Iugurthæ traderent; alii perfugas venderent; pars ex pacatis prædas agebant: tanta vis avaritiæ in animos eorum, veluti tabes, invaſerat.* Quapropter appoſitè cùm Lacedæmoniorum milites, ſub Thymbrone Duce etiam de fœderatis prædas egiſſent; recepto verò eius loco Dercyllide, modeſtè ſe gererent: appoſitè, inquam ſic loquuntur Xenophōtis lib. III. Hiſt. Græcar: Ἡμεῖς μὲν ἐσμὲν οἱ αὐτοὶ νῦν τε καὶ πέρυσιν· ἄρχων δὲ, ἄλλος μὲν νῦν, ἄλλος δὲ τὸ παρελθόν. τὸ οὖν αἴτιον τοῦ νῦν μὲν μὴ ἐξαμαρτάνειν, τότε δὲ, αὐτοὶ ἤδη ἱκανοὶ ἐστὲ γιγνώσκειν. *Nos quidem, Lacedæmonii, nunc iidem ſumus, qui anno ſuperiore fuimus: ſed alium nunc imperatorem habemus, quam prius. Quapropter ipſi iam ſatis perſpicere poteſtis, quamobrem id temporis deliquerimus, nunc omnis expertes culpæ ſimus.* Nec inſipienter Theodoricus rex apud Caſſiodorum lib. I. Var. Epiſt. IV: *Vixit enim Caſſiodorus tantâ continentiâ, ut æquitatem & inſtrueret monitis, & doceret exemplis. Facilis enim rectè perſuaſor eſt innocens iudex: ſub cuius prædicabili converſatione pudet mores probabiles nō habere. Quis enim vereatur ſcelus, cuius in ſuggeſtu gremii complicem videt? Incaſſum perſonam fictæ ſeveritatis inducit, cum avarus pecuniæ ambitum diſſuadet, cum legibus parendum cenſet iniuſtus. Non habet diſtributionis gremiū, cui auctoritatem libera conſcientia non miniſtrat. Quoniam exceſſus tunc ſunt in formidine, cum creduntur iudicib. diſplicere.* Eâdem ſententiâ D. Chryſoſtomus lib. III de Sacerdotio: Πέφυκε γὰρ ὡς τὰ πολλὰ, τὸ τῶν ἀρχομένων πλῆθος, ὥσπερ εἰς ἀρχέτυπόν τινα εἰκόνα τοὺς τῶν ἀρχόντων τρόπους ὁρᾷν, καὶ πρὸς ἐκείνους ἐξομοιοῦν ἑαυτούς· πῶς οὐκ ἄν τις τὰς ἐκείνων παύσειε φλεγμονὰς, οἰδαίνων αὐτός; τίς δ' ἂν ἐπιθυμήσειε ταχέως τῶν πολλῶν γίνεσθαι μέτριος, τὸν ἄρχοντα ὀργίλον ὁρῶν;

Sic na-

Digitized by Google

Sic naturâ comparatum eſſe videmus, ut ſubditorum multitudo magna quidem ex parte Principum ſuorum mores, tanquam exemplarem quandam imaginem ſpectent, ſeque ad illos formare ſtudeant. Quî ergo fieri poſſet, ut illorum tumores & inflammationes ſedet is qui ipſe intumeſcat? quis verò plebeius vir concupiſcat ſtatim temperans moderatusque fieri, principem intuitus iracundum? Feſtivè Arrianus Diſſert. Epict. lib. III. cap. IV: Τοῦ δὲ ἐπιτρόπου τῆς ἠπείρου, ἀκοσμότερον σπουδάσαντος κωμῳδῷ τινι, καὶ ἐπὶ τούτῳ δημοσίᾳ λοιδορηθέντος. εἶτα ἑξῆς ἀπαγγείλαντος πρὸς αὐτὸν ὅτι ἐλοιδορήθη, καὶ ἀγανακτοῦντος πρὸς τοὺς λοιδορήσαντας, καὶ τί κακὸν [ἔφη] ἐποίουν; ἐσπούδαζον καὶ οὗτοι, ὡς καὶ σύ. εἰπόντος ἐκείνου, οὕτως οὖν τις σπουδάζει; σὲ, ἔφη, βλέποντες τὸν αὐτῶν ἄρχοντα, τοῦ Καίσαρος φίλον καὶ ἐπίτροπον, οὕτω σπουδάζοντα, οὐκ ἔμελλον καὶ αὐτοὶ οὕτω σπουδάζειν; εἰ γὰρ μὴ δεῖ οὕτω σπουδάζειν, μηδὲ σὺ σπούδαζε· εἰ δὲ δεῖ, τί χαλεπαίνεις, εἴ σε ἐμιμήσαντο; τίνας γὰρ ἔχουσι μιμήσασθαι οἱ πολλοὶ, ἢ τοὺς ὑπερέχοντας ὑμᾶς; εἰς τίνας [illegible]δωσιν ἐλθόντες εἰς τὰ θέατρα, ἢ ὑμᾶς; ὅρα πῶς ὁ ἐπίτροπος τοῦ Καίσαρος [illegible]; κέκραγε· κἀγὼ τοίνυν κραυγάσω· ἀναπηδᾷ; κἀγὼ ἀναπηδήσω· οἱ δοῦλοι αὐτοῦ διακάθηνται κραυγάζοντες· ἐγὼ δ' οὐκ ἔχω δούλους, ἀντὶ πάντων αὐτὸς ὅσον δύναμαι κραυγάσω. εἰδέναι σε οὖν δεῖ, ὅταν εἰσέρχῃ εἰς τὸ θέατρον, ὅτι κανὼν εἰσέρχῃ, καὶ παράδειγμα τοῖς ἄλλοις, πῶς αὐτοὺς δεῖ θεωρεῖν. *Cum prætor Epiri indecentius comœdo cuidam faviſſet, eaque de re publice convicio iactatus fuiſſet: idque Epicteto renuntiaſſet, & convitiatoribus ſuccenſeret: & quid nam, inquit ille mali fecerunt? Faverunt iſti, ut & tu. Cum autem ille diceret, Ita ne quiſquam favet? Cum te, inquit, magiſtratum ſuum viderent, Cæſaris amicum & procuratorē, ita favere: an non favere & ipſi debuerunt? Nam ſi non ita favendum eſt, ne tu quidem faveto. Sin eſt favendum, quid illis ſuccenſes, te imitatis? Quos enim vulgus imitari præterquam vos proceres poteſt? Theatrum ingreſſi, quos intueantur præter vos? Vide quemadmodum Cæſaris procurator ſpectet? Vociferatur? vociferabor & ipſe. Exſilit? exſiliam & ipſe. Servi eius hinc atque inde ſedentes vociferantur: ego cui ſervi nulli ſunt, pro omnibus quantum potero clamabo. Sciendum ergo tibi eſt cum theatrum ingrederis, te tamquam regulam ingredi, & exemplum cæterorum, quo pacto ſpectare debeant.* Imò, quod rideamus, Perſarum Septemviri inter præcipuas cauſſas cur repudianda eſſet Aſſuero uxor contumax, ponunt & hanc, ut: Οὐκ αὐτῷ μόνῳ γεγονέναι τὴν ὕβριν, ἀλλὰ πᾶσι Πέρσαις, οἷς κινδυνεύεται καταφρονουμένοις ὑπὸ τῶν γυναικῶν, αἴσχιστα διαγεγονέναι τὸν βίον. οὐδὲ μία γὰρ τοῦ συνοικοῦντος ἀνδρὸς αἰδῶ ποιήσεται, παράδειγμα τὴν τῆς βασιλίσσης ὑπερηφανίαν πρὸς σὲ τὸν κρατοῦντα ἁπάντων, ἔχουσα: *Non ipſi ſolum factam iniuriam, verùm etiam Perſis omnibus; quibus periculum inſtet, ne deſpecti ab uxoribus inhoneſtam vitam degant in poſterum: quando nulla poſthac maritorum futura ſit reverentia, dum ceteræ exemplum à Regina ſuperbiæ ſumunt, nihil veritæ contra omnipotentem Regem contumaciter agere.* Sic Ioſe-

phus lib. lib. XI. Antiq. cap. VI. Ex quibus apparet quæ ſit vis argumento Caſſiodori lib. XII. Variar. cap. 1: *Per milites ſuos Iudex intelligitur: & ſicut diſcipuli magiſtri ſcientiam produnt, ſic nos obſequentium mores aperiunt. Princeps non putatur obſervaſſe moderato: avarus paruiſſe non advertitur continenti; ſtultus prudentibus ſerviſſe non creditur. Periclitamur, fateor, in actionibus veſtris, ſi vos malâ intentione tractetis: &, quod nulli accidit veſtrum, alienum vitium, noſtrum celebratur opprebrium &c.*

Et ſic ſe habet multitudo circa vitia Regentum: quę cùm etiam ſine prę-ceptore diſcantur; haud id fortaſſe ita mirum videbitur. ut enim placuit Virgilio

——facilis deſcenſus Averni;
Sed revocare gradum, ſuperasque evadere ad auras
Hoc opus, hic labor eſt.

Verùm & circa virtutes quoq; ſuos invenit ſereos Rex quilibet: adeo ut Veritatis ipſius ſtylo ſcripſiſſe videatur Seneca Thyeſte verſu 212:

Rex velit honeſta, nemo non eadem volet.

Pro cuius mente affirmatè Plato lib. IV. de Legibus: Οὐδὲν δεῖ πόνων, οὐδέ τινος παμπόλλου χρόνου, τῷ τυράννῳ μεταβαλεῖν βουληθέντι πόλεως ἤθη· πορεύεσθαι δὲ αὐτὸν δεῖ πρῶτον ταύτῃ ὅπῃπερ ἂν θελήσῃ, ἐάν τι πρὸς ἀρετῆς ἐπιτηδεύματα προτρέπεσθαι τοὺς πολίτας, ἐάν τι ἐπὶ τοὐναντίον, αὐτὸν πρῶτον πάντα ὑπογράφοντα τῷ πράττειν: *Non multo labore neque tempore opus eſſe tyranno, ſi civitatis mores immutare velit. Nam ſive ad virtutis officia ſive contrà, cives perducere inſtituat, ipſe primus viam quam ſequantur ceteri, ingrediatur oportet, omniaque in ſeipſo primùm repræſentet, ut quid agendum ſit præſcribat civibus.* Eâdem aſſeveratione Xenophon lib. VIII. Cyrop: Ὅταν μὲν ὁ ἐπιστάτης βελτίων γένηται, καθαρώτερον τὰ νόμιμα πράττεται· ὅταν δὲ χείρων, φαυλότερον: *Cùm is qui præeſt rerum ſummæ, vir aliquando melior eſt, etiam ſincerius puriusque legitima inſtituta maiorum obſervantur: cùm deterior aliquis, ſegnius.* Cuius dictis pondus additur ab auctoritate Tullii lib. III. de Legibus: *Pauci enim, atque admodum pauci, honore & gloriâ amplificati, vel corrumpere mores civitatis, vel corrigere poſſunt.* Vnde expreſsè ad Neronem Seneca lib. II. cap. II. de Clem: *Tradetur iſta animi tui manſuetudo, diffundeturque paulatim per omne imperii corpus; & cuncta in ſimilitudinem tui formabuntur. A capite bona valetudo. inde omnia vegeta ſunt atque erecta; aut languore demiſſa; prout animus viget aut marcet.* Vult quidem D. Greg. Nazianzenus mutationem hanc in melius, pluſculum habere difficultatis, Apologetico ob fugam in Pontum: Οὐ γὰρ οὕτως οὔτε δευσοποιοῦ βαφῆς μεταλαμβάνει ῥᾳδίως ὕφασμα, οὔτε δυσωδίας ἢ τοῦ ἐναντίου τὸ πλησιάσαν, οὔτε νοσερά τις οὕτως εὐκόλως διαχεῖται εἰς τὸν ἀέρα, καὶ διὰ τοῦ ἀέρος ὁμιλεῖ τοῖς ζώοις ἀτμίς, ὡς φιλεῖ τάχιστα τοῦ προεστῶτος κακίας ἀναπίμπλασθαι

ωθειν τὸ ὑπήκοον, καὶ πολλῷ γε ῥᾷον. ἢ τοῦ ἐναντίου, τῆς ἀρετῆς: *Neque vel indelebilem tincturam pannus vel fœtidum aut ſuavem odorem res admotæ ita facilè contrahunt; vel exitialis quidam vapor tam facilè in aërem diffunditur, ac per aërem animantia occupat, quam ſubditi improbitate antiſtitis celerrimè impleri ſolent, & quidem multo facilius quàm virtute.* Cui tamen, an omnino credi debeat, iure ambigas, contradicentibus tot exemplorum teſtimoniis: præſertim cùm & eiuſdem ſacri ordinis Antiſtes D. Ioh. Chryſoſtomus ſentiat pro parte alterâ Orat. VI. ad populum Antiochenum: Οὐ γὰρ οὕτω τῆς φλογὸς ἡ φύσις εἰς ὕλην ἐμπεσοῦσα τῶν ἐγγιζόντων ἀεὶ ξύλων ἅπτεται, ὡς ἀρετῆς ζῆλος εἰς ψυχὰς ὀλίγας ἐμπεσὼν, ὁδῷ προβαίνων πᾶσαν ἐκπλῆσαι τὴν πόλιν δύναται: *Non enim ſic flammæ natura in materiam delapſa, vicina ſemper ligna incendit; ſicut virtutis Zelus in paucas lapſus animas, ulterius procedendo omnem implere civitatem poteſt.* Qui nam illi pauci? de quibus paullò antè Cicero; ij nempe qui in Rep. ſuâ vel circa Principem eâ auctoritate; vt ab eis populus vel honores expectet vel opes. Et, vt in hac item parte agamus exemplis: quid Romanis ſub Romulo efferatius? quid irreligioſius? At ecce, rege mutato tradit de eiſdem lib. I. Liuius: *Ad hæc conſultanda procurandaque multitudine omni à vi & armis conuerſa, & animi aliquid agendo occupati erant, & deorum aſſidua inſidens cura, cum intereſſe rebus humanis cœleſte numen videretur, ea pietate omnium pectora imbuerat: vt fides ac iusiurandum, propulſo legum ac pœnarum metu ciuitatem regerent. & cum ipſi ſe homines in regis, velut vnici exempli, mores formarent: tum finitimi etiam populi, qui antè caſtra, non vrbem, poſitam in medio ad ſolicitandam omnium pacem crediderant, in eam verecundiam adducti ſunt, vt ciuitatem totam in cultum verſam deorum, violari ducerent nefas.* Eodem tendunt iſthæc eiuſdem Patauini lib. V: *Fortè eo anno in ſummo magiſtratu erat Timaſius quidam, Romanus vir ſimilior quàm ſuis; qui legatorum nomen, donumque & Deum cui mitteretur, & doni cauſſam veritus ipſe, multitudinem quoque, quæ ſemper fermè regenti eſt ſimilis, religionis iuſtæ impleuit.* Obuius quidem, ſed heic tamen minimè omittendus Xenophontis locus de Ageſilao: Ἐν τοῖς μεγίστοις δὲ ὠφελήμασι τῆς πατρίδος καὶ τόδε ἐγὼ τίθημι αὐτοῦ, ὅτι δυνατώτατος ὢν ἐν τῇ πόλει, φανερὸς ἦν μάλιστα τοῖς νόμοις λατρεύων. τίς γὰρ ἂν ἠθέλησεν ἀπειθεῖν, ὁρῶν τὸν βασιλέα πειθόμενον; τίς δ᾽ ἂν ἡγούμενος μειονεκτεῖν, νεώτερόν τι ἐπεχείρησε ποιεῖν, εἰδὼς τὸν βασιλέα νομίμως καὶ τὸ κρατεῖσθαι φέροντα; ὃς καὶ πρὸς τοὺς διαφόρους ἐν τῇ πόλει ὥσπερ πατὴρ πρὸς παῖδας προσεφέρετο: *Atque equidem in maximis commodis, quæ attulit patriæ, hoc etiam pono: quod quùm in republica plurimum poſſet, maximè tamen legibus ſe ſeruire declararet. Nam quis tamdem obedire hic noluiſſet, cùm eis regem obtemperantem videret? quis novas res moliri tentaſſet propterea, quòd ipſe inferiori eſſet loco, cùm regem pati ſciret, vt ſibi*

Digitized by Google

legitimè imperaretur? qui quidem etiam in illos, qui ab eo diſſentiebant in republica, non aliter ſe gerebat, atque pater erga filios conſueuit. Haud igitur falsò Theodericus rex lib. III. Var. Ep. XII: *Principis propoſitum facit, aut negligere Iudices, aut amare virtutes.* Nec ſine cauſsâ proditum Plutarcho de Catone majore: Οὐ μόνον δὲ αὑτὸν, ἀλλὰ καὶ τοὺς περὶ αὑτὸν ἐφύλαττε καθαροὺς παντὸς λήμματος: *Neque ſe ſolùm, ſed & comites ſuos præſtabat ab omni captura integros.* vt enim canit Ouidius libro VI. Faſt. verſu 647:

Sic agitur cenſura; & ſic exempla parantur;
Cum index alios quod monet ipſe facit.

Providè itaque ad Q. Fratrem Cicero Epiſt. I: *Quid eſt negotij continere eos quibus præſis, ſi te ipſe contineas?* Nec falsò Xenophon lib. VIII. Cyrop: Ὅταν γὰρ ὁρῶσιν ᾧ μάλιστα ἔξεστιν ὑβρίζειν, τοῦτον σωφρονοῦντα, οὕτω μᾶλλον οἱ γε ἀσθενέστεροι ἐθέλουσιν οὐδὲν ὑβριστικὸν ποιοῦντες φανεροὶ εἶναι: *Nam cùm vident homines eum, cui maxima facultas eſt inſolenter agendi, modeſtè ſe gerere: nolunt imbecilliores alii quidquam inſolentiùs agere.* Hinc memorabilis illa Senatus Rom. acclamatio apud Xiphilinum ipſi Severo: Πάντες πάντα καλῶς ποιοῦσιν, ἐπειδὴ σὺ καλῶς ἄρχεις: *Omnes rectè faciunt omnia, propterea quod tu rectiſſimè imperas.* Cui conſonat Martialis lib. IX Epigr. LXXXI:

Nemo ſuos (hac eſt Aulæ natura potentis.)
Sed domini mores Cæſarianus habet.

Grauique elegantiâ Ariſtides Oratione de Concordia ad civitt. Aſiat: Ὥσπερ τοίνυν εὐταξία καὶ κόσμος οὐ τοῖς μὲν στρατιώταις ἐπιτήδειον, στρατηγοῖς δὲ ἄτιμον οὐδὲ ἄχρηστον ὑπάρχει, ἀλλ' εἴπερ οἱ πολλοὶ παρέξουσιν ἑαυτοὺς ἐν τῷ τεταγμένῳ, δεῖ τοὺς ἡγουμένους αὐτοῦ τούτου πρῶτον αὐτοὺς ἡγεῖσθαι, ὡς ἐκεῖνό γε ἀμήχανον, στρατηγῶν στασιαζόντων καὶ τεταραγμένων πρὸς ἀλλήλους, στράτευμα μιᾶς γνώμης γενέσθαι, οὕτω καὶ τῶν πόλεων χρὴ νομίζειν μάλιστα προσήκειν σωφρονεῖν, αἵτινες αὐτοῦ τοῦ κοινοῦ σχήματός εἰσιν ἅπασι τοῖς ἐν τῷ γένει: *Quare ſicut ordo atque diſciplina non militibus quidem proſunt, ducibus autem nocent, verùm ſi illi ordinem ſeruabunt, hos eius rei primos oportet eſſe autores; cum fieri non poſſit, vt ducibus ſeditione inter ſeſe laborantibus exercitus concordiam ſervet: ita & civitatibus illis maxime convenire cenſenda eſt prudentia, quæ totius gentis communem obtinent dignitatem.* Haud etiam prætermittendum Athenæi dictum libro X. Deipnoſophiſt: Ἀλλ' οὐ Περσεὺς, ὁ ὑπὸ Ῥωμαίων καθαιρεθεὶς, κατ' οὐδὲν γὰρ τὸν πατέρα Φίλιππον ἐμιμήσατο, οὔτε γὰρ περὶ γυναῖκας ἐσπούδακε, οὔτε φίλοινος ἦν, ἀλλὰ καὶ οὐ μόνον αὐτὸς μέτριον ἔπινε δειπνῶν, ἀλλὰ καὶ οἱ συνόντες αὐτῷ φίλοι, ὡς ἱστορεῖ Πολύβιος ἐν τῇ ἕκτῃ καὶ εἰκοστῇ: *At Perſei quem Romani debellarunt, aliud ingenium fuit; vt qui patrem Philippum nihil imitaretur, aut bibacitate, aut veſanis erga mulieres amoribus: ſed vt refert Polybius libro vigeſimo ſexto, in cœna non tantum ipſe modicè biberet, verum etiam amici*

quibuſcum ipſi conſuetudo fuit. Etiam vigili aure digna Ammiani hæc de Valentiniano, libro XXX: *Omni pudicitiæ cultu domi caſtus & foris, nullo contagio conſcientiæ violatus obſcænæ; nihil inceſtum. hancque ob cauſſam, tamquam retinaculis petulantiam frenarat aulæ regalis; quod cuſtodire facilè potuit.* Omninò facilè. Valet enim & hac in parte illud Imp. Baſilii ad filium Leonem cap. XIX: Εἰ γὰρ αὐτὸς τὴν ἁγνείαν οὐ τηρήσεις, ποίῳ προσώπῳ τοὺς ὑπό σε ταύτην ἔχειν νουθετήσεις; ἃ γὰρ ἂν σε πράττοντα θεωρῶσι, ταῦτα καὶ αὐτοὶ πράττειν συνενεχθῶσι· πέφυκε γὰρ πως ταῖς ἀρχαῖς συμμεταβάλλεσθαι τὸ ὑπήκοον: *Niſi enim pudicitiam ipſe ſervaveris, quâ fronte eos qui tuæ dominationi ſubiecti ſunt ad eam ſervandam cohortaberis? nam quæ facientem te viderint, eadem quoque permitti ſibi facere interpretabuntur: ſolent enim ad exemplum Principis mutari ſubiecti.* Delectant valde illa Latinii Pacati ad Theodoſium; *An quis ferret moleſtè ad principis ſemet modum coerceri? aut ſubtractum ſibi doleret de privata luxuria, quum videret imperatorem rerum potentem, terrarum hominumque dominum, parcè contenteq; viventem, modico & caſtrenſi cibo ieiunia longa ſolantem? ad hoc aulam omnem Spartanis gymnaſiis duriorem, laboris, patientiæ, frugalitatis exemplis abundantem? neminem unum inveniri qui auderet ad penum regiam flagitare remotorum littorum piſcem, peregrini aëris volucrem, alieni temporis florem?* Et poſt pauca: *Tua Imp. epulæ menſis communibus parciores, locorum ac temporum fructuum inſtruuntur. hinc certatim in omnes luxuriæ pudor, parſimoniæ cultus inolevit; & quieſcentibus legum minis; ſubiit quandoque privatim ſui pœnitentia. Sic eſt enim, ſic eſt: Exaſperat homines imperata correctio: blandiſſimè iubetur exemplo.* Rem igitur dixit Plutarchus cùm diceret in præcept. coniugialibus: Οἱ φιλόμουσοι τῶν βασιλέων πολλοὺς μουσικοὺς ποιοῦσιν, οἱ φιλολόγοι λογίους, οἱ φιλαθληταὶ γυμναστικούς: *Reges ſi muſicam ament multos efficiunt muſicos; ſi literas literatos; ſi athletas, exercitationibus corporis deditos.* Et Diodorus quidem lib. XXXI. Biblioth. habet de Ariarathe: Οὗτος τὸν πατέρα τοῦ πεπρωμένου καταλαβόντος, διεδέξατο τὴν βασιλείαν, τήν τε ἄλλην ἀγωγὴν τοῦ βίου ἀξιολογωτάτην ἐνδεικνύμενος, καὶ φιλοσοφίας προσανέχων. ἐξ οὗ καὶ ἡ πρὸ γε τοῖς Ἕλλησιν ἀγνοουμένη πάλαι Καππαδοκία, τότε τοῖς πεπαιδευμένοις ἐμβιωτήριον ὑπῆρχεν: *Hic poſtquã fata patrẽ vocarunt, regnũ excepit; tũ in reliquis vitæ moribus eximiũ ſe præbens, tum Philoſophiæ operã navans, quo factũ eſt, ut Cappadocia olim Græcis ignota, tunc eruditis fuerit receptaculũ.* De M. Antonino Philoſ. Herodianus: Μόνος τε βασιλέων φιλοσοφίαν οὐ λόγοις, οὐδὲ δογμάτων γνώσεσι, σεμνῷ δὲ ἤθει καὶ βίῳ σώφρονι ἐπιστώσατο· πολύ τε πλῆθος ἀνδρῶν σοφῶν ἤνεγκεν ἡ τῶν ἐκείνου καιρῶν φορά· φιλεῖ γάρ πως ἀεὶ τὸ ὑπήκοον ζήλῳ τῆς τοῦ ἄρχοντος γνώμης βιοῦν: *Soluſque Imperatorum ſapientiæ ſtudium non verbis aut decretorum ſcientiâ, ſed gravitate morũ, vitaq; continentiâ ſancivit.*

Digitized by Google

quo factum eſt ut magnum ſapientum virorum proventum ætas illa extulerit. Solent enim ſemper homines vitam Principu æmulari. De Bardâ Imp. Zonaras tomo III. Οὐδὲν δὲ οἱ εἰργάσατο ἀγαθόν, ἢ τὸ τῶν λόγων φροντίδα θέσθαι πολλήν· ἠμέλητο γὰρ τὰ τῆς φιλοσοφίας, καὶ ἀπέσβη σχεδὸν εἰς τὸ παντελές, ὡς μηδ᾽ ἔναυσμά τι περιλειφθῆναι αὐτῆς. Τοῦτο δὲ ἡ τῶν κρατούντων εἰργάσατο ἀλογία. Ὁ δὲ καὶ διατριβὰς ἑκάστῃ ἀφώρισε τῶν ἐπιστημῶν καὶ διδασκάλους προὐστήσατο, καὶ σιτήσεις δημοσίας τούτων ἑκάστῳ ἀπένειμεν, ἐπὶ πᾶσι δὲ μέγαν καὶ κοινὸν διδάσκαλον ἐγκατέστησε τὸν φιλόσοφον Λέοντα: *Nihil autem fecit boni, niſi quod eruditionis provehendæ magnum ſtudium habuit. Nam philoſophia neglecta iacebat, ac propè omnino extincta erat, ut ne ſcintilla quidem eius ſupereſſet: in cauſa fuerat imperatorum inſcitia. Sed hic cuique diſciplinæ ſcholas conſtituit, & doctores deſignavit, & ſingulis publica ſtipendia decrevit & omnibus magnum & communẽ doctorem præfecit Leonem Philoſophum.* Minimè igitur abſurdum votum Syneſii ad Arcadium Imp. fine libri περὶ βασιλείας: Ἐρασθείης ὦ βασιλεῦ φιλοσοφίας καὶ παιδείας ἀληθινῆς· ἀνάγκη γὰρ ἐκ τῶν εἰρημένων συνεραστάς σοι γενέσθαι πολλούς, ὧν τι καὶ ὄφελος· ἐπεὶ νῦν γε ὡς ἠμέληται, κινδυνεύει ἀποσβῆναι, καὶ μηδὲ μικρὸν ἔτι ἐμπύρευμα λείπεσθαι βουλομένοις ἐναῦσαι: *Vtinam o Imperator, philoſophiæ & veræ inſtitutionis optimarumque diſciplinarum amore capiaris. Neceſſe enim fuerit, de iis quæ dicta ſunt, multos te habiturum eſſe qui alicuius rei ſunt, rivales. nam quæ nunc eſt hominum negligentia, periculum impendet, ne penitus extinctis ſtudiis philoſophiæ, non relinquatur vel favilla, unde, ſi quando velimus, rurſum illa accendi poſſint.* Et verè cenſet: calculumque ei ſuum accommodat Plutarchus; qui enumeratis excellentiſſimis plurium artium doctoribus qui viguere ſæculo Alexandri Magni, addit Orat II. de Fort. vel virt. Alex: Οἶμαι δὲ καὶ τοὺς τότε τεχνίτας οὐ κατ᾽ Ἀλέξανδρον, ἀλλὰ δι᾽ Ἀλέξανδρον, τοὺς πρώτους γενέσθαι. καρπῶν μὲν γὰρ εὐφορίας εὐκρασία ποιεῖ καὶ λεπτότης τοῦ περιέχοντος ἀέρος, τεχνῶν δὲ καὶ φύσεων ἀγαθῶν αὔξησιν εὐμένεια καὶ τιμὴ καὶ φιλανθρωπία βασιλέως ἐκκαλεῖται. καὶ τοὐναντίον ὑπὸ φθόνου καὶ σμικρολογίας ἢ φιλονεικίας τῶν κρατούντων σβέννυται καὶ φθίνει πᾶν τὸ τοιοῦτον: *Exiſtimo autem eos quoque, qui tum fuerunt, artifices primos, non tam ætate Alexandri, quam propter Alexandrum extitiſſe. Vt enim frugum copiam bona temperies ac tenuitas aëris gignit: ita artium & bonorum ingeniorum incrementa benignitas, honor, & humanitas regis efficit: & contrà Principum invidia, ſordes aut ſtudium contendendi, omnia iſta exſtinguit atque perdit.* Sed quia capitis iſtius fluvius ſupra iuſtas excrevit ripas; coercebitur obice ſueto; dicto nimirum hominis magni. Et nunc quidem recens à lectione Damaſceni, videtur is optimè ſcripſiſſe cap. XXXVI. de SS. Barlaã & Ioſaph: *Vt iis qui navigant, cùm nauta quiſpiam peccat, exiguum iis qui ſimul navigant, detrimentum adfert; cùm autem gubernator, univerſæ navi exitium accerſit: ita etiam regnis uſu venit; ut cùm quiſpiam eorum qui ſubſunt peccat, non tam alium*

quàm

Digitized by Google

quàm ſeipſum lædat: ſin autem rex ipſe peccet, totum regnum labefactat ac detrimento afficit.

Et ipſâ plerumq; famâ bella profligant.

Lib. de morib. Germ.

VIDETVR nonnullis, aut jactantius, aut frigidius Apophthegma Iphicratis; apud Plutarchum: Παρατατ]όμενος δὲ τοῖς βαρβάροις, ἔφη δεδιέναι μὴ τὸν Ἰφικράτην οὐκ ἴσασιν, ᾧ καταπλήττεται τοὺς ἄλλους πολεμίους: *Pugnam contra barbaros inſtruens, aiebat vereri ſe, Iphicratem barbaris non eſſe notum: nam nomine aliis hoſtibus terrorem ſe incutere.* Neutrum eſſe, ij norunt, quibus conſtat Patroclum terruiſſe armis Achillis fortiſſimos Trojanorum; quibus nunquã obviam ire auſus fuiſſet armis propriis. Nomen quippe ac fama; non pace tantum ſed bello omnia conficit; ſæpè etiam ſine re. Veriſſimè enim Manuel Imp: Βασιλ. ἀγωγῆς cap. LXXXIX: Οὐ μόνον τὸ ἰσχυρὸν καὶ φοβερὸν καθ' αὑτὸ, ἀλλὰ δὴ καὶ τὸ δοκοῦν, βλάπτειν εἴωθε· τὰ πλήθη γὰρ εἰς δόξαν μᾶλλον, ἢ τἀληθὲς ἀποβλέπει: *Non tantum id quod reapſe validum eſt ac formidabile; verùm etiam quod eſſe videtur, nocere ſolet. nam vulgus hominum magis opinionem quàm veritatem ſpectat.* Exemplum huius rei planè egregium extat in Polyæni Stratag. lib. II.: Γάστρων Λακεδαιμόνιος μέλλων ἐν Αἰγύπτῳ συμβαλεῖν τοῖς Πέρσαις, μετενέδυσε τὰς πανοπλίας. καὶ τὰς μὲν τῶν Ἑλλήνων τοῖς Αἰγυπτίοις· τὰς δὲ τῶν Αἰγυπτίων τοῖς Ἕλλησι περιέθηκε. κρύψας δὲ τοὺς Αἰγυπτίους ἐν τοῖς Ἕλλησι, παραταξάμενος προῆγε τοὺς Ἕλληνας. τῶν δὲ οὐδὲν ἐνδιδόντων, ἀλλ' εἰς τὸ ἔμπροσθεν βιαζομένων, καὶ προθύμως κινδυνευόντων, ἐξανέστησε τοὺς Αἰγυπτίους ἐν τοῖς ὅπλοις τοῖς Ἑλληνικοῖς· ἰδόντες δὲ οἱ Πέρσαι, καὶ τοὺς Ἕλληνας ὑπονοήσαντες ἐπιέναι, λύσαντες τὴν τάξιν ἔφυγον: *Caſtron Lacedæmonius, in Aegypto prælium initurus cum Perſis, mutauit armaturas. Et Græcorum armis Aegyptios, Aegyptiorum verò Græcos induit. Occultans autem Aegyptios poſt Græcos, inſtructâ acie produxit Græcos. Quibus nihil remittentibus, ſed vi patefacientibus præ ſe viam, atque alacriter periculum ſubeuntibus, excitauit Aegyptios in armis Græcis. Perſæ id videntes, & Græcos accedere ſuſpicati, perturbatis ordinibus in fugam ſe coniecerunt.* Cuius interpretatio ſumi queat ab iſtis Frontini lib. II. cap. III: *Caſtronius Lacedæmonius cùm in auxilium Aegyptiis aduerſus Perſas veniſſet; & ſciret firmiorem eſſe Græcum militem, magiſque à Perſis timeri: commutatis armis Græcos in prima poſuit acie, & cùm illi æquo Marte pugnarent, ſubmiſit Aegyptiorum manum. Perſæ cùm Græcis, quos Aegyptios opinabantur, reſtitiſſent; ſuperueniente multitudine, quam vt Græcorum expauerant, ceſſerunt.* Haud diſſimili

Digitized by Google

ſimili arte uſus Eumenes. *qui cùm neque magnas copias neque firmas haberet, quod inexercitatæ, & non multò ante erant contractæ; adventare autem dicerentur Helleſpontumque tranſcurriſſe Antipater & Craterus magno cum exercitu Macedonum, viri cùm claritate, tum uſu belli praſtantes; Macedones verò milites eâ tunc erant fama, quâ nunc Romani feruntur: intelligebat ſi copiæ ſuæ cognoſcerent aduerſus quos ducerentur, non modò non ituras, ſed ſimul cùm nuntio dilapſuras. Itaque hoc eius fuit prudentiſſimum conſilium; vt deviis itineribus milites duceret, in quibus vera audire non poſſent; & his perſuaderet, ſe contra quoſdam barbaros proficiſci. Itaque tenuit hoc propoſitum; & prius in aciem exercitum eduxit præliumque commiſit, quàm milites ſui ſcirent, cum quibus arma conferrent:* Æmil. Probus in Eumene. Certum quidem eſt cõparari ac foveri huiuſmodi nomen virtute verâ; at enim retineri deinde etiam vel ſolâ famâ, æquè certum eſt. Vnde Probus in eod. Eumene: *Semper habiti ſunt fortiſſimi qui ſummam imperii potiuntur.* Quare qui ſemel virtutis ſtrenuæ inſignem peperit opinionem, quamuis poſtea in vtramque aurem dormierit; pro eo omnia conficiet nomen ac fama; nec viuo ſolum, ſed & mortuo: adeo vt ſub huius vmbrâ multas ætates pulcrè traducere queant ipſi poſteri. Viuus certè nulli non habetur inuictus; alter ſcilicet Alexander. de quo Iuſtinus lib. XI: *Geſſit & plura bella cum præfectis Darij, quos iam non tam armis, quam terrore nominis ſui vicit.* Sed & de Parmenione eius memorat lib. V: *Et numero barbari præſtabant & robore: ad hoc refecti cum fatigatis certamen inituri erant. ſed nomen Alexandri & fama, maximum, in bello utique, momentum, pavidos in fugam vertit.* Nec mirum. haud enim propinquos, modò territabat, ſed & ſub alio poſitos Sole. Trogi abbreviator lib. XII: *Ab ultimis littoribus Oceani Babyloniam revertenti, nuntiatur legationes Carthaginienſium, ceterarumque Africæ civitatum, ſed & Hiſpaniarum, Siciliæ, Galliæ, Sardiniæ, nonnullas quoque ex Italiâ, eius adventum Babyloniæ opperiri. adeo univerſum terrarum orbem nominis eius terror invaſerat; ut cuncta gentes velut deſtinato ſibi regi adularentur.* Quare pulchrè attribuit perſonæ Theſei Sophocles, in Oedip. Colon. v. 658:

> ὅμως δὲ κἀμοῦ μὴ παρόντος, οἶδ᾽, ὅτι
> Τοὐμὸν φυλάξει σ᾽ ὄνομα μὴ πάσχειν κακῶς:
> *Nam me etiam abſente ſcio quod*
> *Solum nomen meum te defendet ab iniuriâ.*

nihilq; minus quàm fabulis acceſſit Xenophõ, cùm enumeratis populis quibus neq; cũ Cyro, neq; inter ſe, lingua communis erat, addit lib. I: Καὶ ὅμως ἠδυνήθη ἐφικέσθαι μὲν ἐπὶ τοσαύτην γῆν τῷ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ φόβῳ, ὥστε καταπλῆξαι πάντας, καὶ μηδένα ἐπιχειρεῖν αὐτῷ: *Nihilominus ita metu ſui tantum*

terrarum

rrarum obire potuit, ut omnibus formidine percuſsi, adverſum ipſum nemo uidquam moliri auderet. Nam & ſimilia ferè recenſet de Auguſto Iuſtinus xtremo libri XLII: *Sed & filii nepoteſque Phraatis obſides Auguſto dati: pluſq; æſar magnitudine nominis ſui fecit, quam armis alius Imperator facere potuiſt.* quibus addere eſt ea quæ leguntur extremo libri IV. in breviario Flori. ec minus glorioſe de Iuliano Imp. Ammianus lib. XXII: *Hæc cum curanem & talia, commendabat externis nationibus fama, ut fortitudine, ſobrietae, rei militaris ſcientia, virtutumque omnium incrementis excelſum: paulatimue progrediens ambitum oppleverat mundi. Proinde timore eius adventus per ltimos longeque diſtantes latiùs explicato, legationes undique ſollicitè ad eum oncurrebant: hinc Tranſtigritanis pacem obſecrantibus & Armeniis, inde nationibus Indicis certatim cum donis optimates mittentibus ante tempus abuſque ndis & Serindis: ab Auſtrali plaga ad famulandum rei Romanæ ſemet offerentibus Mauris: ab Aquilone & regionibus ſolis, per quas in mare Phaſis accipitur, Boſphoranis aliiſque antehac ignotis legationes vehentibus ſupplices, ut annua omplentes ſolennia intra terrarum genitalium terminos otioſè vivere ſinerentur.* Appoſitè igitur legati Campanorum Senatui populoque Ro. Livii libro VII: *Sed tamen ſi oſtenderitis auxilia veſtra, ne bello quidem arbitror vobis opus fore. Vſque ad nos contemptus Samnitium pervenit; ſuprà nō aſcendit. Itaq; umbrâ veſtri auxilii, Romani, tegi poſſumus.* Nec in alia mente Tacitus lib. IV. Annal. *Dehinc initio ab Suriâ uſque ad flumen Euphraten, quantum ingenti terrarum ſinu ambitur, quatuor legionibus coercitum, accolis Hybero, Albanoq; & aliis regibus, qui magnitudine noſtrâ proteguntur adverſum externa imperia.* Iterum eod. libro. *At Dolabella, contracto quod erat militum, terrore nominis Romani, & quia Numidæ peditum aciem ferre nequeunt, primo ſuo inceſſu ſolvit obſidium.* Denique lib. de morib. German: *Apud finitimas quoque civitates id nomen, ea gloria eſt, ſi numero ac virtute comitatus emineat. expetuntur enim legationibus & muneribus ornantur, & ipſâ plerumque famâ bella profligant.* Eodem pariter tendunt verba Pauli Diaconi de Maximo: *Theodoſius Maximum etiam ab immaniſſimis quoque Germanorum gentibus tributa ac ſtipendia ſolo terrore nominis exigentem, ſine controverſiâ clauſit.* De Theodoſio, Latinii Pacati: *Et ſi qui fortè ſunt Barbarorum qui nōdum virtutis tuæ fulmen exceperint; nominis terrore percuſſi & velut afflati quieſcant. Tua enim Imperator auſpicia non hæ tantum gentes tremunt quas ab orbe noſtro ſilvarum intervalla, vel flumina, monteſve diſtinguunt, ſed quas æternis ardoribus inacceſſas, aut continuâ hieme ſeparatas, aut interfuſis æquoribus abiunctas Natura diſterminat. Non Oceano Indus, non frigore Boſphoranus, non Arabs medio ſole ſecurus eſt, & quò vix pervenerat nomen antè Romanum; accedit imperium.* Rotunde etiam Sidonius Panegyrico carmine ad Anthemium:

Digitized by Google

Ad Boream pugnas, & formidaris ad Auſtrum.

quod ita Græcè expreſſit in Orat. gratulatoriâ ad Conſtantinum Themiſtius: Καὶ οὐ μόνον κεῖθι ἐστὶ βασιλεὺς ὅπη ὁρᾶται, ἀλλά γε ἐν Κελτοῖς στρατοπεδεύων, Πέρσας εἰρήνης ἐπιθυμεῖν ἀναγκάζει: *Nec ſolùm vbi conſpicitur Imperator eſt, ſed & cùm in Galliis caſtrametatur, Perſas pacem petere cogit.* Audaciore adhuc figurâ Claudianus Theodoſio Imper. de bello Gildonico verſu 383.

Vindictam mandaſſe ſat eſt. plus nominis horror
Quàm tuus enſis aget. minuit præſentia famam.

Et verum puto. Ideo non eſt aquea bulla, ſed ſolida gemma, quâ illuſtravit Punicorum librum IX. Silius, ubi Paulus retardat Varronem; ac vult

——novus Annibalis ſat nomina ferre.
Si diſcit miles, nec frigidus aſpicit hoſtem.

Quale enim ac quantum inſtar in nudo ſit nomine, diſcimus prætereà ab X. legatis elevantibus prudentiam ac fortitudinem Cn. Manlii in devincendis Gallogræcis. Liv. lib. XXXVIII: *Quid igitur incidit? magna fortuna populi Ro. eſt, magnum & terribile nomen. recenti ruinâ Annibalis, Philippi, Antiochi, propè attonitæ erant tantæ corporum moles. fundis ſagittiſque in fugam conſternatæ ſunt. Gladius in acie cruentatus non eſt Gallico bello. Velut apium examina, ad crepitum primum miſſilium avolavere.* Sed nec decori fines exceſſit Pompeius, cùm adhuc poſt cladem Pharſalicam iactat ore Lucani, libro VIII:

——ſed me vel ſola tueri
Fama poteſt rerum toto quas geſſimus orbe;
Et nomen, quod mundus amat.——

Cur non? cùm de eodem adhuc dici queat, quod alibi dixerat de adverſario eius idem poeta:

Nec qualem meminere vident: maiorque feruſque
Mentibus occurrit, victoque immanior hoſte.

Inde ſignatè Velleius lib. poſteriore: *Nuſquam erat Pompeius corpore; adhuc ubique nomine. quippe ingens partium eius favor bellum excitaverat Africum, quod ciebat rex Iuba & Scipio &c.* Quæ & ipſa pate faciunt vim verborum Taciti, ubi ſic æſtuantem introducit Tiberium lib. I. Annal: *Potiorem iam apud exercitum Agrippinam, quam legatos, quàm duces: compreſſam à muliere ſeditionem, cui nomen principis obſiſtere non quiverit.* Decentiſſimeque apud Senecam Herc. Oetæo Deianira verſu 1829:

Quid anime trepidas? Herculis cineres tene:
Complectere oſſa, reliquiæ auxilium dabunt.

Erun

Erunt ſatis præſidia. terrebunt tuæ
Reges vel umbra.———

Imò & in poſteros tranſmittitur nomẽ iſtud invictũ: adeo ut id non ipſi nũ ſuo bono, ſed & adverſarii eorũ ſuo malo cenſeant ac ſentiant tale. Illorum è numero occurrunt apud Cæſarem Belgæ lib. II. Gall: *Seloſq; ſe qui patrum noſtrorum memoria omni Galliâ vexatâ, Teutones Cimbroſque itra fines ſuos ingredi prohibuiſſent. quâ ex re fieri, ut earum rerum memoria magnam ſibi auctoritatem magnoſque ſpiritus in re militari ſumerent.* Apud Tacitum lib. I. Hiſt. Helvetii: *Irritavere turbidum ingenium Helvetii, Gallica ens, olim armis viriſq; mox memoriâ nominis clara &c.* Eodem modo Curtii libro VI: *Duarum nobiliſſimarum bello gentium exercitus pari Marte pugnabant. Lacedæmonii vetera; Macedones præſentia decora intuebantur &c.* Nec aliter Iuſtini libro XXX: *His utrimque concitati milites prælio concurrunt; alteri Orientis, alteri Occidentis imperio gloriantes: ferentesque in bellum, alii maiorum ſuorum antiquam & obſoletam gloriam; alii virentem recentibus experimentis virtutis florem.* Scilicet heîc locum habet locus Plutarchi in præcept. reip. gerendæ: Τὰ μὲν γὰρ μικρὰ παιδία, τῶν πατέρων ὁρῶντες ἐπιχειροῦντα τὰς κρηπῖδας ὑποδεῖσθαι καὶ τοὺς στεφάνους περιτίθεσθαι μετὰ παιδιᾶς, γελῶμεν. οἱ δ' ἄρχοντες ἐν ταῖς πόλεσιν ἀνοήτως τὰ τῶν προγόνων ἔργα καὶ φρονήματα καὶ πράξεις ἀσυμμέτρους τοῖς παροῦσι καιροῖς καὶ πράγμασιν οὔσας μιμεῖσθαι κελεύοντες, ἐξαίρουσι τὰ πλήθη, γελοῖά τε ποιοῦντες, οὐκέτι γέλωτος ἄξια πάσχουσιν, ἂν μὴ πάνυ καταφρονηθῶσι: *Etenim cùm videmus puerulos parentum crepidas conari ſublegare ſibi, aut coronas eorum capitibus ſuis imponere, per iocum ridemus. at urbani magiſtratus, maiorum opera, arduos conatus, & facta præſentibus temporibus ac rebus non congruentia ſtultè iubentes imitari, multitudinem concitant: & cùm ridicula ſunt moliti, non riſu iam digna patiuntur, niſi planè ſint contẽpti.*

Horum è claſſe recenſentur ipſimet Romani: Floro lib. II. cap. VII: *Quãvis tunc Philippus regno præſideret; Romani tamen dimicare ſibi cum rege Alexandro videbantur.* Sed & de iiſdem adhuc capite ſequenti: *Non aliud formidoloſius famâ bellum fuit. quippe cùm Perſas & Orientem, Xerxem atq; Darium cogitarent; quando perfoſſi invii montes, quando velis opertum mare nuntiaretur &c.* Inque eandem ſententiam Livius lib. XLV: *Non aliàs ad ullum ſpectaculum tanta multitudo occurrit. Patrum ætate Syphax rex captus, in caſtra Romanorum adductus erat: prater quam quod nec ſua, nec gentis fama comparandus, tunc quoque acceſſio Punici belli fuerat; ſicut Gentius Macedonici. Perſeus caput belli erat: nec ipſius tantùm patris avique, quos ſanguine ac genere contingebat, fama conſpectum eum efficiebat; ſed effulgebant Philippus ac Magnus Alexander, qui ſummum imperium in orbe terrarum Macedonum fecerant.* Quid multis? affirmatiſſimè aſſeverat de Alexandro modò poſito

Digitized by Google

non contemnendę prudentię Agathias lib. II: Οὕτω γὰρ ἦν μεγαλουργὸς ἐς τὰ μάλιστα καὶ ἀμαχώτατος, ὡς ἐπειδὴ αὐτὸν καὶ ἀποβιῶναι ξυνέβη, ὅμως τοὺς ἐκείνου διαδόχους, μακεδόνας γε ὄντας, κατασχεῖν ἐπὶ πλεῖστον τῆς ἀλλοδαπῆς χώρας, ἦρχον ἂν καὶ ἐπεκράτουν, τῇ τοῦ οἰκιστοῦ κρατυνόμενοι δόξῃ. εἰ μὴ ἐς ἀλλήλους στασιάσαντες, καὶ θαμὰ κατά τε σφῶν αὐτῶν καὶ πρὸς ῥωμαίους παραταξάμενοι τοῦ πλείονος ἕκατι, διέλυσαν τὰς οἰκείας δυνάμεις, καὶ οὐκέτι ἀντίπαλοι τοῖς πέλας ἐδόκουν. τοιγάρτοι ἄρξαντες οὐ λίαν ἐλάττονα χρόνον τῶν μήδων: *Ita erat rerum geſtarum magnitudine eximiè clarus, belloque inſuperabilis, ut etiam poſteaquam eum e vivis excedere contigit, ſucceſſores tamen ipſius, Macedones quum eſſent, alienam exteramque regionem quàm diutiſſime in poteſtate retinuerint, & ad ſummam potentiam evaſerint. Et ſanè arbitror eos etiam in hunc uſque diem regnaturos imperiumque obtenturos fuiſſe, Alexandri gloriâ ſuffultos, niſi inter ſe diſſidentes, frequentibusq. prœliis tum adverſus ſe mutuò tum adverſus Romanos habitis, plura habendi ſtudio ſuas ipſorum vires potentiamque fregiſſent effeciſſentque, ut non amplius finitimis inſuperabiles viderentur; quũ alioquin imperaſſent non minore temporis ſpacio quàm Medi.* Verè forſan ille: ſed ita tamen, ut indicat, ſi famam illam habuiſſent modeſtè, ſi circumſpectè: exemplo Romæ, de quâ Ammianus lib. XIV: *Iamque vergens in ſenium, & nomine ſolo aliquoties vincens, ad tranquilliora vitæ diſceſſit.* Sanè, umbræ illi nixis providendum, ne temerè cui dent occaſionem rei novandæ; monuit Tiberius, cui hoc tribuit Tacitus lib. VI. Annal: *Unus omnium Seiani adfinium, incolumis multâque gratiâ manſit; reputante Tiberio publicum ſibi odium, extremam ætatem, magisque famâ quàm vi ſtare res ſuas.* Quantum autem interſit virtute cenſearis an famâ, duplici ſimilitudine indicat Lucanus, comparatione Cæſaris ac Pompeii lib. I. v. 129.

Nec coiere pares: alter vergentibus annis
In ſenium; longoque togâ tranquillior uſu
Dedidicit iam pace ducem, famaque petitor
Multa dare in vulgus: totus popularibus auris
Impelli, plauſuque ſui gaudere theatri.
Nec reparare novas vires, multumque priori
Credere fortunæ. ſtat magni nominis umbra:
Qualis frugifero quercus ſublimis in agro
Exuvias veteres populi, ſacrataque geſtans
Dona Ducum: nec iam validis radicibus hærens,
Pondere fixa ſuo eſt: nudosque per aëra ramos
Effundens, trunco, non frondibus, efficit umbram,
Et quamvis primo nutet caſura ſub Euro,
Tot circum ſylvæ firmo ſe robore tollant,

Sola

Sola tamen colitur: ſed non in Cæſare tantum
Nomen erat, nec fama ducis: ſed neſcia virtus
Stare loco ſoluſque pudor, non vincere bello.
Acer, & indomitus; quò ſpes, quóque ira vocaſſet,
Ferre manum, & numquam temerando parcere ferro.
Succeſſus urgere ſuos: inſtare favori
Numinis: impellens quicquid ſibi ſumma petenti
Obſtaret: gaudenſque viam feciſſe ruinâ.
Qualiter expreſſum ventis per nubila fulmen
Ætheris impulſi ſonitu, mundique fragore
Emicuit, ruptá diem, populoſq́ paventes
Terruit, obliquâ præſtinguens lumina flammâ
In ſua templa furit: nullâque exire vetante
Materiâ; magnamq́ cadens, magnamque revertens
Dat ſtragem latè, ſparſoſq́ recolligit ignes.

imirum ultimus iſte armis ſuſtentatur, primus religione. quâ ſe quoq; tatos homines ſingulos, docemur ab his Val. Maximi lib. II. cap. IX: *Ca- etiam Marius in profundum ultimarum miſeriarum abiectus, ex ipſo vitæ ſcrimine, beneficio maieſtatis emerſit. Miſſus enim ad eum occidendum in pri- ta domo Minturnis clauſum ſervus publicus, natione Cimber; & ſenem, & rmem, & ſqualore obſitum, ſtrictum gladium tenens, aggredi non ſuſtinuit: claritate viri occæcatus, abiecto ferro, attonitus inde ac tremens fugit. Cim- ica nimirum calamitas oculos hominis perſtrinxit; devictaque ſuæ gentis in- itus, animum comminuit: etiam diis immortalibus indignum ratis, ab uno e- nationis interfici Marium, quam totam deleverat. Minturnenſes autem ieſtate illius capti, compreſſum iam & conſtrictum dira fati neceſſitate, inco- nem præſtiterunt: nec fuit his timori aſperrima Syllæ victoria, ne in eos conſer- tionem Marii ulciſceretur, cum præſertim ipſe Marius eos à conſervando lario abſterrere poſſet.* Huic adſimilis unus e ducibus Alexandri, quo Curtius lib. X: *Perdicca nuntiato ſatellitum adventu, ſedecim omnino ris regiæ cohortis comitatus, in limine domus ſuæ conſtitit, caſtigatoſque & eleagri mancipia identidem appellans, ſic animi vultuſque conſtantiâ terruit, vix mentis compotes fugerent &c.* Nec diſſidet quod de matre Alexan- i refert Trogi decurtator fine libri XIV: *Sed Olympias, ubi obſtinatos veni- ad ſe armatos vidit; veſte regali, duabus ancillis innixa, ultrò obviam proce- . quâ viſâ percuſſores attoniti fortunâ maieſtatis prioris, & tot in eâ memo- occurrentibus regum ſuorum nominibus, ſubſtiterunt; donec à Caſſandro miſ- unt qui eam confoderent.* Eodem tendunt quæ adhuc idem Iuſtinus de ilopæmene lib. XXXII: *Sed dum ſuos in prælium revocat, in trãſitu foſſæ e-*

equo præcipitatus à multitudine hoſtium oppreſſus eſt. quem iacentem Meſſenii ſeu metu virtutis, vel verecundia dignitatis, interficere auſi non fuerunt. Quibus adſidet Plutarchi iſtud de Pyrrho: Σπασαμένου δὲ τοῦ Ζωπύρου μάχαιραν Ἰλλυρικὴν, ὡς τὴν κεφαλὴν ἀποτεμοῦντος, ἐνέβλεψε δεινὸν, ὥστε τὸν Ζώπυρον περίφοβον γενόμενον, καὶ τὰ μὲν τρέμοντα ταῖς χερσὶ, τὰ δὲ ἐπιχειροῦντα, θορύβου δὲ καὶ ταραχῆς μεστὸν ὄντα, μὴ κατ' ὀρθὸν, ἀλλὰ παρὰ τὸ στόμα καὶ τὸ γένειον ἀποτέμνοντα, βραδέως καὶ μόλις ἀποσπάσαι τὴν κεφαλήν: *Zopyrum qui gladium Illyricum ad caput ſuum decidendum ſtrinxerat, ita intuitus eſt torve; ut ille expaveſcens, partim tremulis manibus, partim moliendo, terroriſque & ſtuporis plenus, non directo, ſed ſecundum os ac mentum detruncaret, & vix longo ſpatio demeret caput.*

Hæc cùm ita ſint; liquet non imprudenter prolatũ ab Alexandro lib. VIII. Curtii: *Vtinam Indi quoque Deum me credant! Famâ enim bella conſtant; & ſæpe etiam quod falsò creditum eſt, veri vicem obtinuit.* Quâ ſententiâ uſus quoque Nero apud Livium lib. XXVII: *Alterum conſulem & alterum exercitum adveniſſe, haud dubiam victoriam facturum. famam bellum conficere, & parva momenta in ſpem metumque impellere animos.* Eadem imbutus etiam opinione Darius Rex, qui monitus non reſiſtere Alexandro in faucibus Ciliciæ, *ubi ſe toto uti non poſſet*; reſpondit Memnoni: *Si retro ire pergat, haud dubiè regnum hoſtibus traditurum. famâ bella ſtare; & eum qui recedit, fugere credi*: Curtius lib. III. Plutarchus in Ariſtide: Ἀμομφάρετος γὰρ ἀνὴρ θυμοειδὴς καὶ φιλοκίνδυνος, ἔκπαλαι πρὸς τὴν μάχην σπαργῶν, καὶ βαρυνόμενος τὰς πολλὰς ἀναβολὰς καὶ μελλήσεις, τότε δὲ παντάπασι τὴν μετανάστασιν φυγὴν ἀποκαλῶν καὶ ἀπόδρασιν, οὐκ ἔφη λείψειν τὴν τάξιν, ἀλλ' αὐτόθι μένων μετὰ τῶν ἑαυτοῦ λοχιτῶν ὑποστήσεσθαι Μαρδόνιον: *Amompharetus, vir ferox & præceps, iamdudum geſtiens pugnare, procraſtinationes & mores gravabatur: tūc verò planè caſtrorum translationem fugam vocans & conſternationem, negavit locum ſe deſerturum, ſed inſtiturum ibi cum manipulo ſuo, Mardoniumque ſuſtenturum.* Et verò, *regreſſum* tranſire in nomen *fugæ*; expertus ſuo malo Pyrrhus; de quo Iuſtinus lib XXIII. *Conſerto prælio cùm ſuperior fuiſſet; quoniam tamen à Sicilia abiret, pro victo fugere viſus eſt.* Senſit item ſuo damno Conſul Rom. Livius lib. XLIV: *Ea profectio famam haudquaquam ſecundam habuit: nam alii metu receſſiſſe eum ab hoſte ferebant &c.* legãtur tum præcedẽtia tum ſequentia. Inde eſt quod habemus apud eundem auctorem lib. XXII: *Adeoque inopiâ eſt coactus Annibal; ut niſi tum fugæ ſpeciem abeundo timuiſſet, Galliam repetiturus fuerit &c.* Iterumque lib. XXIII: *Nec diu in pacato manſit. nam ſubinde ab Carthagine allatum eſt; ut Hasdrubal primo quoque tempore in Italiam exercitum duceret. quæ vulgata res per Hiſpaniã, omnium fermè animos ad Rom. avertit. Itaque Hasdrubal extemplo literas Carthaginem mittit, indicans quanto fama profectionis ſuæ damno fuiſſet. Si verò*

inde

unde pergeret; priusquam Iberum tranſiret, Romanorum Hiſpaniā fore. Facit & huc propriè quod habemus de Conſtātino Pogonato tomo Zonarę III: Ὁ ἡμέραις οὖν τισιν οὕτω διαπιθεμένων τῶν ἐναντίων ἀμφοῖν, μαλακίαν οἱ βάρβαροι τῶν ῥωμαίων κατέγνων. ἐπισυνέβη καί τι ὃ θάρσος ἐκείνοις ἐνῆκε τῆς ἑτέρας δειλίας ἀντίθετον. ὁ γὰρ βασιλεὺς ἐκ ποδαλγίας νοσήσας, καὶ δεῖν ἀμύνας ἀλγηδόσι βαλλόμενος, λουτροῖς χρησόμενος σὺν πέντε δρόμωσι μετὰ τῆς θεραπείας εἰς μεσημβρίαν (χώρα δ' ὑπὸ ῥωμαίους πλεῦσα αὕτη ἐστὶ) τὸν ἔκπλουν πεποίητο, τὴν στρατιὰν καὶ τοὺς στρατάρχας ἐκεῖσε καταλιπών, καὶ ἐπισκήψας, πρὸς τοὺς βαρβάρους ἀκροβολίζεσθαι, ἵν' οὕτω αὐτοὺς εἰς πόλεμον ἐπισπάσωνται. φήμης δὲ γινομένης εἰς τὸ στρατόπεδον, φόβῳ τῶν πολεμίων διαδιδράσκειν τὸν αὐτοκράτορα, αἰσχρῶς ἅπαντες μηδενὸς διώκοντος ἔφυγον. τοῦτο τοῖς βουλγάροις ἀπροσδοκήτως γινόμενον, μένος ἐνέπνευσε, καὶ παρέθηξεν εἰς ἀλκήν, ἣ ὀπίσω ἰόντες, πολλοὺς μὲν ἀνῄρουν, οὐ μείους δὲ ἐζώγρησαν, καὶ τὸν ἴστρον περαιωθέντες, ἐν τῇ ῥωμαίων ἐπήξαντο τὰς σκηνάς: *Quum autem vtrinque dies aliquot per otium tranſegiſſent, Barbari Romanos ignavos eſſe rati, etiam tali eventu confirmati, parem priori timiditati fiduciam receperunt. Nam Imperator ingenti pedum cruciatu affectus, cum* V. *navibus expeditis & ſuo comitatu in Meſembriam Romanam provinciam traiicit, balneis uſurus; exercitu & ducibus illic relictis, quibus mandarat, ut velitationibus hoſtes ad pugnam elicerent. Verùm rumore in caſtris orto, Imperatorem metu hoſtium cœpiſſe fugam, omnes turpiter fugiunt, perſequente nemine. Quod præter ſpem factum, Bulgarorum animos auxit, & audaciam acuit, ut tergis fugientium inhærentes, multos cæderent, neque pauciores caperent, & Iſtro traiecto tentoria in Romanorum terrâ figerent.* Aequè magno periculo retrocedi in ipſo prælio, docet Appianus in Annibalicis: Ὁ, τι ἀγὼν ἦν ἴσος αὐτοῖς αὖθις καὶ πάνυ καρτερὸς, αἰδουμένων τοὺς στρατηγοὺς ἑκατέρων ἕως ὁ Ἀννίβας ἐπί τινος λόφου θεασάμενος Ἴβηρας καὶ Κελτοὺς συνεστῶτας, ἐπῆλθεν ὡς καὶ ἐκείνους ἐπάξων. τότε γὰρ οἱ μαχόμενοι, τῆς μὲν αἰτίας οὐ συνιέντες, τὴν δ' ἀποχώρησιν αὐτοῦ φυγὴν ὑπολαβόντες εἶναι, τὸν ἀγῶνα μεθῆκαν ἑκόντες, καὶ ἔφυγον ἀκόσμως, οὐχ ᾗπερ ἑώρων Ἀννίβαν, ἀλλ' ὅποι τύχοιεν ἕκαστοι: *Sicque redintegrato prælio pugnatum eſt acriter, utriſque pariter duces ſuos reverentibus: donec Annibal, viſo, in quodam colle, Hiſpanorum Gallorumque globo, equum eò adegit, ut & hos adduceret. reliqui cauſam abitus non intelligentes, & rati eum fugere, ultro contentionem remiſerunt, turbatiſque ordinibus fugerunt, non qua Annibal, ſed qua cuique viſum eſt.* Eodem infortunio exceptus, cum ordines in melius mutare amat, exercitus Mnaſippi. Xenophō lib. VI. Hellen: Οἱ δ' ἐπ' ὀκτὼ τεταγμένοι, ἀσθενὲς νομίσαντες τὸ ἄκρον τῆς φάλαγγος ἔχειν, ἀναστρέφειν ἐπειρῶντο. ὡς δ' ἤρξαντο ἐπαναχωρεῖν, οἱ μὲν πολέμιοι ὡς φεύγουσιν ἐπέθεντο, οἱ δ' οὐκέτι ἐπανέστρεψαν καὶ οἱ ἐχόμενοι δ' αὐτῶν, εἰς φυγὴν ὥρμων: *Ii quod in octonos diſpoſita eſſet ipſorum acies, rati hanc phalangis extremita-*

tem

tem imbecillam eſſe, convertere ſe conabantur. Quàmprimum autem referre pedem cepiſſent, hoſtes quidem in eos irruebant, quaſi fugæ ſe darent: ipſi vero non iam amplius aciem convertebant. Itaque etiam his proximi terga dabant. Nec fato meliore Diogenes Imperator Zonaras tomo III. Ὡς δὲ περὶ δείλην ὀψίαν ἡ ἡμέρα ἐγένετο, εἰδὼς ὁ βασιλεὺς ὅτι φυλακὴ περὶ τὸ στρατόπεδον οὐκ ἦν ἀξιόλογος, καὶ δείσας μὴ ἐπελθόντων τῶν ἐναντίων αὐτῷ διαρπαγῇ, ἔγνω τὴν μάχην λῦσαι καὶ ἐπαναζεῦξαι περὶ τὸν χάρακα. ἐπιστρέψας οὖν τὴν βασιλικὴν σημαίαν, αὐτός τ' ἐπανῄει καὶ τὴν στρατιὰν ταὐτὸ ποιεῖν διεσήμαινεν. οἱ μὲν οὖν περὶ αὐτὸν ὄντες, ἀθορύβως ἐποιοῦντο τὸ κελευσθέν. ὅσοι δὲ πόρρω τὰς παρατάξεις ἐκέκτηντο, φυγὴν τοῦ βασιλέως τὴν ὑποστροφὴν ὑπετόπασαν. *Et poſt pauca:* ὡς οὕτως ἀκόσμως ἐπανιόντας ὁ βασιλεὺς θεασάμενος, ἔστη, στῆναί τε καὶ τοῖς ἀπιοῦσιν ἐνεκελεύετο. ἀλλ' ἐξεκεκώφεισαν ἅπαντες, καὶ τῆς φυγῆς οὐ μεθίεντο. ὡς δὲ τὸ παράλογον τῆς φυγῆς δυστύχημα τῶν Ῥωμαίων, καὶ μήνιμα θεῖον ἔγνωσαν οἱ πολέμιοι εὐθὺς ἐπῆλθον τῷ βασιλεῖ: *Cùm autem ſerum dici eſſet, Imperator, ut qui caſtrorum cuſtodiam iuſto minorem eſſe ſciret; veritus ne ab hoſtibus diriperentur, ſtatuit omiſſâ pugnâ redire ad vallum. Cùm igitur imperatorio vexillo converſo, exercitui denuntiaſſet, ut idem faceret: ii qui circa ipſum erãt, ſitra tumultum iuſſa ſunt executi. ſed quorum ordines longiùs diſtabant, receſſum Imperatoris fugam interpretati ſunt. Quos cùm ita perturbatè reverti videret Imperator, ſubſtitit, & abeuntes etiam ut ſubſiſterent, hortatus eſt. ſed obſurduerant omnes, nec fugam remittebant. Cùm autem hoſtes inopinatam Romanorum fugam vi Numinis coortam intelligerent, ſtatim Imperatorem invaſerunt &c.* Iam deſino; caputque obſigno verbis Senecæ Epiſt. XIII: *Plerumque ſuſpicionibus laboramus, & illudit nobis illa quæ conficere bellum ſolet fama: multò autem magis ſingulos conficit.*

Gnarus ut initia belli proveniſſent, famam in cetera fore. Lib. II. Hiſt.

PRæclarè Lyricorum princeps Pindarus Pyth. oda VI:

———ναυσιφορήτοις
δ' ἀνδράσι πρώτα χάρις
ἐς πλόον ἀρχομένοις, πομ--
παῖον ἐλθεῖν οὖρον. ἐοικότα γὰρ
κἂν τελευτᾷ φερτέρου νό--
στου τυχεῖν.———
Viris qui navibus vehuntur, præcipuum gaudium, navigationem auſpicantibus, deductorium venire ventum. Veriſimile

eſt enim,

eſt enim, & in fine meliorem reditum conſecuturos.

emq; obtinet in rebus ceteris. adeo ut ab initiis haud temere præſumar de fine. Bellantibus certe ab ipſo ſtatim principio maximæ eſt curæ *vementiùs inſtare adverſariis*. Vnde introducit Iudæos mutuò ſeſe hortan-, in libro de Vita Moſis, Philo: Ἀκατάπληκτοι μετὰ τῆς ἐν τῷ θαῤῥεῖν ὀχυρότητος γινώμεθα. τὰ τέλη ταῖς ἀρχαῖς πολλάκις κρίνεται. ἐπὶ τῶν εἰς βολῶν ὄντες καταπληξώμεθα τοὺς οἰκήτορας: *Intrepidè pugnemus pro munimento habentes*ıuciam. *per initia ſæpe de eventu decernitur. dum in limine ſumus, terrorem utiamus incolis*. Habemus quoque apud Livium lib. XXXII: *Nam Ma-lones, qui in præſidio erant & multi & delecti, gloriam etiam egregiam rati, ſi mis potius & virtute, quam mœnibus urbem tuerentur; conferti pluribus in-rſus ordinibus acie firmatâ; cùm tranſcendere ruinas ſenſiſſent Romanos, per peditum ac difficilem ad receptum locum expulerunt. Id Conſul ægrè paſſus, eam ignominiam ad unius modo expugnandæ moram urbis, ſed ad ſummam iverſi belli pertinere ratus, quod ex momentis parvarum plerumque rerum iderect; purgato &c.* Refert de Ariſtomene Pauſanias in Meſſenicis: Αὐτῷ τι καὶ πρὸ παντὸς ἐνόμιζεν εἶναι ἐπ' ἀρχομένου τοῦ πολέμου Λακεδαιμονίους καταπλήξαντα, φαίνεσθαι καὶ ἐς τὰ μέλλοντα σφίσι φοβερώτερον: *Et antiquiſſima idem ipſi cura fuit, initio belli Lacedemonios perterrefacere; quo eſſet illis in o-re reliquum tempus formidoloſior.* De Antiocho Pheras oppugnante Livilib. XXXVI: *Itaque & hi ſumma ope parabant ſe ad urbem defendendam; & ab omni parte ſimul oppugnare mœnia eſt aggreſſus; ut qui ſatis intelligeret que enim dubium erat) in eventu eius urbis poſitum eſſe, quam primum ag-ſſus eſſet, aut ſperni deinde ab universâ gente Theſſalorum, aut timeri ſe; o-em undique terrorem obſeſſis iniecit.* De eodem, fine libri XXXV: *Cùm id d caput erat Eubææ teneret rex, ne cetera quidem eius inſulæ urbes imperium uerunt: magnoq; principio ſibi orſus bellū videbatur, quod tanta inſula & tot ortunæ urbes in ſuam ditionē veniſſent.* Ea de cauſsâ apud Polybiū lib. III: ις στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων ἀφικόμενος εἰς τὴν Ἰλλυρίδα μετὰ τῶν δυνάμεων, θεωρῶν τοὺς ὑπεναντίους θαῤῥοῦντας ἐπὶ τῇ τῆς Διμάλης ὀχυρότητι καὶ ταῖς παρασκευαῖς, ἔτι δὲ τῷ δοκεῖν αὐτὴν ἀνάλωτον ὑπάρχειν, ταύτῃ πρῶτον ἐγχειρεῖν ινε, βουλόμενος καταπλήξασθαι τοὺς πολεμίους: *Inter hæc Aemilius Conſul in ricum applicuit integris copiis. ubi cum animadvertiſſet hoſtes forti ac conſtāti mo eſſe, quod ſitu ac munitionibus Dimalæ freti, irritum fore Romanorum ad-ıtum opinabantur, eam primum urbem omni conatu cenſuit oppugnandam; ıs id quod evenit, ſi ea caperetur, facilè reliquas perculſas timore, in poteſta-Romanorum venturas.* Sunt & Quintii verba Nabidi bellum molienti, ii libro XXXIV: *Quid minus conveniens eſſe, quàm omiſſo hoſte, Argos op-*

Digitized by Google

pugnari? ſe verò caput belli Lacedemonem & tyrannum petiturum. Idem auctor de Annibale lib. XXI: *Carteiam urbem opulentam caput gentis eius expugnat diripitque; quo metu perculſa minores civitates, ſtipendio impoſito imperium acceperunt.* Florus lib. II. cap. IX: *Ergo Fulvio Nobiliori mandata ultio eſt. hic protinus caput gentis Ambraciam, regis Pyrrhi machinis quatit.* Tacitus in vita Agricolæ: *Et terrorem ſtatim intulit Petilius Cerialis, Brigantum civitatem, quæ numeroſiſſima provincia totius perhibetur, aggreſſus.* Haud alia de cauſsâ inſtat apud claſſiarios ſuos Agathocles, libro XXII Iuſtini: *Nam capta Carthagine, omnem Africam Siciliamque præmium victorum fore.* Item Severus, oratione ad milites, Herodiani libro II: Φθάσωμεν οὖν τὴν Ῥώμην προκαταλαβόντες, ἔνθα ἡ βασίλειος ἐστὶν ἑστία: κἀκεῖθεν ὁρμώμενοι, τὰ λοιπὰ ῥᾳδίως διοικήσομεν: *Quare occupemus quàm primùm Romam, Larem ipſum imperii: reliqua dein facilè expedituri.* Ratio eſt in promptu; petamusq; licet ab Choniate lib. VI. Manuelis Comneni: Οἱ δὲ Πέρσαι τὸ πᾶν εἰσέφερον τῆς σπουδῆς, τὰ περὶ τὸν βασιλέα καταπαλαῖσαι στρατεύματα, ὡς εἰ τὸ πλεῖστον καταστραφθείη καὶ κράτιστον, κἀκεῖνα ῥᾳδίως διαλύσειν οἰόμενοι; καθὰ καὶ ἐπὶ δράκοντος ὁρῶμεν γινόμενον· τῆς γὰρ κεφαλῆς συντριβείσης, καὶ ὁ λοιπὸς συνεκρύπτη ὁλκὸς τοῦ σώματος, ἢ καὶ ἐπ' ἀκροπόλεως: ταύτης γὰρ ἐξαιρεθείσης, καὶ ἡ λοιπὴ πόλις ὡς κατάκρας ἁλοῦσα, τὰ οἰκτιστα πέπονθε: *At Perſæ omni contentione copias quæ cum Imperatore erant debellare nitebantur; quod maximâ & potiſſimâ parte profligatâ, illas quoque ſe ſuperaturos putabant: quemadmodum in ſerpentibus videmus, capite contrito unà etiam reliquum corporis tractum emori; & arce expugnatâ, urbem hoſtibus reſiſtere non poſſe.* Pulcrè Archelaus apud Procopium lib. I. de bello Vandalico: *Sic eſt rerum humanarum natura, ut Capite ſublato, cetera brevi tempore corruant.* Contrà eſt, ſi perſtet caput, aut adeo eiusdem nomen nudum. Providenter Suetonius Paullinus apud Tacitum lib. II. Hiſt: *Italiam, & caput rerum, Senatumque & populum, nunquam obſcura nomina, & ſi aliquando obumbrentur &c.* Hinc & idem Cornelius lib. I. Hiſtor: *Longinqua provinciæ & quidquid armorum mari dirimitur, penes Othonem manebant; non partium ſtudio; ſed erat grande momentū in nomine urbis ac prætextu Senatus.* Ex quibus apparet peccatum Pompeii, ad primum adventantis Cæſaris nuntium, câdem Româ excedentis cum omnibus ſuis. Cui ſi veniſſet in mentem *famâ conſtare bellum*; omnia prius reliquiſſet quàm locum tam auſpicalem, *unde in omnia regimen.* Callidior hac in parte Tiberius; qui turbantibus militibus Germanicis Illyricisque, minimè tamen nidum, ut ita dicam, imperii deſeruit: ſed, Tacito teſte lib. I. Annal: *fixum ei fuit, non omittere caput rerum, neque ſe remque publicam in caſum dare.* Eodem animo Iohannes Comnenus, ne palatio quidem exire auſus cohoneſtando funeri patris, οὐ δείσας μητρὸς παραιτῶν ἢ τὴν πατρικὴν τιμὴν ἀποπληρούμενος, ἀλλ' ὅτι τὸ ἀσφαλὲς ἔτι τοῖς ἀρχῆς, καὶ τὰς ἀντι-

.ως ἰδεῖν, θερμὸν ἔτι ἐγκυμονοῦντας τῆς βασιλείας τὸν ἔρωτα. ὅθεν αὐτὸς μὲν ὡς
ἱ πλύνδες τῶν πετρῶν ἐξείχετο τῶν ἀρχείων &c. *non quod matris auctorita-*
em aſpernaretur, aut patris honorem negligeret: ſed quod regno nondum firma-
o, adverſarios imperii cupiditate adhuc flagrantes metuebat. proinde, ut poly-
odes ſaxis, ita ipſe palatio inhærebat &c. Verùm & ad hanc rem plura peten.
ıè titulo de Auſpiciis Principum. redeo igitur ad principia. Quæ quanti
ıcienda ſint, vel unus abundè docuerit Tacitus: dum modò ſuggerit ſuper
)ſtorio lib. XII. Annal: *Ille gnarus primis eventibus metum aut fiduciam gi-*
ni, citas cohortes rapit, & cæſis qui reſtiterunt, disiectos &c. modò lib. XII:
orbulo ut fama inſerviret, quæ in novis cœptis validiſſima eſt, itinere properè
nfecto &c. nunc verò memorat de Cęcinâ lib. II. Hiſt: *Conſilia curasque in*
pugnationem Placentiæ magno terrore vertit, gnarus ut initia belli proveniſ-
nt, famam in cetera fore. nunc denique in vitâ Agricolæ: *Caſâque propè u-*
verſâ gente, non ignarus inſtandum famæ, ac prout prima ceſſiſſent fore uni-
verſa; Monam inſulam &c. Turpiter heîc ſe geſſit Nicerati filius, de quo
: Thucydides lib. VII: Ἀφικόμενος γὰρ τὸ πρῶτον ὁ Νικίας φοβερὸς, ὡς οὐκ
θὺς προσέκειτο ταῖς Συρακούσαις, ἀλλ' ἐν Κατάνῃ διεχείμαζεν ὑπερεφρονήθη &c:
icias enim cùm initio formidabilis appuliſſet, quia Syracuſas non protinus eſt
ortus, ſed Catanæ hybernavit, in contemptionem venit. &c. Sed nec me-
)r Asdrubal. Livius lib. XXVII: *Ceterum quod celeritate itineris profectum*
at, id morâ ad Placentiam, dum fruſtrà obſidet magis, quàm oppugnat, corru-
. Crediderat campeſtris oppidi facilem expugnationem eſſe, & nobilitas coloniæ
duxerunt eum, magnum ſe excidio eius urbis terrorem ceteris iniecturum &c.
auſpicatè etiam Bardanes. Tacitus lib. XI. Annal: *Irâ magis quàm ex uſu*
eſenti accenſus, implicatur obſidione urbis validæ &c. At ritè apud Thucydi-
m lib. VII: Γιγνώσκων ὁ Δημοσθένης, ὅτι καὶ αὐτὸς ἐν τῷ παρόντι τῇ πρώτῃ ἡμέ-
μάλιστα δεινότατός ἐστι τοῖς ἐναντίοις, ἐβούλετο ὅτι τάχος ἀποχρήσασθαι τῇ παρού-
τοῦ στρατεύματος ἐκπλήξει: *Demoſthenes cùm ſciret ſe quoque in præſen-*
, primo die maximè formidabilem hoſtibus eſſe; præſenti copiarum terrore
im celerrimè uti volebat. Nec imprudenter Alexander, diſſuadente Parme
ɔne ne traiiceret Granicum flumen oppoſito Dario, atque addente:
ὶ τὸ πρῶτον σφάλμα ἐς τι τὰ παρόντα χαλεπὸν, καὶ ἐς τὴν ὑπὲρ παντὸς τοῦ
λέμου κρίσιν σφαλερόν. Ἀλέξανδρος δὲ, ταῦτα μὲν (ἔφη) ὦ Παρμενίων γιγνώ-
ω, αἰσχύνομαι δὲ, εἰ μὲν Ἑλλήσποντον διέβην εὐπετῶς, τοῦτο δὲ σμικρὸν ῥεῦμα
ιτω τῷ ὀνόματι τὸν Γρανικὸν ἐκφαυλίσας) εἴρξει ἡμᾶς τοῦ μὴ διαβῆναι, ὡς ἔ-
ιεν. καὶ τοῦτο οὔτε πρὸς Μακεδόνων τῆς δόξης, οὔτε πρὸς τῆς ἐμῆς ἐς τοὺς κιν-
ύνους ὀξύτητος ποιοῦμαι. ἀναθαῤῥήσειν τε δοκῶ τοὺς Πέρσας, ἀξιομάχους Μα-
όσιν ὄντας, ὅτι οὐδὲν ἄξιον τοῦ σφῶν δέους ἐν τῷ παραυτίκα ἔπαθον: *Fuerit por-*
ri imum hoc infortunium; quoad præſentem rerum ſtatum, grave; quoad de

Digitized by Google

toto bello iudicium, periculoſum. Ad hæc Alexander, Intelligo quidem, o Parmenio, ſed dedecori mihi fuerit ſi quum ita parvo negotio Helleſpontum traiecerim, rivus hic (Granicum eo nomine extenuans) nobis obſtiterit, quò minus, ut poſſumus, transeamus. quin potius hoc & à Macedonum gloria, & à meâ in adeundis periculis virtute alienum eſſe cenſeo. Perſis etiam hoc animos addet, ut Macedonibus ſeſe pares exiſtiment, niſi ſtatim initio aliquid dignum ſuo ipſorum metu paſſi fuerint: Arrianus lib. 1. Ἀναβ. Ἀλεξ. Interim, non ſemper æſtimandos hoſtes ex impetu; ſed inveniri qui vim ſuam temperent moderatione; egregiè oſtendit Titus Imp. Ioſephi lib. 5. Captiv: Iud. cap. λδ: Ἧκεν ὁ πατὴρ ὑμῶν εἰς τὴν χώραν, οὐ τιμωρησόμενος ὑμᾶς τῶν κατὰ Κέστιον, ἀλλὰ νουθετήσων. δέον γοῦν, εἴπερ ἐπὶ ἐπαναστάσει τοῦ ἔθνους παρῆν, ἐπὶ τὴν ῥίζαν ὑμῶν δραμεῖν, καὶ ταύτην ἐκπορθεῖν τὴν πόλιν εὐθέως, ὁ δὲ Γαλιλαίαν ἐδῄου καὶ τὰ πέριξ, ἐπιδοὺς ὑμῖν χρόνον εἰς μετάνοιαν. ἀλλ' ὑμῖν ἀσθένεια τὸ φιλάνθρωπον ἐδόκει, κἀκ τῆς ἡμετέρας πρᾳότητος, τὴν τόλμαν ἐπεθρέψατε: *Venit pater meus ad patriam veſtram, non ut pœnas a vobis ob ea quæ in Ceſtium commiſeratis, exigeret; ſed monitis emendaret. Denique cùm deberet, ſi depopulandæ nationis cauſſâ veniſſet, ſtirpem veſtram petere, atque hanc delere civitatem, Galilæam & circa eam loca vaſtare maluit, ut pœnitendi vobis præberet inducias. Sed hæc eius humanitas infirmitas videbatur, noſtrâque lenitate aluiſtis audaciam* Graviter heîc lapſa juventus Ptolomæi; carpitque Iuſtinus libro XXIV: *Galli, duce Belgio, ad tentandos Macedonum animos, legatos ad Ptolomæum mittunt, offerentes pacem, ſi emere velit. ſed Ptolomæus inter ſuos belli metu pacem Gallos petere gloriatus eſt, nec minus ferociter ſe legatis, quàm inter amicos iactavit; aliter ſe pacē daturū negando, niſi principes ſuos obſides dederint, & arma tradiderint: non enim fidē ſe niſi inermibus habiturum. Renūtiatâ legatione riſere Galli, undiq; acclamantes, brevi ſenſurū, ſibi an illi cōſulentes pacē obtulerint.* Nec ſaniore animo Imp. Diogenes contēptim reiiciente legationē Sultani. Zonaras tomo III: Οἱ μὲν οὖν τῷ Σουλτὰν τοὺς τοῦ βασιλέως λόγους ἀπήγγειλεν, κἀκεῖνος μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν περὶ τῆς εἰρήνης συνθηκῶν ἐβουλεύετο. ὁ δέ γε βασιλεὺς ὑπερφρονήσας, καὶ τισὶ πεπεισμένος τῶν ᾠκειωμένων αὐτῷ δεδειλιακέναι λέγουσι τὸν Σουλτὰν ὡς μὴ ἀξιόμαχον ἐπαγόμενον δύναμιν, καὶ διὰ τοῦτο τὴν εἰρήνην ζητεῖν, ἵνα τῆς μάχης ὑπερτιθείσης, καὶ ἄλλην δύναμιν προσαγάγηται &c: *Qui cùm Sultano Imperatoris verba renuntiaſſent; illo cum ſuis de pacis conditionibus deliberante, Imperator ſuperbiâ elatus, fidem quibuſdam habuit familiarium ſuorum, qui Sultanum timere dicerent, & quod iuſtas copias non haberet, propterea de pace agere; ut per inducias alium exercitum adduceret &c.* Eodem obnoxius morbo Mediæ præſes Stephanus, cùm conveniretur ab Cutlumuſo. de quo Cedrenus in vita Monomachi: Καὶ μέλλων διοδεύειν ἀπὸ τῆς Μηδείας, στέλλει πρὸς αὐτὸν πρεσβευτὰς, ἀξιῶν συγχωρηθῆναι

διελ-

Digitized by Google

διελθεῖν ἀκωλύτως ὑπισχνούμενος μεθ' ὅρκων φρικωδεστάτων ἄψαυστον καὶ ἀσινῆ διατηρήσειν τὴν χώραν. ὁ δὲ τοὺς πρέσβεις δεξάμενος, καὶ τὴν παράκλησιν δειλίαν εἶναι ὑποτοπάσας, τὸν ἐγχώριον ἀθροίσας στρατὸν ὡς εἰς πόλεμον ὑπαντιάζει τοῖς Τούρκοις: *Cumque in reditu eſſet per Mediam iter facturus, ad eius præfectum miſsis legatis, liberum ſibi tranſitum permitti petit, iureiurando grauiſsimo interpoſito pollicitus, ſe ſuosque abſque omni maleficio tranſituros. At Stephanus eam petitionem à timiditate profectam opinatus, exercitu ſuæ prouinciæ collecto, in Turcos tanquam hoſtes ducit.* Sapienti itaque monitione increpat concilium Græcorum Ariſthenus prætor Achæorum lib. XXXII Liuij: *Nolite, quia vltrò Romani petunt amicitiam, eò quod optandum vobis ac ſummâ ope petendum erat, faſtidire. Metu enim videlicet compulſi in alienâ terra, quia ſub vmbrâ auxilii veſtri latere volunt, in ſocietatem veſtram confugiunt, vt portubus veſtris recipiantur, vt commeatibus vtantur. Mare in poteſtate habent, terras quaſcunq; adeunt extemplo ditionis ſuæ faciunt. quod rogant, cogere poſſunt: quia pepercıſſe volunt, committere vos cur pereatis non patiuntur.* Et hoc capiti iſti annectere libuit: quod ſi lemmati fortè minus quadrat; haud tamen

——*diſconuenit ordine toto.*

Quid perfectum cæde & incendiis legionum, niſi vt plures validioresq; accirentur. Lib. v. Hiſtor.

LAudo quidem fortunam regis Mycenarum, memoratam Pauſaniæ in Achaicis: Ἀγαμέμνονι δὲ καὶ ἄλλα ἐστὶν ἐς ἔπαινον, καὶ ὅτι τοῖς ἐξ ἀρχῆς ἀκολουθήσασι, καὶ οὐδεμιᾶς ἐπελθούσης ὕστερον στρατιᾶς, τήν τε Ἴλιον ἐπόρθησε καὶ ὅσαι περίοικοι πόλεις ἦσαν: *Agamemnoni ipſi & aliæ potuerunt laudes attribui & ea, quod cum iis tantum qui nomina dederant, nullo euocato ſupplemento Ilium & finitimas vrbes, expugnauerit.* Ceterũ nõ ideo ſpreuerim Ponti regem. Certè quoties incido in illa Flori lib III. cap. v: *Et Mithridates quidem nocte illâ debellatus eſt. nihil enim poſtea valuit, quamquam omnia expertus, more anguium, qui obtrito capite, poſtremo caudâ minãtur*, exoſculor eorum conſtantiam, qui ſemel iterumque victi, fortunã tamen adhuc tentant. eo enim ipſo opinionem priſtinam reſtaurant. ac deinde ſæpius ipſâ vincunt famâ. Quod arcanum ſic vtcunque detexit nobis Cæſar, initio libri VI. Gall: *Magni intereſſe etiam in reliquum tempus ad opinionem Galliæ exiſtimans tantas videri Italiæ facultates, vt ſi quid eſſet in bello detrimenti acceptum, non modò id breui tempore ſarciri, ſed etiam maioribus adaugeri copiis poſſe.* Lateteque alioquin hiſce Liuij verbis

lib. XXIX: *Nec quot naues vidiſſent, nec quanta manus agros popularetur ſatis gnari; omnia in maius metu augente accipiebant. itaque primo terror pavorque: deinde mæſtitia animos inceſſit: tantum fortunam mutaſſe, vt qui modò ipſi exercitum antè mœnia Romana habuiſſent victores, ſtratis tot hoſtium exercitibus, omnes Italiæ populos aut vi aut voluntate in deditionem accepiſſent, ij verſo Marte, Africæ populationes & obſidionem Carthaginis viſuri forent: nequaquam pari ad patienda ea robore, ac Romani fuiſſent. Illis Romam plebē, illis Latiū iuventutē præbuiſſe, maiorem ſemper frequentioremq́; pro tot caſis exercitib. ſuboleſcentē. ceterū ſuā plebem imbellem in vrbe, imbellē in agris eſſe: mercede parari auxilia ex Afris, gentē &c.* Quod & ipſum ſic expreſſit poëtico penicillo apud Horatium lib. IV. Oda IV. Annibal:

Gens quæ cremato fortis ab Ilio
Iactata Tuſcis æquoribus ſacra,
Natosque maturosque patreis
Pertulit Auſonias ad vrbeis;
Duris vt ilex tonſa bipennibus
Nigræ feraci frondis in Algido,
Per damna, per cædes, ab ipſo
Ducit opes animoſque ferro.
Non Hydra ſecto corpore firmior
Vinci dolentem crevit in Herculem;
Monſtrumve ſummiſere Colchi
Maius Echioniaue Thebæ.
Merſes profundo, pulchrior evenit:
Luctere; multâ proruet integrum
Cum laude victorem, geretque
Prælia coniugibus loquenda, &c.

Nec aliud ſibi vult Germanorum querela libro II. Annal. Taciti: *Quippe invictos & nullis caſibus ſuperabiles Romanos prædicabant, qui perditâ claſſe, amiſſis armis, poſt conſtrata equorum virorumque corporibus littora, eâdem virtute, pari ferociâ, & velut aucti numero irrupiſſent.* Eodemq́; tendunt illa eiuſdem gentis lib. V. Hiſtor: *Et concuſſa Tranſrhenanorum fide, inter Batavos quoque ſermones orti, non prorogandam vltrò ruinam, nec poſſe ab vnâ natione, totius orbis ſeruitium depelli: quid perfectum cæde & incendiis legionum, niſi vt plures validioreſque accirentur?* Vnde adſcribitur laudibus Romanorum à Saguntinis: *Bellum propter nos ſuſcepiſtis: ſuſceptum quartumdecimum annum tam pertinaciter geritis, vt ſæpe ad vltimū diſcrimē & ipſi veneritis, & populū Carthaginēſem adduxeritis:* Liv. lib. XXVIII. Quid mirum? de ijs enim aſſeverat Polybius libro I: Καθόλου δὲ

Ῥω-

Digitized by Google

ὡρμῶσι πρὸς πάντα χρώμενοι τῇ βίᾳ, καὶ τὸ προτεθὲν οἰόμενοι δεῖν κατ' ἀνάγκην ἐπιτελεῖν, καὶ μηδὲν ἀδύνατον εἶναι σφίσι τῶν ἅπαξ δοξασθέντων: *Enimuerò Romani cùm viribus in omni re vtantur, & quod ſemel decreuerunt, omninò perfici neceſſarium ducant, nihilque ſibi impoßibile factu exiſtiment, quod ſemel eis viſum fuerit, &c.* Maſculè prorſus. proque iiſdem tabellam in hanc partem dimittit Ap. Claudius libro v. Livij: *Aut non ſuſcipi bellum oportuit, aut geri pro dignitate populi Rom. & perfici quàm primùm oportet. perficietur autem, ſi vrgemus obſeſſos; ſi non ante abſcedimus, quàm ſpei noſtra finem captis Veiis impoſuerimus, &c.* Nec aliud ſentit alter dux Romanus Livij libro xxiv: *A duobus Coſſ. Caſilinum oppugnari cœptum. vbi cùm multa ſuccedentes temerè mœnibus Romani milites acciperent vulnera, neque ſatis inceptis ſuccederet; Fabius omittendam rem parvam ac iuxta magnis difficilem, abſcedendumque inde cenſebat; cùm res maiores inſtarent. Marcellus multa magnis ducibus ſicut non aggredienda, ita ſemel aggreßis non dimittenda eſſe dicendo, quia magna famæ momẽta in vtrãq; partem fierent, tenuit ne incœpto abiretur.* In quam etiam opinionem animis eunt illi apud Liuium lib. xxxiv: *Maxima partis ſententia erat, perſeuerandum in bello eſſe, & tollendum tyrannum: nunquam aliter tutam libertatem Græciæ fore. ſatiùs multò fuiſſe, non moveri bellum aduerſus eum, quàm omitti motum.* Eodem diriguntur verba Carthaginenſiũ Livij lib. xxviii: *Magoni deſperatis in Hiſpania rebus, in quarum ſpem ſeditio primùm militaris, deinde defectio Indibilis animos eius ſuſtulerant, paranti traiicere in Africam nuntiatum ab Carthagine eſt, iubere Senatum vt claſſem quam Gadibus haberet, in Italiam traiiceret; conductaq; ibi Gallorum ac Ligurum quantâ maximâ poſſet iuuentute, coniungeret ſe Annibali; neu ſeneſcere bellum maximo impetu, maiore fortunâ cœptũ ſineret.* Optimè. alterum quippe, non turpe ſolùm ſed periculoſum; tanquam aut imprudentiæ ſignum aut imbecillitatis; aut vtriuſque. Nicias apud Thucydidem libro vi: Αἰσχρὸν δὲ βιασθέντας ἀπελθεῖν, ἢ ὕστερον ἐπιμεταπέμπεσθαι, τὸ πρῶτον ἀσκέπτως βουλευσαμένους &c: *Turpe eſt, nos vi repulſos diſcedere, aut poſtea nouas copias accerſere, quòd primò conſilium prudens non inierimus.* Pompeianus apud Herodianum lib. 1: Τὸν δὲ πόλεμον ἀτελῆ καταλιπεῖν, μετὰ τοῦ ἀπρεποῦς καὶ ἐπισφαλές. θάρσος γὰρ ἐμβαλοῦμεν τοῖς βαρβάροις, οὐκ ἐπανόδου πόθον, ἀλλὰ φυγὴν καὶ δέος ἡμῶν καταγνοῦσι: *Bellum relinquere inchoatum, præterquam quod indecorum videtur, etiam periculoſum eſt. quippe audaciam barbaris iniiciemus. neque enim remeandi cupiditate deceßiſſe nos, ſed aufugiſſe metu perculſos arbitrabuntur.* Ab eadẽ cauſâ M. Coriolanus lib. vii. Dionyſ. Halic: Καὶ εἰ γνοίη τοῦτο ὁ δῆμος, ὅτι βουληθέντες καταλύειν αὐτοῦ τὴν ἰσχὺν ἀπεπέμπεσθε, πολὺ μᾶλλον ὑμῖν βαρὺς ἐγκείσεται, πολέμιον μὲν τὸ βουλόμενον ὑμῶν ἡγούμενος, δε-

λὸν

λον δὲ τὸ μὴ δυνάμενον : *Et ſi cognouerit plebs voluiſſe vos vires eius conuellere, ac deſtitiſſe; inſtabit vobis multò grauius; voſq; hoſtes iudicabit qui volueritis; timidos qui non potueritis.* Graviter igitur Onoſander ſub finē cap. IV. Εἰδέναι δὲ χρὴ καθότι οὐ μόνον οἰκίας καὶ τείχους ἑδραιότερον ὑφίστασθαι δεῖ τὸν θεμέλιον, ὡς ἀσθενεῖς γε ὄντας, συγκαταρρυησομένων καὶ τῶν ἐποικοδομουμένων· ἀλλὰ καὶ τοῦ πολέμου τὰς ἀρχὰς δεῖ κατασκευασάμενον ἰσχυρῶς, καὶ κρηπῖδα προθέμενον ἀσφαλείας, οὕτως ἐξάγειν τὰς δυνάμεις. ὧν γὰρ ἀσθενῆ τὰ πράγματά ἐστιν, ἐπειδὰν ἤτοι μέγα βάρος ἀναλάβωσι πολέμου, ταχὺ θλίβονται καὶ ὑστεροῦσιν. Ὅθεν ὥσπερ ἀγαθὸν κυβερνήτην ἐκ λιμένος ἐξαρτυσάμενον σκάφος, καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ ἅπαντα ποιήσαντα τότε ἐπιτρέπειν χρὴ τῇ τύχῃ. ὡς αἴσχιστόν τι καὶ σφαλερὸν ἀποδείξαντα πολέμου κίνησιν, ὥστε καὶ διὰ θαλάττης ἤδη καὶ διὰ γῆς ἄγειν τὸ στράτευμα κἄπειτα πρύμναν κρούεσθαι. τῆς μὲν γὰρ ἀνοίας καὶ προπετείας ἕκαστος κατεγέλασε, τῆς δ' ἀσθενείας κατεφρόνησεν. οἱ δ' ἐχθροὶ, οἵτινες πότ' ἂν ὦσιν, κἂν μὴ πάθωσιν, ὡς οὐχὶ μὴ βουληθέντας ἀλλ' οὐ δυνηθέντας διαθεῖναι δικαίως ἐμίσησαν. *Præterea & iſtud valdè animaduertendum, non ſolùm domibus aut muris exſtruendis, ſolidiſſima poni debere fundamenta, ne ſi imbecillitatis vitio labare ac ruere contigerit, tota quoque ſubſtructionis moles repente concidat: Sed bellorum etiam initia validiſſimè ſtatuenda & ſtabilienda eſſe; atque ſic, quaſi iam bene fundatâ ſecuritate, inſtruendas educendasque copias. Scilicet malè conſtituta huiuſmodi negotia, gravi certaminis onere incumbente, illicò fatiſcunt & deficiunt. Vt autem optimus gubernator, è portu priusquam ſoluat, nauim omnibus armamentis exſtruere ſolet: ſic etiam providus Imperator, quæcumque vſui ſibi fore putabit, præparet; ſeſeque tum, ac cetera, fortunæ permittat. Pudendum porrò ac periculoſum eſt, temerè ac turbidè bellicos excitaſſe tumultus, & veluti mare terramq; prælijs miſcere voluiſſe, deinde turpiter inceptis deſiſtere, proramq; obuertere. Etenim vnuſquiſq; ſupinam huiuſmodi amentiam deridet, imbellemque audaciam ludos facit: Hoſtes etiam, quicumq; illi ſint, oderūt eos meritò, qui iniuriā inferre, nec noluerunt quidē ſed nec potuerunt.* Sic ille: nec alio nauigāt flumine verba Ariſtidis Oratione Siculâ priore: Τὸ δ' οὐ μόνον ἐψηφισμένους, ἀλλὰ καὶ δύναμιν τοσαύτην ἀποστείλαντας, καὶ πᾶσι προφανεῖς ἐφ' οἷς διενοήθημεν γεγενημένους, εἶτ' ἀνακαλεῖν, δυοῖν ἅπασι ἔσται σημεῖον ἀβουλίας καὶ ἀνανδρείας. ἀβουλίας μὲν, εἰ μηδὲν τούτων ἐξ ἀρχῆς εἴδομεν. ἀνανδρείας δ' εἰ φεύγειν Συρρακουσίους δόξομεν. Καί τοι κέρδος μὲν οὐδὲν δήπου τῶν πάντων οὕτω τίμιον. ὡς ἕνεκα αὐτοῦ τοσαύτην αἰσχύνην ὑποστῆναι, καὶ ταῦτα Ἀθηναίους ὄντας· οἷς οὐκ ἔτι πρόσομεθα εἰς πλείω λόγον ἥκει σκοπεῖν, ἀλλὰ τί πράξαντες ἐν καλῷ τοῦ σχήματος εἴημεν ἄν. οὐ μὴν οὐδὲ τοῦτό γ' ἂν εἴποι τίς, ὡς ἔστι ὅ, τι κερδαίνομεν, ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ὀνείδη νῦν ὑποστάντες. ἐχθροὺς μὲν γὰρ οὐδὲν ἧττον δήπου τούς γε ἐπιβουλευθέντας ἀνάγκη κεκινῆσθαι, ἐάν τι ἐξεργασώμεθα τὴν ἐπιχείρησιν, ἐάν τι μὴ τῇ δὲ ἔχθρα τῷ δοκεῖν χείρους εἶναι προστιθέμεθα. οὐκοῦν αἰ-

χιών

χύνη πλέον, ἢ κέρδος τῷ φυγεῖν γίγνεται; *Quod ſi non modò poſt decretum, verum etiam copias tantas miſſas, & ſplendorem apud omnes per noſtra conſilia partum, tamen eos reuocabimus; hoc erit duarum rerum indicium, imprudentia & ignauia: illius, cum nihil horum initio prævidimus; huius cum Syracuſios fugere videbimur. Quid quod nullum eſt tanti lucrum, cuius cauſſâ pudorem tantum ſubeamus, idq́ Athenis nati: quos non tam quid patiamur, quam quid honeſtè faciamus videre decet. Verumtamen nec hoc poſſit quiſquam dicere, aliquid nos tanto probro lucraturos eſſe. nam inimici quidem nihilominus ij manebunt, quibus fuerunt ſtructæ inſidiæ, ſiue inſtitutum perſequamur, ſiue relinquamus; & ad inimicitiam ignauiæ addemus opinionem. ex quo fit, vt probrũ maius, nõ lucrũ è fugâ naſcatur.* Ita Orator ille. quæ videri queant originem habere à fonte Socratico. cuius hic vultus apud Xenoph. lib. IV. Memor: Οἱ μὲν γὰρ εἰδότες ἑαυτοὺς, τά τε ἐπιτήδεια ἑαυτοῖς ἴσασι· καὶ διαγιγνώσκουσιν ἅ τε δύνανται, καὶ ἃ μή· καὶ ἃ μὲν ἐπίστανται, πράττοντες, πορίζονταί τε ὧν δέονται, καὶ εὖ πράττουσιν· ὧν δὲ μὴ ἐπίστανται ἀπεχόμενοι, ἀναμάρτητοι γίγνονται, καὶ διαφεύγουσι τὸ κακῶς πράττειν. διὰ τοῦτο δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους δυνάμενοι δοκιμάζειν, καὶ διὰ τῆς τῶν ἄλλων χρείας τά τε ἀγαθὰ πορίζονται, καὶ τὰ κακὰ φυλάττονται. οἱ δὲ μὴ εἰδότες, ἀλλὰ διεψευσμένοι τῆς ἑαυτῶν δυνάμεως, πρός τε τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους καὶ τἄλλα ἀνθρώπινα πράγματα ὁμοίως διάκεινται· καὶ οὔτε ὧν δέονται ἴσασιν, οὔτε ὅ, τι πράττουσιν, οὔτε οἷς χρῶνται, ἀλλὰ πάντων διαμαρτάνοντες, τῶν τε ἀγαθῶν ἀποτυγχάνουσι, καὶ τοῖς κακοῖς περιπίπτουσι. καὶ οἱ μὲν εἰδότες ὅ, τι ποιοῦσιν, ἐπιτυγχάνοντες ὧν πράττουσιν, εὔδοξοί τε καὶ τίμιοι γίγνονται, καὶ οἵ τε ὅμοιοι τούτοις ἡδέως χρῶνται, οἵ τε ἀποτυγχάνοντες τῶν πραγμάτων ἐπιθυμοῦσι τούτους ὑπὲρ αὐτῶν βουλεύεσθαι, καὶ προΐστασθαί τε ἑαυτῶν τούτους, καὶ τὰς ἐλπίδας τῶν ἀγαθῶν ἐν τούτοις ἔχουσι· καὶ διὰ πάντα ταῦτα πάντων μάλιστα τούτους ἀγαπῶσιν. οἱ δὲ μὴ εἰδότες ἃ ποιοῦσι κακῶς δὲ αἱρούμενοι, καὶ οἷς ἂν ἐπιχειρήσωσιν ἀποτυγχάνοντες, οὐ μόνον ἐν αὐτοῖς τούτοις ζημιοῦνταί τε καὶ κολάζονται, ἀλλὰ καὶ ἀδοξοῦσι διὰ ταῦτα, καὶ καταγέλαστοι γίγνονται, καὶ καταφρονούμενοι καὶ ἀτιμαζόμενοι ζῶσιν. ὁρᾷς δὲ καὶ τῶν πόλεων ὅτι ὅσαι ἂν ἀγνοήσασαι τὴν ἑαυτῶν δύναμιν κρείττοσι πολεμήσωσιν, αἱ μὲν ἀνάστατοι γίγνονται, αἱ δὲ ἐξ ἐλευθέρων δοῦλαι: *Qui ſeipſos norunt, quæ ſibi commoda ſint, ſciunt; & quæ vel poſſint, vel nequeant, dignoſcunt: præterea ijs agendis, quæ ſciunt, comparant ſibi neceſſaria, feliceſq́ ſunt: ab aliis autem abſtinendo, quæ neſciunt, non delinquunt, & quo minus infelices ſint, vitant. Itaq́ ceteros quoq́ mortales quum explorare poſſint, etiam ex aliorum vſu bona ſibi comparant, & à malis ſibi cauent. Quotquot verò per ignorantiã falluntur in æſtimatione virium ſuarum, illi ad homines ceteros, reſque humanas alias eodem modo adfecti ſunt; nec quibus opus ſibi ſit, norunt; nec quid agant, nec quibus vtantur: ſed ab omnibus his aberrantes, vt bonis fruſtrantur, ſic in mala incidunt. Præterea qui, quum ſciant, quid faciant, actionum ſuarum finem conſequuntur;*

ij magnam & gloriam & honorem adipiſcuntur, vtunturq́; illis perlubenter alij, qui ſimiles eis ſunt; & qui fruſtrantur inſtituto ſuo, cupiunt hos ſibi conſilijs ſubvenire, ſibiq́; præeſſe, ac ſpem ſuam in eis collocant, & propter hac omnia maximè ipſos diligunt. Qui verò neſciunt, quæ agant, & eligunt malè; poſteaquam inſtituto ſuo fruſtrantur, non ea duntaxat ratione damno quodam ac pœnâ multantur, ſed etiam inglorij & ridiculi fiunt, & ſpreti, dedecoreq́; notati viuunt. Vides etiam ciuitates, quotquot ignorantes vires ſuas bellum aduerſus potentiores ſuſcipiunt, partim prorſus euerti, partim ex liberis in ſeruitutem redigi. Hactenus Socrates. quibus conuenienter Appius Claudius libro v. Liuij: *Hæc virtute militum, hæc Romano nomine ſunt digna: non Veios tantum, nec hoc bellum intueri quod inſtat; ſed famam, & ad alia bella & ad ceteros populos in poſterum quærere. An mediocre diſcrimen opinionis ſecuturum ex hac re putatis? vtrum tandem finitimi populum Romanum eum eſſe putent, cuius ſi qua vrbs primum illum breviſſimi temporis ſuſtinuerit impetũ, nihil deinde timeat? an hic ſit terror nominis noſtri, vt exercitum Romanum non tædium longinquæ oppugnationis, non vis hyemis ab vrbe circumſeſſa ſemel amoveri poſſit? nec finem vllum alium belli quàm victoriam norit? nec impetu potius bella, quàm perſeuerantiâ gerat? &c.* Nec ab aliâ mente Alexander in obſidendâ Gazâ, libro .II Arriani: Οἱ δὲ μηχανοποιοὶ γνώμεν ἀπεδείκνυντο, ἄπορον εἶναι βίᾳ ἑλεῖν τὸ τεῖχος, διὰ ὕψος τοῦ χώματος, ἀλλ' Ἀλεξάνδρῳ ἐδόκει αἱρετέον, ὅσῳ ἀπορώτερον. ἐκπλήξειν γὰρ τοὺς πολεμίους τὸ ἔργον τῷ παραλόγῳ ἐπὶ μέγα, καὶ τὸ μὴ ἑλεῖν αἰσχρὸν εἶναι οἱ, λεγόμενον ἔς τε τοὺς Ἕλληνας καὶ ἐς Δαρεῖον: *Machinarum artifices, murum præ altitudine molis difficulter admodum vi capi poſſe iudicabant. Alexander contra, quo difficilior eſſet oppugnatio, eo magis ſuſcipiendam cenſebat. Inopinatum enim rei eventum magno terrori hoſtibus futurum. ſi verò vrbem capere non poſſet, turpe id ſibi, cùm ad Græcos & ad Darium perferretur, fore.* Omninò. quare optimi quique duces accedunt menti Propertianæ, cuius ſcitum:

Nec citò deſiſto, nec temerè incipio.

cupiuntq; inter præconia ſua tale quid eminere, quale in Tullij Hoſtilij apud Dionyſium lib. III. Antiq: Ἀνὴρ ἐν ὀλίγοις ἄξιος εὐλογεῖσθαι τῆς τε εὐτολμίας ἕνεκα, τῆς περὶ τὰ πολέμια, καὶ τῆς φρονήσεως τῆς περὶ τὰ δεινά· ὑπὲρ ἄμφω δὲ ταῦτα, ὅτι οὐ ταχὺς ὢν εἰς πόλεμον ἰέναι, βέβαιος ἦν καταστὰς εἰς αὐτὸν ἐν ἅπασι τῶν ἀντιπάλων περιέχειν: *Vir inter paucos eximiam laudem meritus bellicâ fortitudine, promptoq; in periculis conſilio, maiorem etiam, quod neq; citò bellum ſuſciperet & ſemel ſuſcepto conſtanter pertenderet ad victoriam.* Verum deſino, ne è portu iterum videar velle tentare deſertum mare.

Non

HVi! quantum inſtar eſt, in Duce exercitus! exutus milite, terris, pecuniâ, omnibus: ſi tamen adhuc ſpirat, tantum abeſt vt victus ſit; etiam poteſt vincere. Hinc tam anxiè Philopæmenes Polybij libro XI: Συνορῶν δὲ τὴν φάλαγγα νικῶσαν, καὶ τὰ ὅλα καλῶς αὐτῷ προχωροῦντα καὶ λαμπρῶς, ἐπὶ τὸ καταλειπόμενον ὥρμησε τῆς ὅλης ἐπιβολῆς. τοῦτο δὲ ἦν τὸ μὴ διαφυγεῖν τὸν Μαχανίδαν: *Cùm verò legiones ſuas vincere, & totam cauſam proſperè ſibi & ſplendidè ſuccedere cerneret, ad id perficiendum ferebatur, quod adhuc plenæ victoriæ deerat. Erat autem hoc; ne Machanidas elaberetur.* Sed & Labienus apud Cæſarem lib. V. Gall: *Interdicit perterritis hoſtibus atque in fugam coniectis, omnes vnum peterent Induiomerum; neu quis quemq. prius vulneret, quàm illum interfectum viderit &c.* Sequiturque eo interfecto fine libri: *Hac recognitâ omnes Eburonum, & Neruiorum, quæ conuenerant copiæ, diſcedunt, pauloque habuit poſt id factum Cæſar quietiorem Galliam.* Eâdem opinione Florus lib. IV. cap. II: *Et peractum erat bellum ſine ſanguine, ſi Pompeium Brundiſii opprimere potuiſſet.* Nec ſecus Tacitus lib. III. Annal: *Diſpoſitis caſtellis per expeditos & ſolitudinum gnaros, mutantem mapalia Tacfarinatem proturbabat: donec fratre eius capto regreſſus eſt, properantius tamē quàm ex vtilitate ſociorū, relictis per quos reſurgeret bellū.* Quinā ij? vnus Tacfarinas vt enūciat lib. Annal. ſequenti: *Differtur per manipulos, Tacfarinatem omnes notum tot præliis conſectentur: non niſi duce interfecto, requiem belli fore.* Ab eâdem causâ clamat Alexander libro V. Curtij: *Darius haud procul deſtitutus à ſuis, aut vinctus, aut oppreſſus eſt. In illo corpore poſita eſt victoria noſtra; & tanta res celeritatis eſt præmium.* Deque Mithridate aſſeueratè Cicero pro L. Murenâ: *Itaq. ipſe Pompeius regno poſſeſſo; ex omnibus oris, ac notis ſedibus hoſte pulſo, tamen tantum in vnius animâ poſuit, vt cum omnia, quæ ille tenuerat, adierat, ſperarat, victoria poſſideret; tamen non ante, quam illum vitâ expulit, bellum confectum iudicarit. Hunc tu hoſtem, Cato, contemnis? quo cum per tot annos, tot præliis, tot imperatores bella geſſerunt: cuius expulſi, & eiecti vita tanti æſtimata eſt, vt morte eius nuntiatâ, tum deniq. bellum confectum arbitraretur?* Ex quibus omnibus liquet ſummâ cum ratione, argumentari Plutarchum; vbi Quintij factum examinat, perſequentis Annibalem quamuis decrepitum, quamuis exulem vſque ad mortem: Ἔνιοι δὲ ἦσαν οἱ τὸ πεπραγμένον ἐπαινοῦντες. καὶ τὸν Ἀννίβαν, ἕως ἔζη, πῦρ ἡγούμενοι δεόμενον τοῦ ῥιπίζοντος. μηδὲ γὰρ ἀκμάζοντος αὐτοῦ τὸ σῶμα ῥωμαλέον καὶ τὴν χεῖρα φοβερὰν, ἀλλὰ τὴν δεινότητα καὶ τὴν ἐμπειρίαν γεγονέναι μετὰ τῆς ἐμφύτου πικρίας καὶ δυσμενείας, ὧν οὐδὲν ἀφήρει τὸ

 γῆρας,

γῆρας, ἀλλ' ὑπομένειν τὴν φύσιν ἐν τῷ ἤθει. τὴν δὲ τύχην οὐ διαμένειν ὁμοίαν, ἀλλὰ μεταπίπτουσαν, ἐκκαλεῖσθαι ταῖς ἐλπίσιν πρὸς τὰς ἐπιθέσεις τοὺς ἀεὶ τῷ μισεῖν πολεμοῦντας. καὶ τὰ ὕστερά πως ἔτι μᾶλλον ἐμαρτύρησε τῷ Τίτῳ· τοῦτο μὲν, Ἀριστόνικος ὁ τοῦ κιθαρῳδοῦ, διὰ τὴν Εὐμένους δόξαν ἐμπλήσας ἅπασαν ἀποστάσεων καὶ πολέμων τὴν Ἀσίαν· τοῦτο δὲ, Μιθριδάτης, μετὰ Σύλλαν καὶ Φιμβρίαν, καὶ τοσοῦτον ὄλεθρον στρατευμάτων καὶ στρατηγῶν, αὖθις ἐπὶ Λούκουλλον ἐκ γῆς ὁμοῦ καὶ θαλάττης ἀναστὰς τηλικοῦτος. οὐ μὴν οὐδὲ Γαΐου Μαρίου ταπεινότερος Ἀννίβας ἔκειτο. τῷ μὲν γὰρ βασιλεὺς φίλος ὑπῆρχε καὶ βίος καὶ συνήθεις, καὶ διατριβαὶ περὶ ναῦς καὶ ἵππους καὶ στρατιωτῶν ἐπιμέλειαν. τὰς δὲ Μαρίου τύχας Ῥωμαῖοι γελῶντες, ἀλωμένου καὶ πτωχεύοντος ἐν Λιβύῃ, μετὰ μικρὸν ἐν Ῥώμῃ σφαττόμενοι καὶ μαστιγούμενοι προσεκύνουν. οὕτως οὐδὲν οὔτε μικρὸν οὔτε μέγα τῶν παρόντων πρὸς τὸ μέλλον ἐστὶν, ἀλλὰ μία τοῦ μεταβάλλειν τελευτὴ καὶ τοῦ εἶναι. διὸ καί φασιν ἔνιοι τὸν Τίτον οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ ταῦτα πρᾶξαι, πεμφθῆναι δὲ πρεσβευτὴν μετὰ Λευκίου Σκιπίωνος, οὐδὲν ἄλλο τῆς πρεσβείας ἐχούσης ἔργον ἢ τὸν Ἀννίβου θάνατον: *Fuerunt qui probarent factũ eius, atq; Annibalem, quoad animam traheret, pro igni habe-rent, cui abeſſet nihil niſi qui eum excitaret. Neq; enim florentis corpus populo Romano, vel manum formidoloſam, ſed ſcientiam rei militaris, ſed vſum fuiſ-ſe, cum inſitâ coniunctum acerbitate eius & odio. Quorum ſenectus nihil de-trahat ſed perſtet in moribus natura: fortuna vero non permaneat eadem, ve-rùm varians ſtimulet ſpe ad aliquid conandum illos, qui ſemper odio ad bellum alicui faciendum concitantur. Et profectò ea quæ inſequuta ſunt, plus pluſq; Quintio ſuffragantur. Hinc Ariſtonicus citharœdo prognatus, qui propter Eumenis gloriam rebellionibus & bellis vniuerſam inundauit Aſiam: hinc Mithridates, qui poſt clādes à Syllâ & Fimbriâ acceptas, tantamq; exercitu-um ſuorum & ducum ſtragem, de integro in Lucullum terrâ mariq; tam vali-dus inſurrexit. Nec verò C. Mario iacebat Annibal abiectior. huic enim rex ſuppetebat amicus, cultus, familiares, procurationem habebat nauium, equi-tatus, militum. Marii fortunis Romani illudentes palantis & mendicantis in Africa, breui poſt Romæ quum interficerentur, & virgis conciderentur, eas ad-orabant. Adeo nihil neq; puſillum neq; magnum in præſentiâ eſt ad venientia, ſed vnus eſt conuerſionis qui & vitæ finis. Vnde negant nonnulli, ſuâ ſponte hæc Quintium egiſſe, ſed fuiſſe legatum cum L. Scipione, neq; aliud habuiſſe legatio-nem argumenti, præter Annibalis necem.* Ceterum præter cauſſas quas po-ſuit Plutarchus: ſciamus oportet omnem Imperatorem præterea formi-dabilem; quoniam auxilia ſibi facile comparet; nunc propter cladem ſuam; nunc propter eos à quibus eam paſſus. Propter cladem ipſam: quia naturaliter homini inditum, *fauere laſis.* Eximiè lib. XLII. Liuius *Fa-ma equeſtris pugnæ vulgata per Græciam, nudauit voluntates hominum. non e-nim ſolum qui partis Macedonum erant, ſed plerique ingentibus Romanorum*

obligati

obligati beneficiis, quidam vim ſuperbiamq́ experti, læti eam famam accepere; non ob aliam cauſſam quàm prauo ſtudio, quo etiam in certaminibus ludicris vulgus vtitur, deteriori atq́ inferiori fauendo. Hinc Aeſchylus Ἱκετιδ:

> Τοῖς ἥσσοσιν γὰρ πᾶς τις εὐνοίας φέρει.
> *Inferioribus quiſq́ fert beneuolentiam.*

Et in miſerationis biuio poſita Iocaſta, Senecæ Thebaide, verſu 382. tandem infit:

> *Vtrumq́ quamuis diligam affectu pari;*
> *Quo cauſſa melior forſq́ deterior trahit.*
> *Inclinat animus, ſemper infirmos fouens.*
> *Miſeros magis fortuna conciliat ſuis.*

Quod ſic imitatus lib. VIII. Thebaidos Papinius verſu 615. introductis Eteoclis ac Polynicis ſororibus:

> *Altera regnantem, profugum gemit altera fratrem;*
> *Bella amba. grauis hinc miſeri cunctatio voti.*
> *Nutat vtroq́ timor; quemnam hoc certamine victum,*
> *Quem viciſſe velint. tacitè præponderat exul.*

Ab hac cauſſâ Deianira Senecæ Hercule OEtæo verſu 358. vbi diſſerit cum nutrice, de Hercule atq; Iole, eò deuenit, vt dicat:

> *Fortuna amorem peior inflammat magis.*
> *Amat vel ipſam, quod caret patrio lare,*
> *Quod nudus auro crinis & gemma iacet:*
> *Ipſas miſericors forſan ærumnas amat.*

Nec alio reſpectu Val. Flaccus lib. VI Argon. verſu 74:

> *Mouit & Hylæâ ſupplex cum gente Syenem*
> *Impia germani prætentans vulnera Perſes.*

Hocque adeò verum eſt vt pronuntiet Val. Maximus lib. V. cap. III: *Etiam quos iniuriæ inuiſos faciunt, gratioſos miſeriæ reddunt.* Meritò. *Miſericordia non cauſſam ſed fortunam ſpectat*, inquit Seneca lib. II. de Clem. cap. V. Cuius rei luculentum ſuppeditat exemplum abbreuiator Trogi libro XXVII: *Poſt diſceſſum Ptolomai Seleucus cum aduerſus ciuitates quæ defecerant, ingentem claſſem comparaſſet; repentè veluti Diis ipſis parricidium vindicantibus, ortâ tempeſtate claſſem naufragio amittit; nec quicquam illi ex tanto apparatu, præter nudum corpus & ſpiritum, & paucos naufragii comites reſiduos fortuna fecit. Miſera quidem res, ſed optanda Seleuco fuit. ſiquidem ciuitates quæ odio eius ad Ptolomæum tranſierant, velut Diis arbitris ſatisfactum ſibi eſſet, repentinâ animorum mutatione, in naufragi miſericordiam verſæ, imperio ſe eius reſtituunt. Lætus igitur malis ſuis, & damnis ditior redditus &c.* Sed & alterum inuenire eſt apud Egeſippum lib. I. de excid. Hieroſ. cap

roſ cap. X. *Præter vtriuſq; ſpem ad alterum eorum ſpecies victoriæ peruenit; fructus alteri partus. quia & Demetrius nudatus eſt diſceſſu Hebræorum, qui eundem ad ſocietatem rogauerant, & Alexandro ex ipſis ſex millia ſeſe adiunxerant: more quodam humani ingenii, adſtipulantibus ad miſericordiam rebus aduerſis. Ceſſit itaque Demetrius ei quem bello vicerat, videns illum, adfluentibus paulatim Hebræis iam pugnæ idoneum; ſeſe cum paucis relictum.* Viderit itaque Ariſtides, an non tam Oratoriâ arte vtatur, quàm fruatur, vbi ambitioſè aſſerit Oratione Leuctricâ priore de Athenienſibus: Ἀλλὰ τί; σύμφυτόν ἐστι τῇ πόλει ταύτῃ πάλαι παρὰ πᾶσιν εὐδοκιμοῦν. ὃ οὔτε εἰς Μεγαρέας διέβη τουτουσὶ πλησιοχώρους ὄντας, οὔτε εἰς τοὺς δευτέρους τοὺς μεγίστους τῶν ἑλλήνων τουτουσὶ τοὺς ἀθλίους Λακεδαιμονίους. ἀλλ᾽ ἐνταῦθα καὶ ἔφυ καὶ ἤκμασε ἐξ ἀρχῆς. τί οὖν ἐστι τοῦτο; ῥοπὴ πρὸς τοὺς ἀσθενεῖς. καὶ ἔλεος τῶν ἀτυχούντων οὐ κενὸς, ἀλλὰ διαρκὴς εἰς σωτηρίαν· τοῦτο, οὔτε μνησικακεῖν ἐᾷ τὴν πόλιν, οὔτε ἐξετάζειν τίς, ἐστιν ὁ δυστυχής. ἀλλ᾽ ἐπειδὰν τινα αἴσθηται κακῶς πράττοντα, εὐθέως ἐπελάθετο ὧν αὐτὴ πέπονθε. διὸ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἱκανόν ἐστι πρὸς αὐτὴν ὥσπερ ἄλλό τι σύμβολον αὐτὸ τὸ σχῆμα τῆς ἀτυχίας. διὰ τοῦτο καὶ Θηβαίους προσήκατο. καὶ Λακεδαιμονίους ὅτε πρῶτον ἐπὶ τῶν ἡρακλειδῶν ἔγνω δυστυχοῦντας, κατῴκτειρε. *Quid ergo? Eſt quiddam huic vrbi innatum, quod iampridem apud omnes eſt gratioſum, & nec ad Megarenſes hos finitimos nec ad alteros Græcorum principes, hos miſeros Lacedæmonios, tranſiliit: verùm heic & ortum eſt & adoleuit. Quid hoc eſt igitur? In infirmos propenſio, & infelicium non vana miſericordia, ſed quæ ad ſalutem ſufficiat. Hoc nec iniuriarum patitur eſſe memorem ciuitatem, nec infelicem quemquam examinare, quin mox, atq; alicuius calamitatem cognoverit, iniuriarum acceptarum obliuiſcatur. Quapropter etiam cunctis quaſi pro notâ ſufficit apud illam ipſa miſeriæ forma. Itaq; tùm Thebanos recepit, tùm Lacedæmonios eſt, ſimulatq; eorum ſub Heraclidis ærumnam cognouit, miſerata.* Atque ex his videmus, quàm rotundè pronuntiet de exule Mario Florus lib. III. cap. XXI. *Facilè inuenit exercitum miſer Imperator.*

Aeque ſubveniunt afflictis, non miſerti ipſos, ſed inuidentes affligenti. quod ipſum dilucidè expreſſit Dio Caſſius libro Hiſtoriarum. XLV: Τῷ τε Ἀντωνίῳ πολὺ δυναμένῳ ἤχθοντο, καὶ τῷ Καίσαρι μηδέπω ἰσχύοντι συνήροντο. ἐφίλουν μὲν γὰρ οὐδέτερον· νέων δὲ δὴ ἀεὶ πραγμάτων ἐπιθυμοῦντες, καὶ τὸ μὲν κρεῖττον ἀεὶ πᾶν καθαιρεῖν, τῷ δὲ πιεζομένῳ βοηθεῖν πεφυκότες, ἀπεχρῶντο αὐτοῖς πρὸς τὰ σφέτερα ἐπιθυμήματα. ταπεινώσαντες οὖν τότε διὰ τοῦ Καίσαρος τὸν Ἀντώνιον, ἔπειτα κἀκεῖνον καταλῦσαι ἐπεχείρησαν. τοῖς γάρ τοι ἀεὶ δυναμένοις βαρυνόμενοι, τούς τε ἀσθενεστέρους προσελάμβανον, καὶ διὰ τούτων αὐτοὺς καθῄρουν· ἔπειτα καὶ ἐκείνοις ἠλλοτριοῦντο κἀκ τούτου ἀντικαθιστάντες σφᾶς ἐς τὸ ἐπίφθονον, τοὺς αὐτοὺς καὶ ἐφίλουν καὶ ἐμίσουν καὶ ηὖξον καὶ ἐταπείνουν: *Antonii magnam iam potentiam moleſtè ferebant, Cæſarem verò minus validum adhuc, adiuuabant.*

Nam

Nam neutrum quidem diligebant, ſed homines ſemper nouarum rerum appetentes, quorumq; ita ferret natura, vt demoliri potentiſſimum quemq;, oppreſſum autem adiuuare ſtuderent, Antonio Cæſareq; ad ſuas cupiditates explendas vtebantur. itaq; quum tunc per Cæſarem Antonium deieciſſent; poſt Cæſarem quoq; euertere conati ſunt. Quippe ſemper infenſi potentioribus, infirmioribus opem præſtare, iiſq; in ſuperioribus deprimendis vſi, ipſos quoq; deinde odio habere conſueuerant, quum ad ſtatum inuidiæ expoſitum euexiſſent. quo fiebat vt eoſdem amore odioq; proſequerentur, eoſdem exaltarent atq; humiliarent. Notum idem Thucydidi de Athenienſibus loquenti libro primo: Ἐπιμαχίαν δὲ ἐποιήσαντο, τῇ ἀλλήλων βοηθεῖν, ἐάν τις ἐπὶ κέρκυραν ἴῃ, ἢ ἀθήνας, ἢ τοὺς τούτων ξυμμάχους. ἐδόκει γὰρ ὁ πρὸς πελοποννησίους πόλεμος καὶ ὡς ἔσεσθαι αὐτοῖς, καὶ τὴν κέρκυραν ἐβούλοντο μὴ προέσθαι τοῖς κορινθίοις, ναυτικὸν ἔχουσαν τοσοῦτον, ξυγκρούειν δὲ ὅτι μάλιστα αὐτοὺς ἀλλήλοις, ἵνα ἀσθενεστέροις οὖσιν, ἤν τι δέῃ, κορινθίοις τε καὶ τοῖς ἄλλοις ναυτικὸν ἔχουσιν, ἐς πόλεμον καθιστῶνται. ἅμα δὲ τῆς τε ἰταλίας καὶ σικελίας καλῶς ἐφαίνετο αὐτοῖς ἡ νῆσος ἐν παράπλῳ κεῖσθαι: *Subſidiariam ſocietatem fecerunt, vt alteri alterorum agro mutuam ferrent opem, ſi quis aduerſus Corcyram, vel Athenas, vel eorum ſocios, iret: nam bellum contra Peloponneſios vel ſic fore ipſis videbatur; neq; pati volebant, vt Corcyra, quæ tantam claſſem habebat, in Corinthiorum poteſtatem veniret: ſed eos quàm maximè inter ſe colliddere, vt cum inualidioribus (ſi quid opus eſſet) & Corinthiis, & aliys, qui claſſem habebant, bellum capeſſerent; ſimul etiam hæc inſula ad traiyciendum in Italiam, & Siciliam in opportuno loco ſita ipſis videbatur.* Gnarum item Plutarcho, vbi agit de Demetrio occupante regiones Lyſimachi: Αὐτὸς ἄρας ἐπὶ τὴν Χερρόνησον ἔπλευσεν. καὶ κακῶς ἅμα ποιῶν Λυσίμαχον, ὠφέλει καὶ συνεῖχε τὴν περὶ αὐτὸν δύναμιν, ἀρχομένην ἀναλαμβάνειν, καὶ γίνεσθαι πάλιν οὐκ εὐκαταφρόνητον. ὁ δὲ Λυσίμαχος ὑπὸ τῶν ἄλλων βασιλέων ἠμελεῖτο, μηδὲν ἐπιεικέστερος ἐκείνου δοκῶν εἶναι, τῷ μᾶλλον ἰσχύειν, καὶ φοβερώτερος: *Curſum in Cherſonneſum intendit, vaſtansque ſimul Lyſimachi ditionem prædæ ditabat & retinebat copias ſuas; quæ recipere vires, nec mediocria incrementa accipere denuo occipiebant. Lyſimachus autem nihil erat aliys regibus curæ, quod nihilo haberetur moderatior illo: ob maiores verò vires formidabilior.* Signatè admodum Legati Aetoli Lacedæmoniis apud Polybium libro IX: Οὔτε γὰρ ἀχαιοὺς σώζειν προαιρούμενος ἀντίγονος ἐπανείλετο τὸν πρὸς ὑμᾶς πόλεμον, οὔτε τῇ κλεομένους τυραννίδι δυσαρεστούμενος, ἵνα λακεδαιμονίους ἐλευθερώσῃ. καὶ λίαν γὰρ ὅγε τοιοῦτος ἐστὶ τρόπος εὐήθης, εἴ τις ἄρα ταύτην ὑμῶν ἔχει τὴν διάληψιν. ἀλλ' ὁρῶν οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ τὴν ἑαυτοῦ δυναστείαν ἐσομένην, ἐὰν ὑμεῖς τὴν πελοποννησίων ἀρχὴν καταστήσησθε, πρὸς δὲ τούτῳ βλέπων εὖ πεφυκότα τὸν κλεομένην, καὶ τὴν τύχην ὑμῖν λαμπρῶς συνεργοῦσαν, ἅμα φοβηθεὶς καὶ φθονήσας, παρῆν οὐ πελοποννησίοις βοηθήσων, ἀλλὰ τὰς ὑμετέρας ἐλπίδας ἀφελόμενος, καὶ

τὴν

Digitized by Google

τὴν ὑμετέραν ὑπεροχὴν ταπεινώσων: *Antigonus enim non ut Achaos ſervaret, bellum vobis intulit: neq́; quod Cleomenis tyrannide offenſus, Lacedamonios in libertatem aſſerere cuperet (& admodum ſane ſtolidum fuerit, ſi quiſpiam ex vobis hac ſit opinione praditus) ſed quoniam potentatum ſuum haud firmum fore videbat, ſi ex veſtrâ poteſtate principatus Peloponneſiorum diſponeretur: adhac & Cleomenem induſtrium, & fortunam vobis luculenter adſpirare cernebat, ſimulq́; & metuebat & invidebat; venit non Peloponnenſijs opem laturus, ſed ſpes veſtras abrepturus, & excellentiam veſtram humiliaturus.* Proinde ſapienter de colloquiorum ſecretis Perſei atq; Eumenis, Liuius lib. XLIV: *Hic res autem ita ſe habuit. Eumenes neq́; favit victoria Perſei, neq́; bello eum inuadere in animo habuit: non tam quia paterna inter eos inimicitia erant, quã ipſorum odiis inter ſe accenſa. Non ea regum amulatio, vt aquo animo Perſea tantas adipiſci opes tantamq́; gloriam quanta Romanis victus eum manebat, Eumenes viſurus fuerit. Cernebat & Perſea iam inde ab initio belli omni modo ſpem pacis tentaſſe, & indies magis quo propior admoueretur terror, nihil neque agere aliud, neq́; cogitare. Romanos quoq́; quia traheretur diutius ſpe ipſorum bellum, & ipſos duces & ſenatum non abhorrere à finiendo tam incommodo ac difficili bello. Hac vtriusq́; partis voluntate exploratâ, quod fieri etiam ſuâ ſponte tadio validioris, metu infirmioris credebat poſſe, in eo ſuam operam venditare conciliandâ gratiâ magis cupijt. Nam modò ne iuuaret bello Romanos terrâ mariq́;, modo pacis patranda cum Romanis paciſcebatur mercedem, ne bello intereſſet, M. & D. talenta. in vtroq́; non fidem modò ſe, ſed obſides quoq́; dare paratum eſſe oſtendebat.* Eodem vergit conſilium legatorum Perſei apud Livium lib. XLII: *Si pergerent Romani contra fœdus movere bellum, tum omni gratiâ, omni ope enitendum fore Rhodijs, vt reconcilient pacem. Si nihil deprecando proficiant, id agendum ne omnium rerum ius ac poteſtas ad vnum populum perveniat. Cum ceterorum id intereſſe, tum pracipuè Rhodiorum, qui plus inter alias ciuitates dignitate atq́; opibus excellant: qua ſerua atq́; obnoxia forent, ſi nullus alio ſit quàm ad Romanos reſpectus.* Prudenter ergò Cato orationis eâ parte quam producit Gellius libro VII: Noct. Attic. cap. III: *Atq́; ego quidem arbitror Rhodienſes noluiſſe nos ita depugnare vti depugnatum eſt; neq́; regem Perſen viciſſe. non Rhodienſes id modo voluere, ſed multos populos ac multas nationes idem noluiſſe, arbitror. atque haud ſcio an partim eorum fuerint, qui non noſtra contumelia causâ id noluerint euenire; ſed enim id metuêre, ſi nemo eſſet homo quem vereremur, & quicquid luberet faceremus; ne ſub ſolo imperio noſtro in ſeruitute noſtrâ eſſent. libertatis ſua causâ in eâ ſententia fuiſſe arbitror. atq́; Rhodienſes tamen Perſen publicè numquam adiuvêre.* Id autem ſubinde tanto promptius præſtatur, ſi & in'ereſt auxiliãtis Polyænus li. VII. Ἀρταξέρξης τὴν πόλεμον ἠγωνοθέτει τοῖς Ἕλλησιν, ἀεὶ προστιθέμενος τοῖς ἡττωμένοις.

ἀεὶ γὰρ

ἀεὶ γὰρ ἐπανισῶν τὸ ἐλαττούμενον, τὴν ἰσχὺν τοῦ νικῶντος κατέλυεν: *Artaxerxes bellum inter Græcos ſerens, victorum partes ſemper fovebat. Semper enim eam partem quæ deficeret, æqualem hoſtibus reddens victoris robur ac vires atterebat.* Dio quoque Caſſius de Arſace, intento Romano pariter atque Armenio, lib. XXXV: Καὶ οὐδεμίαν ἐπ' αὐτῶν βοήθειαν ἐποιήσατο, οὐ μὴν οὐδ' ἠναντιώθη τι, ἀλλ' ἐκ μέσου ἀμφοῖν ἔστη. μηδ' ἑτέρους, ὥσπερ εἰκὸς, ἐθελήσας αὐξῆσαι. τὸν γὰρ πόλεμον αὐτὸν ἰσοπαλῆ ὄντα ἀσφάλειαν οἱ μεγίστην οἴσειν ἐνόμιζε: *Romanis auxilia nulla ſuppeditauit: ita tamen vt ne contra illos quicquam etiam moliretur; ſed in medio ſeſe partium contineret: quod, vt veri haud abſimile eſt, neutrorum potentiam augeri volebat; ſed, ſi bellum vtrinq; æquis viribus gereretur, ſummæ ſibi id ſecuritati futurum arbitrabatur.* Sed quid ago? hæc omnes norunt: ſique copias meas explicauero, latiore ſanè opus campo quàm iſti cui includor. itaque eas demitto; ſumpto rurſus in manus meo Duce. Et ipſi quidem quamuis nudo tantum ſupereſſe video, vt mereatur componi, imò prę̨poni magno cuilibet exercitui. Cur iſtud pronuntiem; non modo conſuadet Chabriæ ſententia, cenſentis: ὅτι φοβερώτερόν ἐστιν ἐλάφων στρατόπεδον, ἡγουμένου λέοντος, ἢ λεόντων, ἐλάφου: *terribiliorem eſſe ceruorum exercitum Leone duce, quam Leonum agmen ducente ceruo;* Plutar. in Apophth. Sed & Demadis; qui φιλίππου περὶ πότον σεμνυνομένου, ποῦ ἡ εὐγένεια καὶ ἡ ὑπεροχὴ τῆς Ἀθηναίων πόλεως; ἔγνως ἄν, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, τὴν τῆς πόλεως δύναμιν, εἰ Ἀθηναίων μὲν Φίλιππος, Μακεδόνων δὲ Χάρης ἐστρατήγει: *Cum Philippus inter pocula iactaret; vbi nunc eſt nobilitas & præſtantia civitatis Athenienſium? cognoſceres dixit, ô rex, ciuitatis vim, ſi Philippus Athenienſibus, Chares autem Macedonibus imperaret;* Stobæus tit. de Impp. Eodem etiam inducit Pyrrhus Epirotarum rex, cuius notabile dictum in Floro lib. I. cap. XVIII: *O quam facilè erat orbis imperium occupare, aut mihi, Romanis militibus, aut me rege Romanis.* Pertrahit prætereа Iulius Cæſar, de quo ſic Suetonius cap. XXXIV: *Appellatiſq; de Rep. Patribus, validiſſimas Pompeij copias, quæ ſub tribus legatis M. Petreio, & L. Afranio, & M. Varrone erant, invaſit; profeſſus ante inter ſuos, ire ſe ad exercitum ſine duce, & inde reverſurum ad ducem ſine exercitu.* Hinc eſt quod legimus in Laconicis Plutarchi de Ageſilao: Ἐν δὲ τῇ περὶ Μαντίνειαν μάχῃ παρεκελεύσατο τοῖς Λακεδαιμονίοις, τοὺς ἄλλους ἐάσαντας πάντας Ἐπαμινώνδᾳ μάχεσθαι, μόνους λέγων τοὺς ἔμφρονας ἀνδρείους εἶναι, καὶ μόνους νίκης αἰτίους ὑπάρχειν· εἰ οὖν τοῦτον ἀνέλοιμεν, ῥᾳδίως τοὺς ἄλλους ὑποχειρίους ποιήσειν. ἄφρονας γὰρ εἶναι καὶ οὐδενὸς ἀξίους. ὃ καὶ συνέβη. τῆς γὰρ νίκης σὺν Ἐπαμινώνδᾳ οὔσης, καὶ φυγῆς γινομένης. ἐπιστραφέντα αὐτὸν καὶ ἀνακαλούμενον τοὺς ἰδίους, τῶν Λακεδαιμονίων τις καιρίως ἐπάταξε, καὶ πεσόντος, ἀναστρέψαντες ἀπὸ τῆς φυγῆς οἱ σὺν Ἀγησιλάῳ, ἐφάμιλλον τὴν νίκην ἐποίησαν περὶ πολὺ μὲν τῶν Θηβαίων χει-

Digitized by Google

χειρόνων, παρὰ πολὺ δὲ τῶν Λακεδαιμονίων ἀμεινόνων φανέντων. *In pugna ad Mantineam hortatus eſt Lacedamonios, vt omiſsis reliquis, in ſolum pugnarent Epaminondam: ſolos inquiens, prudentes eſſe fortes: & illo necato facilem fore de reliquis victoriam, fatuis & nullius pretij hominibus idq. conſilium exitus comprobauit. Cum enim vinceret Epaminondas, fugientibus Spartanis, hunc ſe obvertentem & ſuos vocantem quidam Lacedæmoniorum lethali vulnere deiecit. tum reverſi à fugâ qui cum Ageſilao erant, dubiam reddiderunt victoriam; Thebanis multò quàm ante deterioribus, Spartanis melioribus apparentibus.* Occurritque in Gellio lib IV. noct. Attic. cap. VIII: *Fabricius Luſcinus, magnâ gloriâ vir magniſq. rebus geſtis fuit. P. Cornelius Rufinus manu quidem ſtrenuus & bellator bonus, militariſq. diſciplinæ admodum peritus fuit: ſed furax homo & auaritiâ acri erat. hunc Fabricius non probabat, neq. amico vtebatur; oſuſq. eum morum cauſſâ fuit. Sed cum in temporibus Reip. difficillimis Coſſ. creandi forent: & is Rufinus peteret Conſulatum; competitoreſq. eius eſſent imbelles quidam & futiles; ſummâ ope adniſus eſt Fabricius, vti Rufino conſulatus deferretur. eam rem pleriſq. admirantibus, quod hominē auarum, cui eſſet inimiciſſimus, creari Conſulem peteret, quem hoſtiliter oderat: Fabricius inquit; nihil eſt, quod miremini, ſi malui compilari quàm venire.* Et alioqui clarè teſtatur Liuius lib. XXVIII: *Cum Annibale nihil eo anno geſtum eſt. nam neq. ipſe ſe obtulit in tam recenti vulnere publico priuatoq.; neq. laceſſierunt Romani quietum: tantam ineſſe vim, etſi omnia alia circa eum ruerent, in vno illo duce cenſebant.* Faceturque Florus lib. II. cap. XVII: *Sed tota certaminum moles cum Luſitanis fuit, & Numantinis. quippe ſolis gentium Hiſpaniæ, duces contigerant. Fuiſſet & cum omnibus Celtiberis: niſi dux illius motus; initio belli oppreſſus eſſet &c.* Clariuſque adhuc de Thebano duce Trogi decurtator lib. V: *Poſt paucos deinde dies Epaminondas decedit; cum quo vires quoque reipub. ceciderunt: Nam ſicuti telo ſi primam aciem perfregeris, reliquo ferro vim nocendi ſuſtuleris: ſic illo velut mucrone teli ablato duce Thebanorum, rei quoque publicæ vires hebetatæ ſunt: vt non tam illum amiſiſſe quā cum illo interiſſe omnes viderentur. Nam neque hunc ante ducem vllum memorabile bellum geſſêre; nec poſtea virtutibus, ſed cladibus inſignes fuêre. vt manifeſtum ſit, patriæ gloriam & natam, & extinctam cum eo fuiſſe.* Inde etiam invenimus inter Apopht. Scipionis nomen præferentia apud Plutarch. Τῶν δὲ πρεσβυτέρων τοὺς ἡττημένους κακιζόντων, τί πεφεύγασιν οὓς τοσαυτάκις ἐδίωξαν, εἰπεῖν τινα λέγεται τῶν Νομαντίνων, ὡς τὰ πρόβατα ταυτὰ καὶ νῦν ἐστιν, ὁ δὲ ποιμὴν ἄλλος: *Senioribus pulſos culpantibus quod Romanos eos fugiſſent, quos toties in fugam conieciſſent: ferunt quendam Numantinorum dixiſſe: Oues quidem eaſdem eſſe atq. antea; ſed alium habere paſtorem.* Verùm & heic abrumpo. nam & alibi iacta nobis rei huius fundamenta; eique præterea inruit caput de *Auſpiciis*; item de *Famâ*. *&c.*

Digitized by Google

Credita per vtrumq; exercitum fama vulneratum aut interfectum, immane quantum ſuis pauoris, & hoſtibus alacritatis indidit. Lib. IV. Hiſt.

ANIMO recreor ſermocinatione Simplicij in Epictetum: *Conuenit Imperatori iubenti aliquid ſtatim parere, ob ſubitas bellicæ rei conuerſiones: & fortiter pugnare cum iuſſerit Imperator, quaſi in ipſo poſita ſit victoria exercitus: & pro ctus ſalute diſcrimen capitis adire, quod vno milite caſo parum in bello ei parti nocetur: duce autem interfecto, vel victores eius milites ſtatim & animis concidunt, & non ſecus atque oues opilione carentes lupis inuadentibus, alii alio diffugiunt, vt non caſtra tantum ſed ipſa etiam patria, duce in bello caſo periclitetur.* Sic ille. quæ cùm veriſſima ſint ratio dictat, non temerè, vtendum Imperatori manu; ſed obtemperandũ ei monitis Onoſandri; cuius verba, quamvis plura, literis tamen omnibus repræſentanda duxi; digna meo iudicio vbiq; legi. Scribit igitur cap. XXXIII: Μαχέσθω δὲ ὁ στρατηγὸς αὐτὸς προμηθέστερον, ἢ μὴ τολμηρότερον, ἢ καὶ τὸ παράπαν ἀπεχέσθω τοῦ τοῖς πολεμίοις εἰς χεῖρας ἰέναι. καὶ γὰρ εἰ καὶ κατὰ τοὺς ἀγῶνας ὑπερβλητὴν ἀνδρίαν εἰσενήνεγκατο, τοσοῦτον οὐδὲν ὠφελῆσαι δύναται στράτευμα μαχόμενος, ὅσον ἀποθανὼν βλάψαι. στρατηγοῦ γὰρ γνώμη πλέον ἰσχύει ῥώμης. σώματος μὲν γὰρ ἀνδρίᾳ δρᾶσαί τι μέγα καὶ στρατιώτης δύναται. γνώμης δὲ προμηθείᾳ βουλεῦσαι τὸ κρεῖττον, οὐκ ἄλλος. ὅνπερ δ' ἂν τρόπον εἰ κυβερνήτης ἀφειμένος τῶν οἰάκων, ἃ δεῖ τοῖς ναύταις, αὐτὸς πράττοι, κινδυνεύειν ἂν συμβαίη τὸ σκάφος· τοῦτο ποιεῖ στρατηγὸς, εἰ ἀποστὰς τοῦ γνώμῃ τι βουλεύειν, ἐπὶ τὰς τῶν στρατιωτῶν καταβαίνοι χρείας. ἡ γὰρ τῶν ἀμεινόνων ἀκυβέρνητος ἀμέλεια τὴν ἀναγκαιοτέραν ἄπρακτον ποιήσει βοήθειαν. ὅμοιον δὴ κρίνω τὸν στρατηγὸν ἐμπεριβαλέσθαι τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ τὸ τῆς συμπάσης, εἰ πέσοι τι, δυνάμεως ἀκηδεῖν. εἰ γὰρ ἐν ᾧ [τοῦ σύμπαντος ἡ σωτηρία στρατεύματός ἐστιν. οὗτος οὐδὲν εἰ τεθνήξεται] πεφρόντικε, τὸ πᾶν αἱρεῖται συνδιαφθεῖραι. καὶ ὀρθῶς ἄν τις αἰτιάσαιτο τοῦτον, ὡς ἄπρακτον στρατηγὸν μᾶλλον ἢ ἀνδρεῖον. ὁ μὲν γὰρ πολλὰ γνώμῃ στρατηγήσας, ἀρκεσθήσεται σεμνυνόμενος ἐπὶ τῇ ἀπὸ ψυχῆς εὐπραγίαις. ὅστις δ' οὕτως ἀπειρόκαλός ἐστι, ὥστε εἰ μὴ διὰ μάχης εἰς χεῖρας ἔλθοι τῶν πολεμίων, οὐδὲν αὐτὸν ἄξιον εἰργάσθαι νομίζειν, οὐκ ἀνδρεῖος, ἀλλὰ καὶ τολμηρός ἐστιν: *Imp. ſi quando ipſe decertet, caueat diligenter ne ſit audacior; aut potius manum omnino cum hoſte non conſerat. Nam licet præſtabilem fortitudinis operam nauare poſſit, non tamen tantum ſuis pugnando proderit, quantum occumbendo oberit. Illius enim prudentia longè anteponenda fortitudini. Nimirum quilibet è populo miles, corporis robore ſtrenuè facere poteſt, mentis autem prudentiâ benè conſulere, haud alius facile queat. Nam quo modo, ſi gubernator relicto gubernaculo, nauticis remigũ*

operis ſe immiſceat, navem in periculo eſſe contingit: eodem planè modo ſi Imperator conſilia ſuis dare negligens, ad militaria munera ſe transferat, rem vniuerſam in maximum adducit diſcrimen, meliorum enim maiorumq; curarum incuriâ, irritum & vanum fiet cùm deſiderabitur auxilium. Et ſane animum ſuum induxiſſe cenſetur, de rei & exercitus totius interitu minimè eſſe ſolicitum: quia ſcilicet eius, in quo omnium ſalus verſatur, exitium parvi facit, omnes quoque omninò ſecum vnà profligari dolo malo velle videtur, recteq; quis eum culpauerit vt ignauum magis quàm ſtrenuum aut fortem. Qui enim multa conſultò prudenterq; imperat, ſatis inluſtrem rebus bene geſtis adipiſcetur adoream. At qui adeo ineptus eſt, vt niſi manũ cum hoſtibus conſerendo in eorum manus venerit, nihil ſe egregium edidiſſe exiſtimet, non fortis, ſed audax & temerarius exiſtimari debet. Optimè: eiuſq; ſententiæ firmandæ conuenit nomẽ ipſum quod gerit. Quintilianus Declamat CCCXVII: *Adiice, quòd inter præcipuas virtutes eſt, imperatorem non pugnare aliquando. Sic extrahitur hoſtis: ſic impetus ſubitos partis aduerſa frangit mora: ſic interclusos commeatibus in deditionem venire fame cogimus. Itaq; herculè militem legimus robuſtum, legimus iuuenem: imperatorem facimus ſenem. In illis enim vis corporum & manus ſola ſpectatur, in his conſilium & ratio: quæ bona præcedentis ætatis in locum virium ſubeunt. Ipſum præterea nomen Imperatoris ſatis ſignificat non exigere manum ipſius. Imperare enim debet & præcipere.* Haud igitur ineptè cauillatur Marcellum Dux Pœnus apud Appianum in Annibalicis: Καὶ αὐτῷ τῷ σώματι ὁ Ἀννίβας ἐπιστὰς, ὡς εἶδε τὰ τραύματα ἐπὶ στέρνων, ἐπῄνεσε μὲν ὡς στρατιώτην, ἐπέσκωψε δὲ ὡς στρατηγόν: *Eius cadavere potitus Annibal, poſtquam aduerſa vulnera vidit, vt militem laudauit, ſed vt imperatorem cauillatus eſt.* Nec minus rectè ille apud Plutarch. libro An ſeni gerend. Reſp: Οἱ ῥήτορες Ἀθήνησι Τιμοθέῳ καὶ Ἰφικράτει Χάρητα τὸν Θεοχάρους ἐπαποδύοντες ἀκμάζοντα τῷ σώματι καὶ ῥωμαλέον, ἠξίουν τοιοῦτον εἶναι τὸν τῶν Ἀθηναίων στρατηγόν. ὁ δὲ Τιμόθεος, Οὐ μὰ τοὺς θεοὺς, εἶπεν, ἀλλὰ τοιοῦτον μὲν εἶναι τὸν μέλλοντα τῷ στρατηγῷ τὰ στρώματα κομίζειν· τὸν δὲ στρατηγὸν ἅμα πρόσω καὶ ὀπίσω τῶν πραγμάτων ὁρῶντα, καὶ μηδενὶ πάθει τοὺς περὶ τῶν συμφερόντων λογισμοὺς ἐπιταραττόμενον: *In locum Timothei & Iphicratis oratores Athenienſes Charetem Theocharis F. ſubornantes valido & vigenti viribus corpore virum, talem autumabant debere eſſe ducem Athenienſium. Ibi Timotheus, non mehercle; inquit, ducem talem oportet eſſe: ſed eum, qui ducis ſtragula ſit portaturus. imperatorem autem eum eſſe neceſſe eſt, qui rem antegreſſa & conſecutura animo videns, nulla perturbatione ſibi rationes eorum quæ ſint in rem futura excuti ſinat.* Quapropter non abs re, cùm Tacitus in curiâ ſenectutem ſuam prætenderet, clamatum à Senatoribus; *decies; Et quis melius quàm ſenex imperat? decies; Imperatorem te non militem facimus: vicies; Tu iube; milites pugnent:* Vopiſcus in vita eius. Ac

pruden-

prudenter Ammianus lib. XXV: *Corporis munus à milite; ab Imp. verò animi poſcitur.* Cautè autem Agathias lib. II: de Mermeroe: Ὃς δὴ γηραιὸς ὢν ἤδη, καὶ ἐκ πλείστου ἄμφω τὼ πόδε πεπηρωμένος, καὶ οἷος μηδὲ ἐφ᾽ ἵππου ὀχεῖσθαι, ὅμως ἐμόχθει ὥσπερ τις νεανίας ῥωμαλεώτατος, καὶ οὐκ ἀπηγόρευε πρὸς τοὺς πόνους, ἀλλὰ φοράδην ἐς τὰς παρατάξεις ἐφοίτα, καὶ ταύτῃ τοὺς μὲν ἐναντίους κατέπληττε, τοὺς δὲ οἰκείους παραθαρσύνων καὶ ἐγκελευόμενος καὶ τὰ πρακτέα ὀρθῶς διατάττων, πολλὰς ἀνεδήσατο νίκας. οὕτως ἄρα τὸ στρατηγεῖν, οὐ σώματος ῥώμη, μᾶλλον μὲν οὖν φρονήσει δεῖ προσήκει: *Qui quidem cùm iam grauis annis, & à multo tempore vtroque pede claudus eſſet, neque equitare poſſet, laboribus tamen perinde ac robuſtiſſimus aliquis iuuenis vacabat, neque vllos labores detrectabat; ſed lecticâ geſtatus in aciem prodibat, eaque ratione & hoſtibus terrorem incutiens, & ſuos animans atque exhortans, quaque facto opus erat rectè adminiſtrans, multas retulit victorias. vſque adeò virtus Imperatoria non corporis robori potius quàm prudentiæ eſt adſcribenda.* Cuius verba ſeruiunt enucleandis his Velleij libro II: *Nam ipſe Cæſar, etiamſi infirmiſſimus valetudine erat, obibat munia ducis.* Vt & iſtis Liuii lib. XXIV: *Ibi iterum Scipio lecticulâ in aciem illatus conflixit; nec dubia victoria fuit.* Verùm de hac geſtatione etiam alibi plura. Præclarum ergo reſponſum ducis, apud Plutarchum libro de Fortuna: Ἠρώτα τις Ἰφικράτην τὸν στρατηγόν, ὥσπερ ἐξελέγχων τίς ἐστιν· οὔτε γὰρ ὁπλίτης, οὔτε τοξότης, οὔτε πελταστής. κἀκεῖνος, Ὁ τούτοις, ἔφη, πᾶσιν ἐπιτάττων καὶ χρώμενος: *Interrogauit quidam reprehendendi animo Iphicratem, quis eſſet, cùm neque arma neque arcum, neque cetras ferentium in ordine cenſeretur. reſpondit, eum ſe eſſe, qui hiſce omnibus imperaret atque vteretur.* Præclarius adhuc Metelli factum, cuius meminit in Sertorio idem Plutarchus: Ὥστε τοὺς στρατιώτας ἀπαγορεύειν, καὶ τοῦ Σερτωρίου μονομαχῆσαι προκαλουμένου τὸν Μέτελλον, βοᾶν καὶ κελεύειν μάχεσθαι στρατηγὸν στρατηγῷ, καὶ Ῥωμαῖον Ῥωμαίῳ· ἀναδυόμενον δὲ χλευάζειν. ὁ δὲ τούτων μὲν, εὖ ποιῶν, κατεγέλα· στρατηγοῦ γὰρ, ὡς ἔφη Θεόφραστος, δεῖ θάνατον ἀποθνήσκειν τὸν στρατηγόν, οὐ πελταστοῦ τοῦ τυχόντος: *Adeo vt, Sertorio Metellum prouocante ad duellum, occlamarent iuberentque milites, dux cum duce, Romanus cum Romano vt congrederetur probriſque proſcinderent detrectantem. quos meritò deriſit Metellus. Ducis enim, vt ait Theophraſtus, obeunda mors duci eſt, non gregarii militis.* Ex his liquet vis Apophthegmatis Timothei apud eundem Cherronæum: Τῶν δὲ τολμηρῶν στρατηγῶν τινὸς τραῦμα τοῖς Ἀθηναίοις δεικνύοντος, Ἐγὼ δὲ, εἶπεν, ᾐσχύνθην ὅτι μου στρατηγοῦντος ὑμῶν ἐν Σάμῳ καταπελτικὸν βέλος ἐγγὺς ἔπεσε: *Quodam de audacibus ducibus vulnus acceptum Athenienſibus demonſtrante: Me verò, inquit Timotheus, puduit, quod cum ego dux veſter in Samo eſſem, prope me telum catapulta decidit.* Neque erat cur ſcriberet in Marcelli vitâ idem Traiani præceptor: Θαυμάζω μὲν ἐν μάχαις τοσαύταις ὅσαις ἀπεκάμοι τις ἂν καταριθμῶν, μηδὲ τρα-

Digitized by Google

θεῖναι τὸν Ἀννίβαν: *Admiror in tot conflictibus quot deficiat diem recenſentem, ne vulnus quidem accepiſſe Annibalem.* Scire enim debebat, minimè ignoraſſe munus imperatorium, cuius haud etiam ignarus, ita ſcribens epiſtolâ, ad Antonium Brutus, *Non debemus cuiquam videri nimium vitæ cupidi, cùm accidere nobis nihil poßit ſine pernicie & confuſione omnium rerum.* Iuſtiſſimumque eſſe Ciceronis dictum Philipp. XII: *Etenim qui multorum cuſtodem ſe profiteatur, eum ſapientes ſui primum capitis aiunt cuſtodem eſſe oportere.* Egregio elogio mactat Iulianum Imp. Marcellinus lib. XVI: *Erat prouidus & cunctator: quod præcipuum bonum in magnis ductoribus, opem ferre ſolet exercitibus & ſalutem.* Quam virtutem, ſi perſeueraſſet, haud quaquam incurriſſet hanc Aur. Victoris notam: *Audax plus quàm Imperatorem decet, cui ſalus propria cum ſemper ad ſecuritatē omnium, tum maximè in bello conſeruanda eſt.* Quocirca non immeritò caſtigatur à Panegyriſta Conſtantinus: *Laudare me exiſtimas Imp. cuncta quæ in illo prælio feceris? Ego verò iterum queror. Proſpexeras omnia, diſpoſueras omnia; vniuerſa ſummi Imperatoris officia compleueras: cur ipſe pugnaſti? cur te denſiſsimis hoſtium globis miſcuiſti? cur ſalutem Reip. in pericula tanta miſiſti? An neſcire nos putas quod dum nimio raperetis ardore in media hoſtium tela deveneras, & niſi viā tibi cædibus aperuiſſes, ſpem totius generis humani & vota deceperas? Quid tibi Imp. cū inferiore fortuna? toto quippe impetu ferebare, torrēti ſimilis amni, quē abruptæ radicitus ſiluæ & cōuulſi funditus ſaxa ſequerentur. Illos pugnare fas eſt quib. ſuo cuiuſq. fato aut vincendū eſt, aut cadendū; tu, cuius ex vitâ omniū fata pendēt, ad vllum diſcrimen accedas? inter tot tela gladioſq. verſere? Quis hoc à te exigit? aut quis pati poßit; vt quicquam in te belli caſibus liceat? Deceat te Imp. hoſtem ferire? Imò non decet laborare. Spectans ex edito monte Xerxes nauale certamen; Auguſtus aliud agens vicit apud Actium. Fuit etiam qui ſublatus in ſcalas invicem nexas concurrentes eminus vidit exercitus; vt ne intereſſet periculo, & adeſſet eventui. Ignaua, inquies, exempla! Sed tuta: grauiorq. metus eſt periculi tui quàm lætitia victoriæ.* Vergitque potiùs in vituperium Alexandri quàm laudem. Curtianum iſtud lib. III: *Alexander non ducis magis quàm militis munera exequebatur; opimum decus cæſo rege expetens.* Magìs adhuc illa Iuſtini lib. XII: *Alexander autem periculoſiſsima quæque aggrediebatur; & ubi confertiſsimos hoſtes acerrimè pugnare conſpexiſſet, eo ſe ſemper immergebat; periculaque ſua eſſe, non militum volebat.* Certè multipliciter carpitur Germanus ab Agathiâ libro quinto. cùm de eo tradit: Τότε δὴ οὖν ὁ Γερμανὸς, (ἅτε δὴ νεώτατος ὢν καὶ οὔπω ἐντελῶς τὰς τῆς φύσεως ἐπέχειν ὁρμὰς καὶ ἐγκατείργειν δυνάμενος, ἀλλὰ πλέον τοῦ προμηθοῦς καὶ βεβηκότος τῷ φιλοδοξοῦντι τοῦ τρόπου καὶ προτεθυμημένῳ πέρα τοῦ μετρίου ἐγκείμενος) ἀφειδῶς ἐπῄει τοῖς πολεμίοις καὶ προὐκινδύνευε, οὐ στρατηγικῶς ἐπείγων καὶ διαπράττων,

των, ἀλλὰ στρατιωτικώτερον συμπλεκόμενος· τῷ τι ἄρα καὶ πλήττεται βέλει τὸν μηρὸν, ὡς μικροῦ δεῖν μελῆσαι ἀπόμαχος ἔσεσθαι· πλὴν ἀλλ' ἡ τῶν ἐφεστηκότων πραγμάτων ἀνάγκη, καὶ τὸ μέγεθος τοῦ ἐγχειρήματος, ἐγκρατέστερα τῆς ὀδύνης γεγένηται· καὶ οὐ πρότερον ἀνῆκεν αὐτός τε μοχθῶν καὶ τοῖς ἄλλοις ἐγκελευόμενος, πρὶν σφόδρα τιμωρῆσαι τὸ δυσμενὲς καὶ πολλοὺς ὅσους διαχειρίσασθαι: *Tum verò Germanus, vtpote admodum iuuenis quiq; nondum perfectè impetus naturæ frenare compeſcereq; poterat, ſed gloriæ cupiditati audaciaq; magis quàm prudentiæ ſecuritatiq; vltra modum addictus, intrepidè hoſtes adortus eſt, conflictuſq; diſcrimen adiit, non præfecti in morem vrgens incipitanſq; & mandans, ſed ipſe inſtar militis manus conſerens. vnde & ſagittâ femur ictus eſt, ita vt parum abfuerit, quin ei pugnâ excedendum eſſet. præſentis tamen ſtatus neceſſitas & rei quam aggreſſus erat magnitudo, dolorem vicit; neq; prius deſtitit & ipſe pugnare & aliis animos addere, quàm ingenti damno hoſtes affeciſſet plurimiq; ex iis eſſent caſi:* Maculamque grandem addit Herulo idem auctor libro I: Φούλκαρις γὰρ ὁ τῶν Ἐρούλων στρατηγὸς ἀνδρεῖος μὲν δήπου, καὶ οὐδὲν ὅ, τι πολέμιον ἐπεφύκει δειμαίνειν, θρασὺς δὲ καὶ ταραχώδης, καὶ τὸ δραστήριον οὐ μάλα ἐν δέοντι κεκτημένος, στρατηγοῦ τε καὶ ἡγεμόνος, οὐ τὸ κοσμεῖν καὶ διατάττειν τὴν φάλαγγα γνώρισμα εἶναι ἡγεῖτο, ἀλλ' εἴπου προφανὴς ἐν μάχῃ καὶ προαλάμενος, θυμῷ τε ἀθρόον ἐμβαλὼν ἐς τοὺς ἀντιπάλους, ἔπειτα αὐτουργήσοι τὰ πολέμια, ταύτης γε τυχεῖν καὶ ἐβρενθύετο: *Fulcarus enim Herulorum dux, ſtrenuus quidem ille, nihilq; planè hoſticum formidare ſolebat, audax verò & inordinatus erat, & ad res gerendas exequendaſq; non ita benè comparatus. Neq; præfecti ac ducis decus eſſe cenſebat, aciem inſtruere atq; diſponere: ſed ſicubi ipſe in prælio conſpicuus aliosq; præcurrens magnoq; impetu & ardore animi in hoſtem ferretur, ſuiſque ipſe manibus pugnam cum hoſte confereret, hoc verò ſibi magnæ laudi ducebat, valdeq; eo nomine gloriabatur.* Prudẽter igitur Pauſanias in Meſſenic: ὁ γὰρ Εὐφάης πλέον τι ἢ βασιλέα εἰκὸς ἦν, προθυμούμενος, καὶ ἀφειδῶς τοῖς περὶ τὸν Θεόπομπον ἐγκείμενος, τραύματά τε καὶ πολλά τε οὐκ ἰάσιμα λαμβάνει: *Ipſe Euphaës audacius quam regem decebat, & intemperantius in Theopompi cohortem invectus vulnera multa & ea lethalia accepit.* Nec inſipientius Halicarnaſſæus Antiq. lib. VIII: Τύλλος δὲ Ἄττιος ἔχων τοὺς ἐρρωμενεστάτους καὶ τολμηροτάτους Οὐολούσκων, ὁμόσε αὐτῷ χωρεῖ. καὶ πολλὰ ἔργα γενναῖα ἀποδειξάμενος. ἦν μὲν γὰρ ἀγωνιστὴς μὲν πολέμων σφόδρα ἄλκιμος, στρατηγῆσαι δὲ οὐχ ἱκανός· ὑπὸ κόπου τε καὶ πλήθους τραυμάτων καταπονηθεὶς ἀποθνήσκει: *Occurrit Tullus Attius cum valentiſſimis Volſcorum & audaciſſimis; editiq; multis ac ſtrenuis facinoribus (erat enim pugnator fortis & manu promptus; ſed copiis ducendis minus idoneus) tandem labore feſſus oppletuſq; vulneribus occumbit.* Haud iniuriè. ille enim demum idoneus ducatui, cui perpetuò in memoriâ; à fato ſuo exitium etiam pendere totius exercitus. à fato? imò à vulnere. à vulnere?

pere?int ò à fama eius. Caſuum horum exempla in omni ſparſa hiſtoriâ. Queritur Pauſanias in Laconic: Κλεόμβροτος δὲ αὐτὸς γενόμενος ἀνὴρ ἀγαθὸς, ἀρχομένης ἔτι ἔπεσε τῆς μάχης. μάλιστα δέ πως ἐπὶ πταίσμασιν ἐθέλει μεγάλοις προαφαιρεῖσθαι τὸν ἡγεμόνα ὁ δαίμων. καθὰ δὴ καὶ Ἀθηναίων ἀπῆγεν Ἱπποκράτην τε τὸν Ἀρίφρονος στρατηγοῦντα ἐπὶ Δηλίῳ, καὶ ὕστερον ἐν Θεσσαλίᾳ Λεωσθένην: *Et ipſe quidem Cleombrotus in primâ acie fortiter dimicans occubuit. Plerumq́ ſanè in magnis cladibus Numen ducem ante alios è medio tollere ſolet: ſicuti & Athenienſibus Hippocratem Ariphronis filium ad Delium, iiſdem in Theſſaliâ Leoſthenem eripuit.* Nixaq; experientiæ ſuſtentaculo interrogatio Beati Chryſoſtomi in caput VI. Matthæi, Homilia XXI: Ὅταν γὰρ ὁ κυβερνήτης ὑποβρύχιος γένηται, καὶ ὁ λύχνος σβεσθῇ, καὶ ὁ ἡγεμὼν αἰχμάλωτος γένηται, ποία λοιπὸν ἔσται τοῖς ὑπηκόοις ἐλπίς; *Quando enim lucerna extinguitur, quando gubernator mergitur, quando dux ipſe capitur, quæ tandem ſubditis ſupererit ſpes ſalutis?* Plenum proin ſapientiæ conſilium Iſocratis, Epiſtolâ ad Philippum Macedoniæ regem: Ἡγοῦμαι δέ σοι συμφέρειν μιμεῖσθαι τὰς πόλεις, ὃν τρόπον διοικοῦσι τὰ περὶ τοὺς πολέμους. ἅπασαι γὰρ, ὅταν στρατόπεδον ἐκπέμπωσιν, εἰώθασι τὸ κοινὸν καὶ τὸ συμβουλευόμενον ὑπὲρ τῶν ἐνεστώτων, εἰς ἀσφάλειαν καθιστάναι. διὸ δὴ καὶ συμβαίνει μηδεμιᾶς ἀτυχίας συμπεσούσης, ἀναιρεῖσθαι καὶ τὴν δύναμιν αὐτῶν, ἀλλὰ πολλὰς ὑποφέρειν δύνασθαι συμφορὰς, καὶ πάλιν ἑαυτὰς ἐκ τούτων ἀναλαμβάνειν. ὃ καὶ σὲ δεῖ σκοπεῖν, καὶ μηδὲν μεῖζον ἀγαθὸν τῆς σωτηρίας ὑπολαμβάνειν, ἵνα καὶ τὰς νίκας τὰς συμβαινούσας κατὰ τρόπον διοικῇς. ἴδοις δ' ἂν καὶ Λακεδαιμονίους, περὶ τῆς τῶν βασιλέων σωτηρίας πολλὴν ἐπιμέλειαν ποιουμένους, καὶ τοὺς ἐνδοξοτάτους τῶν πολιτῶν φύλακας αὐτῶν καταστάσας. οἷς αἴσχιον ἐστιν ἐκείνους τελευτήσαντας περιιδεῖν, ἢ τὰς ἀσπίδας ἀποβαλεῖν. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐκεῖνά σε λέληθεν, ἃ Ξέρξῃ τε τῷ καταδουλώσασθαι τοὺς Ἕλληνας βουληθέντι, καὶ Κύρῳ τῆς βασιλείας ἀμφισβητήσαντι συνέπεσεν. ὁ μὲν γὰρ τηλικαύταις ἥτταις καὶ συμφοραῖς περιπεσὼν, ἡλίκας οὐδεὶς ἄλλος οἶδε γενομένας, διὰ τὸ περιποιῆσαι τὴν αὑτοῦ ψυχὴν, τήν τε βασιλείαν κατέσχε, καὶ τοῖς παισὶ τοῖς ἑαυτοῦ παρέδωκε: καὶ τὴν Ἀσίαν οὕτω διῴκησεν, ὥστε μηδὲν ἧττον αὐτὴν εἶναι φοβερὰν, ἢ πρότερον. Κῦρος δὲ νικήσας ἅπασαν τὴν βασιλέως δύναμιν, καὶ κρατήσας τῶν πραγμάτων διὰ τὴν αὑτοῦ προπέτειαν, οὐ μόνον αὑτὸν ἀπεστέρησε τηλικαύτης δυναστείας: ἀλλὰ καὶ τοὺς συνακολουθοῦντας εἰς τὰς ἐσχάτας συμφορὰς κατέστησεν. ἔχοιμι δ' ἂν παμπληθεῖς εἰπεῖν, οἳ μεγάλων στρατοπέδων ἡγεμόνες γενόμενοι, διὰ τὸ προδιαφθαρῆναι, πολλὰς μυριάδας αὑτοῖς συναπώλεσαν: *Eam potius in gerendis bellis rationem tibi ſequendam cenſeo, quâ vrbes vtuntur. Nam hæ omnes, quum aliquo mittunt exercitus, Rempublicam & Senatum de rebus deliberantem, in tuto collocare ſolent. Vnde id etiam euenit, vt, ſi qua plaga fuerit accepta, non tamen vnà vires omnes amittant: ſed & multas clades perferre & opes ſuas recuperare poſſint. Quod & tibi propoſitum eſſe*

tum eſſe

tum eſſe debet: neq; vllum ſalute maius eſſe bonum, exiſtimandum: vt etiam victorijs, quæ contigerint, rectè vti queas. Non vides quanta ſit Lacedæmoniorum de regum incolumitate ſolicitudo? adeò vt clariſſimi quique cives eos tueri ſoleant: quibus turpius eſt à capite regis pericula non depuliſſe, quàm clypeum abieciſſe. Neq; illa etiam ignoras, quæ Xerxi Græcos opprimere ſeruitute conato, & Cyro Perſicum regnum ſibi vendicare aggreſſo, acciderunt. Alter enim tantis prælijs victus, tot cladibus affectus, vt nullum ſimile exemplum quiſquam norit; tamen quia vitam conſeruarat, non ipſe modo regnum recuperauit, ſed idem filius ſuis reliquit; & Aſiam ita firmauit, vt nihilominus ſit, quam prius formidanda. Cyrus autem, victis omnibus regis exercitibus, cùm ſummâ rerum potitus eſſet: temeritate ſuâ non ſeipſum duntaxat tanto imperio priuauit, ſed & milites ſuos in extremum diſcrimen adduxit. Innumeros commemorare poſſem, qui, quum maximorum exercituum duces eſſent, quia ipſi immaturè perierunt, vnà ſecum innumeros in exitium traxerunt. Sic ſatis verboſè Græculus ille ſenex. At Laconicè Panegyriſta Conſtantino Cõſtantii filio: *Cladem ſuam, quamuis multi pereant, vulgus ignorat. compendium eſt devincendorum hoſtium, duces ſuſtuliſſe.* Nec ineptè Quintilianus Declam. CCCXVII: *Quantum Reſp. detrimenti, quantum lacrimarum, quantum luctus amiſſo duce haberet, & fractis militum animis, & inclinatâ in poſterum ſpe?* Quid ni? Legimus apud Silium lib. x. verſu. 309:

Poſtquam ſpes Italum menteſq; in Conſule lapſa,
Ceu truncus capitis; ſæuus exercitus armis
Sternitur, & victrix toto furit Africa campo.

Comparatio elegans, ſed & vera. Vnde apud Polyænũ libro III: Ἰφικράτης τὴν σύνταξιν τῶν στρατοπέδων εἴκαζε τῷ σώματι· θώρακα ἐκάλει τὴν φάλαγγα· χεῖρας τοὺς ψιλοὺς· πόδας, τὴν ἵππον· κεφαλὴν τὴν στρατηγόν. τὰ μὲν δὴ ἄλλα, ὅταν ἐπιλείπῃ, χωλὸν, καὶ πηρὸν τὸ στρατόπεδον. ὅταν δὲ ὁ στρατηγὸς ἀπόληται, τὸ πᾶν ἄχρηστον γίνεται: *Iphicrates ordinationem exercituum humano corpori aſſimilabat. Pectus phalangem appellabat, manus levis armaturæ milites, pedes equitatum, caput ducem. Reliquorum aliquod ſi deſit, claudum & mancum exercitum eſſe: ſin deficiat dux, totum inutilem diſcedere.* Nihil dicere præter verum patet ex iſtis Curtij libr. IV: *Interim ad Mazæum ſuperati regis fama pervenerat. itaq; quamquam validior erat, fortunâ tamen partium territus, perculſis languidius inſtabat. Parmenio ignorabat quidem cauſſam ſuâ ſponte pugnæ remiſſæ, ſed occaſione vincendi ſtrenuè eſt vſus &c.* De Coſſo quoque Livius, lib. IV: *Caput q; abſciſſum victor ſpiculo gerens, terrore caſi regis hoſtes fundit. Itaq; equitum quoq; fuſa acies, quæ vna fecerat anceps certamen.* De Romanis à Tarentino impugnatis idem lib. XXVI: *Ita in medio circumuenta Romana nauis capitur. hinc ceteris terror iniectus, vt præ-*

toriam nauem captam vidére, fugientesq́; paſſim, alia in alto merſa, alia in terram remis abrepta mox præda fuere. Sed & cæſo Flaminio ſcribit idem Patauinus lib. XXII: *Spoliare cupientem triarij obiectis clypeis arcuere. Magna partis fuga inde primum capit: & iam nec lacus, nec montes obſtabant pauori. per omnia arcta præruptaq́; veluti cæci euadunt; armaq́; & viri ſuper alium alij præcipitantur. pars magna, vbi &c.* Tranſcriptionem quoque meretur lemma Epitomæ libri LXXV: *L. Porcius Conſul rebus proſperè geſtis, fuſisq́; aliquoties Marſis, dum caſtra eorum expugnat, cecidit. ea res hoſtibus victoriam eius prælij dedit.* Inde, tanquam ſi axioma eſſet, pronuntiat idem Liuius de morte Genutij trib. pleb. lib. II: *Tandem qui obuerſati veſtibulo tribuni fuerant, nuntiant domi mortuum eſſe inventum. quod vbi in totam cōcionem pertulit rumor; ſicut acies funditur duce occiſo, ita dilapſi paſſim alij alio.* Iure igitur Anguem heîc imitetur exerçitus noſter, ὅπως γὰρ ἂν περιστάσεσι καὶ πληγαῖς ὁ ὄφις συνέχηται, τὴν ἑαυτοῦ φυλάττει κεφαλὴν ἀβλαβῆ: *Etenim quibuſcumq́; aduerſis caſibus ac plagis ſerpens prematur, incolume atque illæſum caput ſervat*: Iſidorus Peluſiota libro I. Epiſt. CXXXVI. Qui idem tamen etiam æmulabitur venatores margaritarum Indicarum ducem ſuum ſequentium; quorum mentio Aeliani lib. XV. de Animal. cap. VIII: Ἀγώνισμα δὲ ἄρα ποιοῦνται συλλαβεῖν αὐτὸν οἱ κολυμβηταὶ οἱ ὕφυδροι. τούτου γὰρ ᾑρημένου, καὶ τὴν ἀγέλην αἱροῦσι πᾶσαν, ἐρήμην, ὡς ἂν εἴποι τις, καὶ ἀπροστάτευτον οὖσαν. ἀτρεμεῖ γὰρ καὶ οὐκ ἔτι πρόεισιν οἷα δήπου ποίμνη τὸν νομέα ἀφῃρημένη κατά τινα τύχην ἐχθράν. ἕως δὲ διαδιδρᾷ καὶ μάλα γε σοφῶς ἐξελίττει, καὶ προηγεῖ), καὶ σώζει τὸ ὑπήκοον: *Summa contentione vrinatores ideò certant ad capiendum gregis ducem, quod eo capto, cunctum gregem rectione orbatum, non loco ſe mouentem, aſſequuntur: quàm diu quidem rex fugiendo elabi poteſt, ſapienter eas regit, & conſeruat &c.* Quippe cùm in ductore militum adhuc longius ſe extendat ea vis; ac mors eius vel mendacio ficta vel falsò credita exercitum vnà penè exanimet. Notabilis caſus Pyrrhi qui arma ſua regia alterĩ induerat, apud Plutarchum in vita eius: Καὶ γὰρ ἡ διάμειψις τῶν ὅπλων ἐν καιρῷ πρὸς σωτηρίαν αὐτοῦ γέγονεν, ἢ τοῦ βασιλέως ὀλίγου ἐδέησεν ἀνατρέψαι τὰ πράγματα καὶ διαφθεῖραι τὴν νίκην. πολλῶν γὰρ ἐφιεμένων τοῦ Μεγακλέους, ὁ πρῶτος πατάξας καὶ καταβαλὼν αὐτὸν ὄνομα Δεξόος, ἀφαρπάσας τὸ κράνος καὶ τὴν χλαμύδα, τῷ Λαιβίνῳ προσίππευσεν, ἀναδεικνύων ἅμα καὶ βοῶν ἀνῃρηκέναι τὸν Πύρρον. ἦν οὖν παρὰ τὰς τάξεις τῶν λαφύρων περιφερομένων καὶ ἀναδεικνυμένων, τοῖς τε Ῥωμαίοις χαρὰ μετ᾽ ἀλαλαγμοῦ, καὶ τοῖς Ἕλλησιν ἀθυμία καὶ κατάπληξις. ἄχρις οὗ μαθὼν ὁ Πύρρος τὸ γιγνόμενον παρήλαυνε γυμνῷ τῷ προσώπῳ, τήν τε δεξιὰν ὀρέγων τοῖς μαχομένοις καὶ τῇ φωνῇ σημαίνων ἑαυτόν: *Etenim armorum commutatio in tempore fuit quidem regi ſalutaris, verum res eius penè euertit, & conuulſit victoriam. Siquidem quum peterent multi Megaclem, qui princeps eum*

ceps eum perculſit & proſtrauit mortuum, Dexter nomine, caſſide detractâ & chlamyde aduolat ad Albinum, oſtendens ſimul ea & vociferans interfeciſſe ſe Pyrrhum. Dum ita per ordines transferuntur & oſtentantur ea ſpolia; exultantes Romani tollunt clamorem; Græcos perplexitas & conſternatio occupat, quousque cognitâ re Pyrrhus nudo capite obequitat aciem, dextram porrigens prœliantibus, & qui eſſet, voce ſignificans. Nec immemorabile iſtud de Scipione Liuii libro XXV: *Pugnanti hortantiq; imperatori & offerenti ſe vbi plurimus labor erat, latus dexterum lanceâ traijcitur: cuneusq; is hoſtium, qui in confertos circa ducem impetum fecerat, vt exanimem labentemq; ex equo Scipionem vidit, alacres gaudio cum clamore per totam aciem nuntiantes diſcurrunt, imperatorem Rom. cecidiſſe. Hac peruagata paſſim vox, vt & hoſtes haud dubiè pro victoribus, & Romani pro victis eſſent, fecit. Fuga confeſtim ex acie duce amiſſo, fieri cœpta eſt.* Quæ cùm ita ſint, nemini ambiguum eſt, vtiliſſimū eſſe quod inſtillat Duci Onoſander cap. XXIII. nempe ſi norit aduerſariorum ducem curare in parte diuerſâ clarè vociferare, ſic ut uterque exercitus exaudiat, Τέθνηκεν ὁ τῶν πολεμίων στρατηγός: *Occubuit hoſtium Imperator.* cuius rationes ibidem vide. Nam non defuiſſe qui id etiam fecerint, docemur ex Frontini Stratagematis lib. II. cap. IV: *Val. Læuinus aduerſus Pyrrhum, occiſo quodam gregali, tenens gladium cruentum, exercitui vtriq; perſuaſit Pyrrhum interemptum. Quãobrem hoſtes deſtitutos ſe ducis morte credentes, conſternati à mendacio, ſe pauidi in caſtra receperunt.* Eodem penè effectu Iugurtha apud Salluſtium: *Dein Numida cognito Bocchi aduentu, clam cum paucis ad pedites conuertit. Ibi Latinè (nam apud Numantiam loqui didicerat) exclamat, noſtros fruſtra pugnare; paulò ante Marium ſuâ manu interfectum. ſimul gladium ſanguine oblitum oſtendere, quem in pugnâ ſatis impigrè occiſo pedite noſtro cruentaverat. Quod vbi milites accepere, magis atrocitate rei, quàm fide nuncij terrentur: ſimulq; barbari animos tollere & in perculſos Romanos acriùs incedere. Iamq; paulatim à fugâ aberant, cum &c.* Pernicioſior hæc opinio Parthis, de quibus ſic Tacitus lib. VI. Annal: *Inter quæ Pharaſmanes Orodeſq; dum ſtrenuis adſunt, aut dubitantibus ſubueniunt, conſpicui, eoq; gnari, clamore, telis, equis concurrunt. Inſtantius Pharaſmanes. nam vulnus per galeam adegit, nec iterare valuit, prælatus equo, & fortiſſimis ſatellitum protegentibus ſaucium. Fama tamen occiſi falsò credita, exterruit Parthos, victoriãq; cõceſſere.* Acq; exitioſa caſtris Scleri, cuius meminit tomo III. Zonaras: Καὶ πρῶτος ἔφθη παίσας τὸν Φωκᾶν ὁ σκληρὸς, ὡς μὲν ἔνιοι λέγουσι, κορύνῃ κατὰ τῆς κεφαλῆς ὡς δ᾽ ἕτεροι, ξίφος ἐπανατείνας αὐτῷ, τοῦ δὲ κλιθέντος πρὸς θάτερον μέρος, καὶ τὴν πληγὴν ἐκκλίναντος, ἔφθασε τὸ τοῦ ξίφους ἄκρον τὸ οὖς ἐκτεμεῖν τοῦ ἵππου τοῦ Φωκᾶ. ὁ δέ γε Φωκᾶς ἀντέπληξε τὸν σκληρὸν κορύνῃ κατὰ τῆς κεφαλῆς, καὶ ὁ πληγεὶς σκοτοδινιάσας τῷ τοῦ ἵππου τραχήλῳ ἐπέπεσεν, ὃν οἱ περὶ

Digitized by Google

αὐτὸν κακῶς ἔχοντα θεασάμενοι, καὶ τῷ ἐκ τῆς πληγῆς αἵματι πεφυρμένον περιστάντες συνέχον, καὶ ἀπήγαγον εἰς πηγὴν ἀνακτησόμενοί τι λειποψυχοῦντα τὸν ἄνδρα τῷ ὕδατι, καὶ τὸ καταρρέον τοῦ αἵματος ἀπορρύψαντες, καὶ τοῦ ἵππου ἐκεῖνον ἀποβιβάσαντες, ἐποίουν τὰ εἰρημένα. ἐν τούτῳ δὲ ὁ ἵππος ὁ τοῦ Σκληροῦ τὸν κατέχοντα ἐκφυγὼν, καὶ ἀποσκιρτήσας ἐπιβάτου χωρὶς, ἐκρόαινεν ἀνὰ τὸ στρατόπεδον αἵματι τὴν χαίτην διάβροχος, ὃν ἰδόντα τὰ τοῦ Σκληροῦ στρατεύματα (ἐπίσημος γὰρ ἦν ὁ ἵππος, κεκλημένος αἰγύπτιος) καὶ οἰηθέντα πεσεῖν τὸν αὐτῶν ἡγεμόνα, ἀκρατῶς ὡρμήκεσαν πρὸς φυγήν. κατανοήσας δὲ τὸ γινόμενον ὁ Φωκᾶς, ἐπέθετο τοῖς φεύγουσι, τοὺς οἰκείους παραθαρρύνας, καὶ πολλοὶ μὲν ἀνῃροῦντο ἀπὸ τῶν ἀντιπολεμίων, πολλοὶ δὲ καὶ ἡλίσκοντο, πλείους δὲ ὑπ' ἀλλήλων ἐκτείνοντο συμπατούμενοι: *Sclerus prior, vt quidam tradunt, clauam in Phocæ caput impegit: vt alij, enſem in eum librauit, qui cum ictum declinaſſet, extremo enſe aurem equi eius reſecuit. At Phocas contra Scleri capitis clauam ita illiſit, vt obortâ vertigine in equi collum prolapſum & cruentatum ſatellites eriperent, ac deſtitutum viribus equo depoſitum, ſanguine abſterſo ad fontem recrearent. Intereà eius equus, dum illi hac cura occupantur, elapſus eius manibus à quo tenebatur, ſine ſeſſore in caſtris iubâ ſanguine manante exultans, effecit vt Scleri exercitus eo agnito (inſignis enim erat, nomine Ægyptius) ducem cecidiſſe putans, effusè fugeret. Quâ occaſione Phocas arreptâ, ſuoſq; cohortatus fugientes perſequitur, multos cædit, multos capit: plures etiam à ſe inuicē conculcati, perierunt.* Sic ille; quibus ſubnectenda iſthæc Dionyſij de Romulo, relato quidem ob vulnus intra mœnia, ſed ſtatim redeunte ad ſuos, libro ſecundo Antiquitatum: Καὶ τοῦ Ῥωμύλου (ῥᾷον γὰρ ἤδη ἐκ τοῦ τραύματος ἐκβεβοηθηκότος ὡς εἶχε τάχους, ἐγένετο ἀντίστροφος ἡ τοῦ ἀγῶνος τύχη, καὶ πολλὴν ἔχουσα τὴν μεταβολήν. οἱ μέν γε φεύγοντες, ὡς τὸν ἡγεμόνα ἐκ τοῦ ἀπροσδοκήτου εἶδον, ἀναλαβόντες ἑαυτοὺς ἐκ τοῦ προτέρου δέους, εἰς τάξιν καθίσταντο, καὶ οὐκ ἔτι ἀνεβάλλοντο μὴ ὁμόσε τοῖς ἐχθροῖς χωρεῖν· οἱ δὲ τέως κατείργοντες αὐτοὺς, καὶ μηδεμίαν οἰόμενοι μηχανὴν εἶναι τὸ μὴ οὐ κατὰ κράτος τὴν πόλιν αὐτῶν ἁλῶναι, ἐπειδὴ τὸ αἰφνίδιόν τε καὶ παράδοξον ἐθεάσαντο τῆς μεταβολῆς, περὶ σωτηρίας αὐτοὶ ἑαυτῶν ἐσκόπουν: *Cumque Romulus, qui ſe iam recollegerat ex vulnere, ad opem ſuis ferendam celeritate quantâ poterat maximâ ex vrbe aduolaret; confeſtim mutata eſt fortuna partium: qui enim modò fugiebant, vt ducem ſuum ex inſperato viderunt, receptus è recēti metu animis, ordinibuſque inſtauratis, ſine morâ manus cum inſtantibus conſeruerunt: & qui fugientes intra mœnia compellebant, nec vllum obſtare machinamentum putabant quò minus vrbe vi potirentur, ad tam repentinam & inopinatam mutationem ipſi de ſua ſalute circumſpicere cœperunt.* Quin ſolo vulnere Ducis labi animis militem, etiam abundè confirmet vnica hiſtoria Liuii. Libro enim III viſitur: *Vulnere accepto agrè à circumſtantibus arreptus, & ſuorum animos turbauit, & ferociores hoſtes fecit.* Lib. XXI: *Vt verò An-*

rò Annibal ipſe, dum murum incautius ſubit, aduerſum femur tragulâ grauiter ictus cecidit; tanta circa fuga ac trepidatio fuit, vt non multum abeſſet, quin opera ac vineæ desererentur. Eodem adhuc: *Equeſtre prælium interim commiſſum: in quo quia Annibal ſaucius pugna exceſſit, pauore hoſtibus iniecto, defenſum egregiè præſidium eſt.* Lib. XXIV: *Ibi ſignis collatis pugnatum per quatuor fermè horas; egregieq́; vincentibus Romanis ſignum receptui datum eſt; quod Cn. Scipionis femur tragula confixum erat; pauorq́; circa eum ceperat milites, ne mortiferum eſſet vulnus.* Lib. XXVI: *Et ſuppreſſit impetum Romanorum vulnus Imperatoris Appij Claudij; cui ſuos ante prima ſigna adhortanti, ſub læuo humero ſummum pectus gæsâ ictum eſt.* Lib. XXVII: *Non tamen omiſere pugnam Fregellani, donec integri Conſules hortando, ipſiq́; ex parte pugnando rem ſuſtinebant. Sed poſtquam vulneratos ambos Coſſ. Marcellum etiam transfixum lanceâ prolabentem ex equo moribundum videre; tum & ipſi &c.* Poſt aliquammulta: *Annibal magnum terrorem hoſtibus morte Conſulis vnius, vulnere alterius iniectum eſſe ratus; ne cui deeſſet occaſioni &c.* Lib. XXX: *Sed donec ſtetit ante ſigna Mago, gradum ſenſim referentes ordines tenorem pugnæ ſeruabant. poſteaquam femore transfixo cadentem, auferriq́; ex prælio propè videre, extemplo in fugam omnes conuerſi &c.* Sed ne vnius teſtimonij auctoritate ſtare videamur; ſubveniemus ipſi voce Taciti, libro V. Hiſtor: *Ac fortè Ciuilis lapſu equi proſtratus: creditâ per vtrumq́; exercitum famâ, vulneratum aut interfectum; immanè quantum ſuis pauoris, & hoſtibus alacritatis indidit.* Aduocabitur item Xenophon lib. VII. Ἑλληνικῶν: Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι μάλα ἀθύμως εἶχον, τετρωμένον μὲν ὁρῶντες τὸν Ἀρχίδαμον, ἀκηκοότες δὲ τὰ ὀνόματα τῶν τεθνηκότων, ἀνδρῶν τε ἀγαθῶν καὶ σχεδὸν τῶν ἐπιφανεστάτων: *E contra Lacedemonii perquàm deiectis erant animis, qui vulneratũ Archidamum cernerent, & interfectorum audijſſent nomina, virorum fortium ac prope clariſſimorum.* Circumſpectè. nam etiam cuiuslibet præfecti præterea egregij mors exercitui noxia. Liuius lib. II. de L. Fabio: *Senſit vtraq́; acies vnius viri caſum; cedebatq́; inde Romanus.* Dixi quod volui, ſimulatq; appẽdiculę vicẽ præſtiterit D. Chryſoſt. Homil. III. ad Theſſal. I. ca. III: Οὐ γὰρ οὕτως ἐπὶ τοῖς οἰκείοις πειρασμοῖς, ὡς ἐπὶ τοῖς τῶν διδασκάλων θορυβοῦνται· οὐδὲ γὰρ οὕτως ἐπὶ τῶν οἰκείων θορυβεῖται πειρασμῶν στρατιώτης, ὡς ὅταν τὸν στρατηγὸν ἴδῃ βεβλημένον: *Non tam diſcipuli ſuis quàm magiſtrorum conturbantur tentationibus: neque enim miles adeo conturbatur ſuis tentationibus, vt quandum viderit ſauciatum Ducem.* Obſignabit autem hæc omnia character Ioſephi, qui, narrato penè occiſum Dauidẽ ab Acmone, ſubiicit lib. VII. c. X. Antiq: Ἤνεγκε δ' ἐπὶ τῷ παρ' ὀλίγον κινδυνεῦσαι τὸν βασιλέα χαλεπῶς τὸ πλῆθος· καὶ οἱ ἡγεμόνες ὥρκωσαν αὐτὸν μηκέτι μάχην ἀπαντῆσαι σὺν αὐτοῖς, μὴ δι' ἀνδρείαν καὶ προθυμίαν παθών τι τῶν δεινῶν, στερήσῃ τὸν λαὸν τῶν δι' αὐτὸν ἀ-

γαθῶν, ὅσα τε ἤδη παρέσχηκε, καὶ ὅσων ἔτι μεθέξειν πολλῶ βιώσαντος χρόνον: *Quo Regis periculo grauiter commotus eſt exercitus, & duces iureiurando eum deuinxerunt, ne in poſterum cum alijs intereſſet prælio, ne, ſi propter fortitudinem & audaciam humanam aliquid ei contingeret, populus eâ fælicitate, quã ex ipſius adminiſtratione percipiebat, orbaretur.* Hinc nihil antiquius prudentioribus, quàm Ducis occiſi corpus occultare. De Petilio Coſ. Livius lib. XLI: *Ipſe dum incautius ante ſigna obuerſatur, miſſili traiectus cecidit. Nec hoſtes ducem occiſum ſenſerunt; & ſuorum pauci qui viderant, haud negligenter; vt qui in eo victoriam verti ſcirent, corpus occultavere.* Nec aliter capienda eiuſdem auctoris lib. III: *Iam in veſtibulum perruperant templi, cum P. Valerius inter primores pugnam ciens interficitur. P. Volumnius Conſularis vidit cadentem. is dato negotio ſuis, vt corpus obtegerent, ipſe in locum vicemque Conſulis prouolat: præ ardore impetuq́; tanta rei ſenſus non pervenit ad militẽ. prius vicit quã ſe pugnare ſine duce ſentiret.* Quæ poſtrema minimè oſcitanter prætereunda. vix enim inveniemus viciſſe ſine duce militẽ, niſi irâ & indignatione ita recenti, vt ſenſum mali ſui minimè aut ſentiret aut perpenderet. Polybius lib. II: Ἐν δὲ τούτῳ τῷ καιρῷ συνέβη Γάϊον μὲν τὸν ὕπατον παραβόλως ἀγωνιζόμενον, ἐν χειρῶν νόμῳ τελευτῆσαι τὸν βίον, τὴν δὲ κεφαλὴν αὐτοῦ πρὸς τοὺς βασιλέας ἐπαναχθῆναι τῶν κελτῶν. τοὺς δὲ τῶν ῥωμαίων ἱππεῖς κινδυνεύσαντας ἐρρωμένως, τέλος ἐπικρατῆσαι τοῦ τόπου, καὶ τῶν ὑπεναντίων: *Hoc in loco C. Atilius Conſul temerè & audacter dimicans occiditur, caput eius ad Gallorum reges delatum. Romanorum equites haud ob eam rem cecidere animis, ſed longè atrocius prælio incumbentes tandem non ſolum collem tutati ſunt, verum etiam Gallorum equitatum omnem fuderunt.* Liuius libro IX: *In Imperatorem Samnitium, inſignem inter ſuos cientem pugnã magiſter equitum Romanus infeſtâ cuſpide ita permiſit equum, vt vno ictu exanimem equo præcipitaret: nec vt fit, ad ducis caſum perculſa magis quàm irritata eſt multitudo omnis.* Curtius de Alexandro, qui ſaltu in vrbem hoſtiũ plenam ſe demiſerat, lib. IX: *Inter hæc ad Macedones, regem cecidiſſe, fama perlata eſt. Terruiſſet alios, quod illos incitauit. namq́; periculi omnes immemores, dolabris perfregere murum &c.* Hæc tamen victoria adeò rarò accidit, vt non iam hominibus, ſed Numini ipſi adſcriberetur. Liuius lib. X. de P. Decio: *Hæc exſecratus in ſe, hoſtesq́; quà confertiſſimam cernebat Gallorum aciem, concitat equum; inferensq́; ſe ipſe, infeſtis telis interfectus eſt. Vix humanæ inde opis videri pugna potuit. Romani duce amiſſo; quæ res terrori alias eſſe ſolet; ſiſtere fugam, ac nouam de integro velle inſtaurare pugnam.* Hinc & nata fabula de Codro: *Erant inter Athenienſes & Dorienſes ſimultatum veteres offenſæ: quas vindicaturi bello Dorienſes, de eventu prælij oracula conſuluerunt. Reſponſum, ſuperiores fore ni regem Athenienſium occidiſſent &c.* Con-

ſulatur

ſulatur Iuſtinus lib. II: nam ſatis viſus ſum probaſſe quod volui; ei certè iuueni, cui aliquid ſalit *læua in parte mamillæ*.

Ij ſunt quos proximo anno, vnam legionem furto noctis aggreſſos, clamore debellaſtis.

In vita Agricolæ.

Lectione Plinij lib. IX. cap. LXII: *Polypum in tantum locuſta pauet, vt ſi iuxta viderit, omnino moriatur*: rediit in memoriam Epigramma Crinagoræ lib. I. Anthol. cap 5.

Αἴαντος παρὰ τύμβον ἀταρβήτοιο παραστὰς
    Φρύξ, ἐπέων κακῆς ἦρχεν ἐπεσβολίης.
Αἴας δ' οὐκ ἐπι μίμνεν, ὁ δ' ἀντεγέγωνεν ἔνερθε·
    Μίμνειν δ' οὐκ ἔτλη ζωὸς ἀποφθιμένου.
Aiacis apud tumulum intrepidi adſtans
    Phryx, verbis mala incipiebat conuitia.
Aïax verò non amplius ſuſtinuit; ſed reclamauit ab inferis.
    Expectare autem non ſuſtinuit viuus mortuum.

Quod ipſum ſi cui fortè habendum putidę vanitatis; eandem notam nō huic ſolùm adfiget, ſed pluribus auctorib. claſſicis: quorū aliquot ſubnotabo fidei causâ. De Homero ſanè teſtatur Dio Chryſoſt. Or. II. de regno: Ὅτε Ἀχιλλεὺς φθεγξάμενος μόνον πρὶν ὀφθῆναι, τροπὴν ἐποίησε τῶν Τρώων, καὶ δώδεκα ἀνδράσιν αἴτιος ὑπῆρξεν ὀλέθρου περὶ τοῖς αὐτῶν ἅρμασι καὶ ὅπλοις: *Et Achilles vocem duntaxat emittens, priuſquam conſpiceretur, in fugam vertit Troianos, & viris duodecim cauſſam mortis præbuit, circa ipſorum currus & arma.* Verum eſt; pluribuſque verſibus reperias Iliados Σ. Expreſſit & ſimile quid grauitas Romana. Paulus certè tanti facit Annibalem, vt quærat apud Silium, libro Punic. IX. verſu 50:

Nonne vides, cum vicinis auditur in aruis,
Quàm ſubitus linquat pallentia corpora ſanguis?
Quamq́; fluant arma ante tubas?

Quare non tam cauſſæ ſuæ ſeruiunt Imperatores quàm veritati, cùm perſuadent militi ſuo *exarmandos aduerſarios ſolo clamore*. Boudicea de Romanis, apud Tacitum lib. XIV. Annal: *Ne ſtrepitum quidem & clamorē tot millium, nedum impetus & manus perlaturos.* Seuerus de Syris apud Herodianum lib. II: Δοκίμιον δὲ στρατιωτῶν, κάματος, ἀλλ' οὐ τρυφή· ἧπερ ἐκεῖνοι ἐγκραιπαλῶντες πῶς ἐναυξηθέντες, οὐδ' ἂν τῆς βοῆς ὑμῶν ἀνάσχοιντο, οὔτι γε τῆς μάχης: *Etenim labore miles probatur, non mollitudine: quâ illi exſaturati atq́; innutriti, ne vocem quidem noſtram, nedum pugnam, poterunt ſuſtinere.* Sæpius

Digitized by Google

autem clamore iſto fugatos milites; cẽtum locis prodidit Livius: è quibus modò occurrunt, Lib. I: *Fuſi primo impetu & clamore hoſtes.* Lib. VIII: *Cum hoſtes ab ſuperioris etiam certaminis memoriâ pavidos, clamore atq; impetu primo fudiſſet, mœnia &c.* Lib. X: *Nec ſuſtinuiſſent primum clamorem atq; impetũ Romanorum, per aliquot iam annos vinci aſſueti, ni potentior alius metus &c.* Lib. XXV: *Itaque haud magna vis certaminis fuit primus clamor atq; impetus rem decreuit.* Lib. XXVI: *Ergo effeciſſe, vt feroces & inquieti inter ſocios, ignaui & imbelles inter hoſtes eſſent: nec impetum modò Pœnorum, ſed ne clamorem quidem ſuſtinere poſſent.* Lib. XXXIV: *Vix clamorem eorum, nedum impetum Sueſſetani tulerunt.* Lib. XXXVIII: *Galli ne primum quidem impetũ & clamorẽ Romanorũ tulerunt.* Nihil igitur quã ipſam rem refert apud Tacitũ Agricola, cùm ait de Britannis: *Ii ſunt quos proximo anno clamore debellaſtis.* Maximum enim momentũ in conſonis illis vocibus, coniectemur ex his Xenophontis, vbi Græcos ſuos alloquitur Cyrus lib. I. Ἀναβασ: Τὸ μὲν πλῆθος πολὺ, καὶ πολλῇ κραυγῇ ἐπίασιν. ἂν δὲ ταῦτα ἀνάσχησθε, τ᾽ ἄλλα καὶ αἰσχύνεσθαί μοι δοκῶ, &c. *Hoſtium multitudo ingens eſt, & ingenti cum clamore adverſarios inuadunt. quæ ſi pertuleritis, ceterorum vos ipſos pudebit ſat ſcio.* Item ex iſtis Livij lib. XXIX: *Cælius, vt abſtinet numero; ita ad immenſum multitudinis ſpeciem auget. volucres ad terram delapſas clamore militum ait &c.* Quod ipſum ſæpe fieri, tradidit præter alios etiam Plutarchus; additis item cauſſis in vitâ Flaminij: Τὸ δὲ πολλάκις λεγόμενον εἰς ὑπερβολὴν τῆς φωνῆς καὶ μέγεθος ὤφθη τότε. κόρακες γὰρ ὑπερπετόμενοι κατὰ τύχην, ἔπεσον εἰς τὸ στάδιον. αἰτία δὲ, ἡ τοῦ ἀέρος ῥῆξις. ὅταν γὰρ ἡ φωνὴ πολλὴ καὶ μεγάλη φέρηται, διασπώμενος ὑπ᾽ αὐτῆς οὐκ ἀντερείδει τοῖς πετομένοις, ἀλλ᾽ ὀλίσθημα ποιεῖ, καθάπερ κενεμβατοῦσιν· εἰ μὴ νὴ Δία, πληγῇ τινι μᾶλλον, ὡς ὑπὸ βέλους διελαυνόμενα, πίπτει καὶ ἀποθνήσκει. δύναται δὲ καὶ περιδίνησις εἶναι τοῦ ἀέρος, οἷον ἑλιγμὸν ἐν πελάγει. καὶ πάλιν ῥύμην τοῦ σάλου διὰ μέγεθος λαμβάνοντος: *Quod autem de exuperante & grandi voce commemoratur, tunc fuit conſpectum: corvi enim fortè ſupervolitantes delapſi ſunt in ſtadium. In cauſa eſt diviſura aëris: quum enim multa & elata vox mittitur, diuulſus ab ea non ſuſtinet volucres, ſed lapſum efficit, ſicut evenit per loca vacua euntibus. Niſi ſanè ictu potius, velut telo traiectæ decidunt & emoriuntur. Poteſt etiam turbo eſſe in aëre, quaſi vorticem in pelago rurſusq; impetum fluctuatione & violentia accipiente.* Sic ille: ad quæ reſpicit idem in Pompeio: Ἐπὶ τούτῳ λέγεται δὲ σχετλιάσαντα τὸν δῆμον, τηλικοῦτον ἀνακραγεῖν, ὥστε ὑπερπετόμενον κόρακα τῆς ἀγορᾶς τυφλωθῆναι καὶ καταπεσεῖν εἰς τὸν ὄχλον. ὅθεν οὐ δοκεῖ ῥήξει τοῦ ἀέρος καὶ διασπασμῷ, κλόνον πολὺν λαμβάνοντος, ἐνολισθαίνειν τὰ πίπτοντα τῶν ὀρνέων, ἀλλὰ τυπτόμενα τῇ πληγῇ τῆς φωνῆς, ὅταν ἐν τῷ ἀέρι σάλον καὶ κῦμα ποιήσῃ πολλὴ καὶ ἰσχυρὰ φερομένη: *Ibi offenſum populum adeò ferunt ſucclamaſſe, vt ſupervolitans*

Digitized by Google

titans foro coruus caligine captus atq; in turbam ſit delapſus. Vnde non probo aëris ſciſſurâ & diuiſione multum agitati labaſcere aues quæ decidunt, ſed vocis percuſſas ictu, quũ effuſè & violenter miſſa motum fluctusq; excitauerit in aëre. Planè ita perturbaſſe animos etiam bene animatorum, vt inuiti quaſi attonarentur, colligere eſt ex eo quod ſcribit Ioſephus, libro III. Ἅλωσ: cap. XVIII: Ἰώσηπος δὲ συνεὶς τὴν ἐπίνοιαν, ἐπὶ μὲν τοῦ μένοντος τείχους, σὺν τοῖς κεκμηκόσιν, ἵστησι τοὺς γηραιοὺς, ὡς μηδὲν ταύτῃ βλαβησομένους. κατὰ δὲ τὰ παρεῤῥωγότα τοῦ τείχους, τοὺς δυνατωτάτους, καὶ πρὸ πάντων ἀνὰ ἓξ ἄνδρας, μεθ' ὧν καὶ αὐτὸς εἰς τὸ προκινδυνεύειν ἐκληρώσατο. ἐκέλευσε πρὸς μὲν τὸν ἀλαλαγμὸν τῶν ταγμάτων ἐπιφράξαι τὰς ἀκοὰς, ὡς μὴ καταπλαγεῖεν: *Ioſephus autem hoc conſilio cognito, per murum quidem integrum labore fatigatos itemq; ſenes diſpoſuit, quaſi lædi non poſſent: in parte verò collapſa validum & potentiſſimum quemq; ſenosq; ante omnes viros, in quibus, & ipſe fuit, ad pericula ſubeunda ſortitus eſt: hisq; præcepit, vt agminum vlulatibus ne metu quaterentur, aures obſtruerent.* Ab hac experientiâ factum putem, vt omnes ferè nationes auſpicarentur pugnam à clamore: tanto quidem magis, quia non eò ſolùm terrerent hoſtes, ſed & ſuorum animos excitarent. Cæſar id notat lib. III: Civil: *Neq; fruſtra antiquitus inſtitutum eſt, vt ſigna vndiq; concinerent, clamoremq; vniuerſi tollerent; quibus rebus & hoſtes terreri, & ſuos incitari exiſtimauerunt.* quam vtramque cauſſam invenias item libro I. cap. XX. Noctium Gellij Atticarum. Arte autem quadam expreſſum à minus barbaris, vt æqualis eſſet, nec interruptus; innuit Liuius lib. XXX: *Ad hoc dictu parua, ſed magni eadem in re gerendâ momenti res, congruens clamor à Romanis, eoq; maior & terribilior. diſſonæ illis, vt gentium multarum diſcrepantibus linguis, voces.* Variè etiam iuuari augerique ſolitum, diſcimus ab hiſtoriis. De Romano memorat Polybius lib. I: Τότε δὴ καὶ τὸ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον κατὰ τὰ παρ' αὐτοῖς ἔθη συνεψόφησαν τοῖς ὅπλοις καὶ συναλαλάξαντες ὥρμησαν ἐπὶ τοὺς πολεμίους: *Romani quoque more patrio armorum ſtrepitum edentes & clamantes, in cõfertiſſimos hoſtes acerrimè concurrunt.* Idem lib. XV: Οἱ μὲν Ῥωμαῖοι κατὰ τὰ πάτρια συναλαλάξαντες καὶ συμψοφήσαντες τοῖς ξίφεσι τοὺς θυρεοὺς, προσέβαλον τοῖς ὑπεναντίοις: *Romani more patrio ſimul vociferantes & gladijs ad ſcuta illiſis ſtrepitum edentes confligunt cum hoſtibus.* De Macedonibus extat Arriani libro I. Ἀναβάσεως: Ὁ δὲ καὶ ἐπαλαλάξαι ἐκέλευσε τοὺς Μακεδόνας καὶ τοῖς δόρασι δουπῆσαι πρὸς τὰς ἀσπίδας· οἱ δὲ Ταυλάντιοι ἔτι μᾶλλον ἐκπλαγέντες πρὸς τῆς βοῆς, ὡς πρὸς τὴν πόλιν ἐπανήγαγεν σπουδῇ τὸ στρατόν: *Tum Alexander clamores edi, haſtisq; ſcuti quati iubet. quo clamore vehementius perculſi Taulantii exercitum celeriter vrbem verſus mouere.* Meminitque de Parthis in Craſſo Plutarchus: Ὡς δ' ἐγγὺς ἐλθόν-

Digitized by Google

το, καὶ σημεῖον ἤρθη παρὰ τοῦ στρατηγοῦ, πρῶτον μὲν ἐπίμπλαντο φθογγῆς βαρεί-
ας καὶ βρόμου φρικώδους τὸ πεδίον. Πάρθοι γὰρ οὐ κέρασιν, οὐδὲ σάλπιγξιν ἐπο-
τρύνουσιν ἑαυτοὺς εἰς μάχην, ἀλλὰ ῥόπτρα βυρσοπαγῆ καὶ κοῖλα περιτείναντες
ἠχείοις χαλκοῖς, ἅμα πολλαχόθεν ἐπιδουποῦσι. τὰ δὲ φθέγγεται βύθιόν τι καὶ δεινὸν,
ὠρυγῇ θηριώδει καὶ τραχύτητι βροντῆς μεμιγμένον· εὖ πως συνεωρακότες ὅτι τῶν
αἰσθητηρίων ἀκοὴ, ταρακτικώτατόν ἐστι τῆς ψυχῆς, καὶ τὰ περὶ ταύτην πάθη τά-
χιστα κινεῖ, καὶ μάλιστα ἐξίστησι τὴν διάνοιαν. Ἐκπεπληγμένων δὲ τῶν Ῥωμαίων διὰ
τὸν ἦχον, ἐξαίφνης τὰ προκαλύμματα τῶν ὅπλων καταβαλόντες, ὤφθησαν αὐτοί τε
φλογοειδεῖς, κράνεσι καὶ θώραξι τοῦ Μαργιανοῦ σιδήρου στίλβοντος ὀξὺ καὶ περιλαμπές: *Vbi appropinquauerunt, & ſignum pugnæ ſublatum à duce eſt, primum gravi ſonitu atq; fremitu terribili compleuerunt campum. Neq; enim cornibus aut tubis claſſicum canunt, ſed clauas ex corio concauas æramentis intentas reſonãtibus pulſant undiq;. Hæ fuſcum clangorem & dirum edunt velut vlulatu beluino & tonitrui aſperitate miſtum. Ac rectè adverterunt ab auditus ſenſu animum turbari maximè, eiusq; ocyſſimè cieri affectus, ac potiſſimum de ſtatu mentem deijci. Eo ſtrepitu expaueſcentibus Romanis repentè abijciunt armorũ integumenta. Tum illi rutilare viſi galeis loricisq; ex Margiano ferro factis coruſcante & refulgente.* Operam ſuam heîc etiam ſæpe eos contuliſſe qui non pugnarent, ſuſpicari eſt ex Frontini libro II. cap. IV: *M. Marcellus cùm vereretur ne paucitatem eius militum clamor detegeret, ſimul lixas caloneſq; & omnis generis ſequelas conclamare iuſſit: atq; ita hoſtem magni exercitus ſpecie exterruit.* Præcipuè cum tradat quoque libro XL. Livius: *Aduerſus incompoſitos ita venientes clamore pariter omnium qui in caſtris erant, calonum quoque & lixarum ſublato, ſimul omnibus portis Romani eruperunt.* Recenſeatque Dio Caſſius lib. XXVI: Πρῶτον μὲν οἱ σαλπιγκταὶ πάντες ἅμα τὸ πολεμικὸν ἀπὸ συνθήματος ἐβόησαν. ἔπειτα δὲ οἵ τε στρατιῶται καὶ ὁ λοιπὸς ὄχλος πᾶς ἐπηλάλαξε. καὶ οἱ μὲν τὰ δόρατα πρὸς τὰς ἀσπίδας, οἱ δὲ καὶ λίθους πρὸς τὰ χαλκᾶ σκεύη προσεπέκρουσαν: *Primo omnium ex compoſito omnes tibicines ſimul claſſicum cecinêre: poſt & milites & cætera turba clamorem bellicum ſuſtulerunt: tum alij haſtis ſcuta, alij ſaxis ærea vaſa percuſſerunt.* Certè ea de causâ requiſitam à milite vocem vaſtam, arguit Plutarchus in Cat. maiore; inter cuius Apophthegmata & hoc: Στρατιώτου δὲ μὴ δεῖσθαι, τὰς μὲν χεῖρας ἐν τῷ βαδίζειν, τοὺς δὲ πόδας ἐν τῷ μάχεσθαι κινοῦντος, μεῖζον δὲ ῥέγχοντος ἢ ἀλαλάζοντος: *Nolle militem ſe, qui inter eundem manus, in pugnãdo moveret pedes: qui ſterteret altiùs quàm in prælio fremeret.* Quibus quid propriè velit, expreſſit idem in Coriolano: Καὶ γὰρ ἦν (ὥσπερ ἠξίου τὸν στρατιώτην ὁ Κάτων) οὐ χειρὶ καὶ πληγῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ τόνῳ φωνῆς καὶ ὄψει προσώπου φοβερὸς ἐντυχεῖν πολεμίῳ, καὶ δυσυπόστατος: *Erat enim qualem eſſe Cato voluit militem, non manu tantum & gladio, verum & vocis contentione & obtutu*

Digitized by Google

obtutu vultus terribilis aſpicienti hoſti atq́; intolerabilis. Porrò, ſæpe auctum clamorem, vel loco, vel tempore, proditum paſſim ſcriptoribus. Loci meminit Curtius lib. III: *Iam in conſpectu, ſed extra teli iactum vtraque acies erat, cùm priores Perſæ inconditum & trucem ſuſtulere clamorem. Redditur & à Macedonibus maior, exercitus impar numero, ſed iugis montium vaſtiſq́; ſaltibus repercuſſus, quippe ſemper circumiecta nemora petræq́;, quantamcumque accepêre vocem, multiplicato ſono referunt.* Neceſſariò. Inde Trogus apud Iuſtinũ lib. XXIV: *Media ſaxi rupes in formam theatri receſſit. Quãobrem & hominum clamor, & ſi quando accedit tubarum ſonus, perſonantibus & reſpondentibus inter ſe rupibus, multiplex audiri, ampliorq́; quàm editur reſonare ſolet. Quæ res maiorem maieſtatis terrorem ignaris rei, & admirationem, ſtupentibus plerumq́; affert.* Arrianus lib. VII. Ἀναβ. Ἀλεξ: Αἱ δὲ ὄχθαι ὑψηλότεραι τῶν νεῶν πολλαχῆ οὖσαι, ἐς στενόν τε τὴν βοὴν ξυνάγουσαι, καὶ τῇ ξυναγωγῇ αὐτῇ ἐπὶ μέγα ηὐξημένην ἐς ἀλλήλας ἀντίπεμπον· καί που καὶ νάπαι ἑκατέρωθεν τοῦ ποταμοῦ τῇ τ' ἐρημίᾳ καὶ τῇ ἀντιπέμψει τοῦ κτύπου, καὶ αὗται ξυνεπελάμβανον: *Ripæ etiam ipſæ nauibus multo altiores, clamorem in arctum redigentes multo vehementiorem illum ſua compreſſione reddebant, & nemora vtrinque ripis circumiecta ſonitum illum nemorum excipientia multo auctiorem ſuâ repercuſſione efficiebant.* Polyæn. li. I: Ἦν γὰρ Διονύσῳ ἐν κοιλῇ νάπῃ. ἤγγελλον οἱ σκοποὶ μυρίαν χεῖρα πολεμίων ἐπικεῖσθαι στρατοπεδεύειν, ἔδεισεν ὁ Διόνυσος· οὐ μὴν ὅ γε Πάν· ἀλλὰ ἐσήμαινε νύκτωρ διονυσιακῇ στρατιᾷ ἀλαλάξαι μέγιστον. οἱ μὲν ἠλάλαξαν· αὐτήχησαν δὲ αἱ πέτραι, καὶ τὸ κοῖλον τῆς νάπης ἦχον πολλῷ μείζονος δυνάμεως τοῖς πολεμίοις ἐνεποίησεν. οἱ μὲν δὴ φόβῳ πληγέντες ἔφυγον: *Cùm Baccho in concavo ſaltu nunciaſſent ſpeculatores, infinitas hoſtium copias in ulteriori parte caſtrametari; metus Bacchum inceſſit, non item vero Pana: ſed noctu Bacchico exercitui ſignum dedit, vt maximum & inconditum clamorẽ tolleret. His verò clamantibus, petræ ſonum exceptum referebant, & cauitas ſaltus longè maiorum copiarum fremitum hoſtibus reddebat. Quare metu perterriti ſe in fugam contecerunt.* Cõſulatur lib. IV. Lucretius, libro XXXVI. cap. XV. Plinius, aliique, quibus pertractatæ res naturales. Quorũ cauſſæ haud alienus Liuius lib. XXI: *Equi maximè infeſtum agmen faciebant, qui & clamoribus diſſonis, quos nemora etiam repercuſſæque valles augebant, territi trepidabant.* Nec aliud ſibi volũt iſta Taciti lib. I. Annal: *Nox per diuerſa inquies, cum barbari feſtis epulis, læto cantu aut truci ſonore ſubiecta vallium ac reſultantis ſaltus complerent.* Idem ſonant Ioſephi hæc libro 5. ἁλώσ. cap XII: Συνήχει δ' ἥ τε περαία, καὶ τὰ πέριξ ὄρη, βαρυτέραν ποιοῦντα τὴν ὁρμήν: *Reſonabat autem & trans fluuium regio, & montes circumpoſiti grauiorem ſonitum reddebant.* Sed & addi ei aliquid à tempore; noctis ſcilicet ſolitudine oſtendit Plutarchus in Arato: Καὶ τὸ τῆς νυκτὸς ἐχῶδες τὸν

ἀλαλαγμὸν ἀπὸ πολλαπλασιόνων ἢ τοσέτων ἐποίει δοκεῖν φέρεσθαι, τέλος δὲ συνερείσαντες ἐξωθοῦσι τὰς πολεμίας: *Hinc reſonans noctis fragor vlulatum à multo pluribus quàm eſſent, repræſentabat fieri.* Neq; abnuit Caſſius lib XXXVI: Καὶ σφῶν τὴν ἠχὴν τὰ ὄρη ἔγκοιλα ὄντα καὶ ὑπεδέξατο καὶ ἀντιπέδωκε φρικωδεστάτην. ὥστε τὰς βαρβάρας ἐξαπιναίως ἔν τε τῇ νυκτὶ καὶ ἐν τῇ ἐρημίᾳ αὐτῶν ἀκούσαντας δεινῶς ἐκπλαγῆναι, ὡς καὶ δαιμονίῳ τινὶ πάθει περιπεπλωκότας: *Montes circumcaui acceptum ſonitum quàmmaximè terribilem reddiderunt: quem vt barbari nocturnum in deſertis locis accepere, vehementer animo deiecti ſunt; ſe diuinitus immiſſum in malũ incidiſſe rati.* Ceterùm habuit hoc & clamor, vt indicaret eventũ pugnæ. Itaq; maturo iudicio Tacitus de morib. Germ: *Sunt illis hæc quoq; carmina, quorum relatu, quem Barditũ vocant, accendunt animos, futuræq; pugnæ fortunam ipſo cantu augurantur. terrent enim, trepidantve, prout ſonuit acies. Nec tam vocis ille quàm virtutis concentus videtur. affectatur præcipuè aſperitas ſoni, & fractum murmur obiectis ad os ſcutis, quò plenior & grauior vox repercuſſu intumeſcat.* Significanter quoque Livius lib. IV: *Clamor indicium primum fuit quo res inclinatura eſſet. excitatior crebriorq; ab hoſte ſublatus; ab Romanis diſſonus, impar, ſegnis, ſæpè iteratus, incerto clamore prodidit pauorem animorũ.* Et vno verbo Diod Siculus de prœlio Lacedæmoniorũ cũ Thebanis ad Mantineam lib. XV: Biblioth: Ὡς ἤδη πλησίον ὑπῆρχον ἀλλήλων, αἱ μὲν σάλπιγγες τὸ πολεμικὸν ἐσήμαινον, αἱ δὲ δυνάμεις ἠλάλαξαν, καὶ τῷ μεγέθει τῆς βοῆς τὴν νίκην ἐσήμαινον: *Vbi propè inuicem conueniſſent, tubæ claſſicũ canere, exercitus vociferari; magnitudine clamoris victoriã ſignificare.* Examinatè Plutar. in Pyrrho: Ὁ δὲ Πύρρος εἰσιὼν μετ' ἀλαλαγμοῦ καὶ βοῆς παρὰ τὴν Κυλάραβιν, ὡς οἱ Γαλάται τοῖς περὶ αὐτὸν ἀντηλάλαξαν, οὐχ ἱλαρὸν οὐδὲ θαρραλέον εἴκασε, παρατιλομένων δὲ εἶναι τὴν φωνὴν καὶ πονουμένων: *Pyrrhus autem cum vlulatu & fremitu ad Cylarabin ingreſſus, vbi Galli globo ſuo clamorem reddiderunt; non fidentium & alacrium, ſed trepidantium & laborantium coniecit eum eſſe.* Nec minus iudiciosè idem in Craſſo: Τοιαῦτα λέγων καὶ παραθαρσύνων ὁ Κράσσος, οὐ πολλοὺς ἑώρα προθύμως ὑπακούοντας, ἀλλὰ καὶ συναλαλάξαι κελεύσας, ἤλεγξε τοῦ στρατοῦ τὴν κατήφειαν, ὡς ἀσθενῆ καὶ ὀλίγην καὶ ἀνώμαλον κραυγὴν ἐποιήσαντο. ἡ δὲ παρὰ τῶν βαρβάρων, λαμπρὰ καὶ θρασεῖα κατεῖχε: *Dum hiſce dictis coſexcitat Craſſus, raros animaduertit commoueri. Sed & quum tollere imperaſſet eis clamorem, animum deiectum exercitus comperit, vbi languidum & tenuẽ & inæqualem edidere: à barbaris verò clarus reſonabat atq; animorum plenus.* Eodem iudicio Tacitus lib. IV: Hiſt: *Vt virorum cantu, fœminarum vlulatu ſonuit acies; nequaquam par à legionibus coheretíuſq;, redditur clamor.* Plena igitur prudentiæ verba Ducis celebrati Polyæno lib. III Stratag: Ἰφικράτης στρατιώτας εἶχε πλείους τῶν πολεμίων καὶ οἱ μὲν ... καλὰ τὰ ἱερὰ παρακε-

λεύει

Digitized by Google

λεγον, ἀλλ' οὐκ ἔκρινε παρατάξασθαι. ὡς δὲ παράλογος ἡ μέλλησις τοῖς πολεμίοις ἐγένετο· τὰ ἐν τῇ διανοίᾳ μου ἱερὰ οὐκ ἐπέτρεψαν, ἔφη, συνάψαι μάχην. πολλοὶ γὰρ ὄντες οἱ στρατιῶται, οὔτε προσβάλλεσθαι ὁμοῦ δυνατοὶ ἦσαν, οὔτε παιωνίσαι. ἡνίκα δὲ παρήγγελλα· κλῖναι τὸ δόρυ, πλείων ἐξηκούετο ψόφος τῶν ὀδόντων ἢ τῶν ὅπλων: *Iphicrates quamquam plures milites haberet quàm hoſtes, & vates omnia fauſta & egregia promitterent, tamen non ſtatuit prælium committere. Quæ cunctatio cùm præter opinionem hoſtibus accidiſſet: Sacra, inquit, in meâ mente non permiſerunt pugnam committere. Nam cum multi eſſent milites, neque impetum facere ſimul poterant, neq; clamorem tollere: ſed cum haſtam inclinare iuberem; maior dentium quàm armorum fremitus exaudiebatur.* Sic ille. cui non malè adiiciam hæc Panthię è lib. II. Achillis Tatii: Ἐκείμην δὲ πεφοβημένη. μηδὲ ἀνακραγεῖν διὰ τὸν φόβον δυναμένη. φόβος γὰρ γλώττης ἐστὶ δεσμός: *Perterrita enim iacebam; vt neq; vocem præ timore mittere poſſem. lingua enim vinculum timor eſt.* Quod ſupereſt, vſus huius clamoris nō tantum ante pugnam; ſed etiam in ipsâ. Liuius lib. II: *Deinde vt in obtinentes locum vires ferebant, audent vltrò vires inferre, & clamore renovato commovent aciem.* Idem lib. IX: *Stantes & expoſitos ad ictus, cùm iam ſatis nihil tegeret; quoſdam etiam pedem referentes fluctuanteſq;, & inſtabilem aciem: redintegrato clamore ſtrictis gladijs haſtati & principes inuadunt.* Curtius lib. IV: *Et Macedones, ſiue alacritate ſiue tædio expectationis, more pugnantium edidere clamorem*; Theon Sophiſta in Exemplis: Οἱ δὲ ἐνέκειντο σὺν βοῇ, ἣν ἠφίεσαν. χαίροντές τε τῇ τροπῇ, καὶ ἅμα ἐκείνους προσεκπλήττοντες: *Tum inſtare cum clamore victores, quem emittebant, cum gaudio illos à ſe in fugam conuerſos fuiſſe, tum terroris etiam maioris incutiendi cauſſa.* Imò tota etiam pugnâ clamatum ab eis qui intereſſe non poterant, cur fere mihi perſuadeam, inducor locis auctorum ſequentibus. Clarè quidem Curtius lib. VI: *Anguſtia locorum quò hæſerat pugna non patiebatur totis congredi viribus. expectabant plures quàm inierant prælium; & qui extra teli iactū erant, clamore invicem ſuos accendebant.* Nec alii ab his de quibus Val Flacci verſus lib. VI. Argon: *——— defertur in oras*

Forte vbi ſerus Iber, Eſſedoniaq; phalanges
Marte carent, ſoluſq; iuuant clamoribus agmen.

De talibus etiam ſub Pompeii perſonâ Lucanus lib. VII. Pharſal:

——— paucas victoria dextras
Exigit: at plures tantum clamore catervæ
Bella gerent.

Horum è numero iſti apud Senecam lib. de Tranq. an. cap. III: *Quid ſi militare nolis, niſi Imperator aut tribunus? etiamſi alij primam frontem tenebunt, [illegible] tritarios poſuit: inde voce, adhortatione, exemplo animo mi-*

O 3

Digitized by Google

lita. Præciſis quoq; manibus ille in prælio invenit quod partibus conferat, qui ſtat tantùm & clamore iuuat. Ita ille: non ita abſonè. nam & ecce Xenoph. lib. IV Ἀναβασ: Ἔνθα δὴ οἱ μὲν ὀπισθοφύλακες ἐξαναστάντες, ἅτε ὑγιαίνοντες, ἔδραμον εἰς τοὺς πολεμίους. οἱ δὲ κάμνοντες ἀνακραγότες ὅσον ἐδύναντο μέγιστον, τὰς ἀσπίδας πρὸς τὰ δόρατα ἔκρουσαν. οἱ δὲ πολέμιοι δείσαντες, ἧκαν ἑαυτοὺς κατὰ τῆς χιόνος εἰς τὴν νάπην, καὶ οὐδεὶς οὐδαμοῦ ἐφθέγξατο: *Ibi tum extremi agminis milites ſurgunt, qui valetudine adhuc erant integrâ; & curſu feruntur in hoſtes: & quotquot erant ex defatigatione debiles, ſublato clamore, quàm poſſent maximo, clypeos ad haſtas pulſant. Hoſtes metu perciti, per niuem in hãc ipſam conuallem ſe dimittunt, nec vllius deinde vſquam vox audita eſt.* Dixi quod volui, vbi acceſſerit demum capiti coronis ab Caſſiodoro lib. I: Var Ep. XIII: *Si equorum curſus hominum clamoribus incitatur; & ſonantiũ manibus agitur, vt à mutis animalibus velocitas appetatur: quantum inde homines ſtimulari inde poſſe credimus, quos ad laudum auiditatem natos ſingulariter invenimus?* Mirum in modum: maximè ſi proficiſcatur ab ore eius quem vel veremur vel diligimus. Ambroſiam redolent iſta Heliodori Aethiop. lib. V: Ὡς γὰρ ἀπορούσῃ πρὸς τὴν ἕτερον συμμαχίαν ἡ Χαρίκλεια, λόγον ἐπίκουρον τῷ Θεαγένει διετόξευσεν, ἀνδρίζου φίλτατε, ἐμβοήσασα· ἐντεῦθεν ἤδη μακρῷ τῶν Πελώρον ὑπερεῖχεν ὁ Θεαγένης, ὥσπερ ἰσχὺν αὐτῷ καὶ θάρσος τῆς φωνῆς διακονούσης, καὶ ὅτι τῆς μάχης πρόεισι τὸ ἔπαθλον μηνυούσης: *Poſtquam enim ad inopiam auxilij reipsâ ferendi redacta Chariclia, ſermonem auxiliarem Theageni eiaculata eſt; Strenuus eſto chariſſime, exclamans. tum tam lõgè Pelorum ſuperabat Theagenes, tamquam robur & audaciam illi voce ſubminiſtrante ac ſuppeditante, & quod pugnæ præmium ſupereſſet indicante.*

Viderent modò adverſos & adſpicerentur; id ſatis ad victoriam. Lib. III. Annal.

MIrabar aliquando obijcere repentè diviti Lucianum in Timone: ἐπὶ τὴν πέδην πεφρικώς, κἂν εἰ παριὼν ἄλλος μαστίξειέ τις, ὄρθιος ἐφιστὰς τὸ οὖς, καὶ τὸν μυλῶνα, ὥσπερ τὸ ἀνάκτορον προσκυνῶν: *qui compedes etiam dum horreſcit, & ſi quis præteriens loro increpet, arrectis ſtet auribus; quique piſtrinum perinde vti templum adoret.* At recordatus Scytharum quos è bello redeuntes ſervi ſui ferro excepere, de quibus ſic libro IV. Herodotus: Γινομένης δὲ μάχης πολλάκις, καὶ οὐ δυναμένων οὐδὲν πλέον ἔχειν τῶν Σκυθέων τῇ μάχῃ, εἷς αὐτῶν ἔλεξε τάδε, Οἷα ποιεῦμεν, ἄνδρες Σκύθαι, δούλοισι τοῖσι ἡμετέροισι μαχόμενοι; αὐτοί τε ἐλάσσονες κτεινόμενοι γινόμεθα, καὶ ἐκείνους κτείνοντες ἐλασσόνων τὸ λοιπὸν ἄρξομεν. νῦν ὦν μοι δοκέει αἰχμὰς μὲν καὶ τόξα μετεῖναι.

μετεῖναι. λαβόντα δὲ ἕκαστον τοῦ ἵππου τὴν μάστιγα, ἰέναι ἄσσον αὐτῶν. μέχρι μὲν γὰρ ὥρεον ἡμέας ὅπλα ἔχοντας, οἱ δὲ ἐνόμιζον ὁμοῖοί τε καὶ ἐξ ὁμοίων ἡμῖν εἶναι· ἐπεὰν δὲ ἴδωνται μάστιγας ἀντὶ ὅπλων ἔχοντας, μαθόντες ὡς εἰσὶ ἡμέτεροι δοῦλοι, καὶ συγγνόντες τοῦτο, οὐκ ὑπομενέουσι. ταῦτα ἀκούσαντες οἱ Σκύθαι, ἐποίευν ἐπιτελέα. οἱ δὲ ἐκπλαγέντες ἐπὶ τῷ γινομένῳ, τῆς μάχης τε ἐπελάθοντο, καὶ ἔφευγον: *Sæpe commiſsâ pugnâ, quum nihil tamen Scythæ proficerent, quidã ex eis inquit, Quidnam rei facimus viri Scythæ, cum noſtris ipſorum ſeruis dimicantes? qui & cũ interficimur, ipſi pauciores efficimur: & illos interficiendo, paucioribus deinceps imperabimus. Mihi videtur haſtis arcubusq; omiſsis, ſumenda flagella quibus equos verberamus, & ad illos propius eundum. Nam quoad vident nos arma habentes, arbitrantur ſe ſimiles nobis, atq; è ſimilibus eſſe: vbi nos pro armis verbera tenentes viderint, tunc ſe noſtros ſeruos eſſe intelligentes, atq; id agnoſcentes, non perſtabunt. Hoc Scythæ cum audiſſent, ita ſibi faciendum putauerunt. Quâ ex re perculſi illi, pugnæ immemores fugam capeſſerunt.* Hæc, inquam recordatus, facile ſenſi, eſſe eam vim conſcientiæ, eam timoris; vt aliis minùs credendis præſtare fidem deinceps paratus ſim. Sanè niſi ad hæc reſpexerimus, pluſquàm putida fuerint Epigrammata duo Lucillii lib. II. cap. XII. Antholog. Primum habet:

Ἄνθρακα, καὶ δάφνην πεφόβηται ὁ στρατιώτης
  Αὖλος, ἀποσφίγξας μήλινα λωμάτια.
Φρίσσει καὶ τὸ μάτην ἴδιον ξίφος· ἢν δέ ποτ' εἴπῃς,
  Ἔρχοντ' ἐξαπίνης ὕπτιος ἐκτέταται.
Οὐδενὶ δ' οὐ Πολέμωνι προσέρχεται, οὐ Στρατοκλείδῃ,
  Ἀλλὰ φίλῳ χρῆται πάντοτε Λυσιμάχῳ.

Carbonem & laurum reformidat miles,
  Aulus, circumſtringens croceam veſtem.
Horret verò fruſtra proprium enſem. ſin verò aliquando dicas,
  Veniunt; ſtatim ſublimis proſtratus eſt.
Nullum ad Polemonem accedit vel Stratoclidem,
  Sed amico vtitur vbique Lyſimacho.

Alterius vultus eſt:

Γραπτὴν ἐν τοίχῳ Καλπούρνιος ὁ στρατιώτης
  Ὡς ἔθος ἐστὶν, ἰδὼν τὴν ἐπὶ νανσὶ μάχην,
Ἄσφυκτος καὶ χλωρὸς ὁ θοῦρος ἐξετανύσθη,
  Ζωγρεῖτε, κράξας, Τρῶες ἀρηΐφιλοι.
Καὶ μὴ τέτρωται κατίμανθανε, καὶ μόλις ἔγνω
  ζῆν. ——

Pictam in pariete Calpurnius miles
  Vt mos eſt, videns in nauibus pugnam,

Morti

Morti vicinus, & pallidus proſtratus eſt:
Viuum me capite, clamans Troiani Martis amici:
Et anne vulneratus eſſet quaſiuit, & agrè cognouit
Se viuere.———

Verùm tantum abeſt, vt inepta ſint, lepida ſunt: nec refugit æmulari Muſa Romana Claudiani, quæ ſimile quid haud verita eſt adfingere Imperatoriç voci, libro de bello Gild. v. 330:

——— *nunc ire profectò,*
Nunc vellem, notoſq; ſenex oſtendere vultus.
Nonne meam fugiet Maurus cum viderit vmbram?

Quæ ne adhuc dicta videantur laſciuâ poëtarum licentiâ: ecce pedeſtris ſtyli Plinium, Panegyr. Traiano: *Nec tibi opima defuerint, ſi quis regum venire in manus audeat: nec modo telorum tuorum, ſed etiam oculorum minarumq; coniectum toto campo totoq; exercitu oppoſito perhorreſcat.* Quapropter intra decori limites manſere; & Ouidius lib. x. metam. v. 65:

Non aliter ſtupuit geminâ nece coniugis Orpheus,
Quàm tria qui timidus medio portante catenas
Colla canis vidit; quem non pauor ante reliquit,
Quàm natura prior, ſaxo per corpus oborto.

Et Seneca Herc. OEtæo v. 1022:

Mortem metu conſumpſit, & paruum ſui
Pœnæ reliquit.

Item alibi:

———*quota pars vulnere concidit.*
Pro fato valuit vultus iniquior:
Et viciſſe ſat eſt Herculeis minis.

Denique & Claudianus lib. II. in Eutropium v. 453:

Ecce leuis frondes à tergo concutit aura.
Credit tela Leo: valuit pro vulnere terror,
Impleuitq; vicem iaculi, vitamq; nocentem
Integer, & ſolâ formidine ſaucius efflat;

Nedum vt peccarit Statius; vbi attribuit Amphiarao aurigam Phœbum, lib. VII. Thebaid. v. 740:

Tum verò ardenti non vlla obſiſtere tentant
Signa; ruunt ſola terrore, & vulnera citra
Mors trepidis ignava venit.

Imò nihil minus quàm poetam agit Homerus, apud quem Iliados XVI. gloriatur Achilles:

———Τρώων δὲ πόλις ἐπὶ πᾶσα βέβηκε

Θάρ-

Digitized by Google

Θάρσυνος. ὐ γὰρ ἐμῆς κόρυθος λεύσσουσι μέτωπον
Ἐγγύθι λαμπομένης. τάχα κεν φεύγοντες, ἐναύλους
Πλήσειαν νεκύων, εἴ μοι κρείων Ἀγαμέμνων
Ἤπια εἰδείη. νῦν δὲ στρατὸν ἀμφιμάχονται:

——Troianorum autem ciuitas contra tota venit
Audax. non enim mea galea vident frontem
Prope ſplendentis: mox fugientes foſſas campeſtres
Impleſſet cadaueribus ſuis, ſi mihi rex Agamemnon
Lenis fuiſſet. nunc autem caſtra oppugnant.

Quin idipſum feliciter imitatur Val. Flaccus lib. VI. Argon. v. 517:

Abſyrtus clypei radijs curruq; coruſcus
Solis avi; cuius vmbrantem cominus haſtam
Cernere, nec galeam gentes potuere minantem:
Sed trepida redeunt, & verſo vulnera tergo
Accipiunt, magnuſq; fugam clamoribus augent.

Nec abſtinuere ab huiuſmodi ſimulacro alii Græci, alii Latini: à quarũ vberrima alioqui ſegete falcem meam nũc abſtineo: cui animus magis, metere aliquot eiuſdem planè opinionis ſpicas ex ſolutæ orationis ſcriptorum arvis. Alexander quidem Magnus Curtii libro III: *poſitam victoriam in eo eſſe arbitrabatur, ſi tantum ante ſigna ſtare potuiſſet.* Sed & de ſe Iulianus apud Ammianum libro XXI; *Spondeo ſi ventum fuerit cominus, ita pauore torpiſcent, vt nec oculorum veſtrorum vibrata lucis ardorem, nec barritus ſonum perferant primum.* Valde quoque rotundo inſignitur elogio Camillus Liuii libro VI: *Nec vis tantum militum movebat excitata præſentiâ ducis; ſed quod Volſcorũ animis nihil terribilius erat quã ipſius Camilli fortè oblati ſpecies: ita quocũq; ſe intuliſſet, victoriã ſecũ haud dubiã trahebat:* Perſpicueq; Euagrius lib. V. Eccl. Hiſtor. c. XI. de Tiberio: ὃν καὶ κατὰ τῶν Ἀβάρων πρὸς ὀλίγου ἐπεπόμφει πλεῖον ἀγείρας πλῆθος στρατοῦ. ὃς οὐ μικροῦ ἑάλω, τῶν στρατιωτῶν μηδὲ τὴν θέαν τῶν βαρβάρων ὑπενεγκόντων: *Hunc Iuſtinus, ingenti collecto exercitu, ad congrediendum cum Abaris iam pridem miſerat. qui quidem, militibus adſpectum barbarorum haud ferentibus, parum aberat quin captus fuiſſet.* Quæ ipſa fidem adſtruunt Calauij verbis apud Liuium lib. XXIII: *Vultum ipſius Annibalis, quem armati exercitus tremunt, quem horret populus Romanus, tu ſuſtinebis?* Mendaciiq; ſuſpicionem auferunt illis Liuii lib. XXX: *Iam ſigna legionum appropinquabant. tum vero Maſaſyli, non modo primum impetum, ſed ne conſpectum quidem ſignorum atq; armorum tulerunt &c.* Perſuadentque credamus confeſſioni Gallorum de Germanis: *Sæpenumero ſeſe cum his congreſſos, ne vultum quidem atq; aciẽ oculorum dicebant ferre potuiſſe:* Iul. Cæſar lib. I. bell. Gall: Quid niſi cùm

by Google

haud dubitet prodere de Numantinis lib. II. cap. XVIII. Florus: *Hoſtiliũ quoque Mancinum aſsiduis cædibus ita ſubegerunt, vt ne oculos quidem aut vocem Numantini viri quiſquã ſuſtineret.* dicatq; Antonius lib. II I. Hiſtor Taciti: *Fruſtra minis ac verbis provocatos Vitellianos, ſi manus eorũ oculosq; nõ tolerent.* Talibus his nititur cõfidentia militis Romani qui ſub Silio tendebat in Gallos Tacit. lib. III. Annal: *Mox Auguſtodunum petit propero agmine, certantibus inter ſe ſigniferis; fremente etiam gregario milite, ne ſuetam requiem, ne ſpatia noctium opperiretur: viderent modo adverſos & adſpicerentur; id ſatis ad victoriam.* Et verò his talibus ſæpe alluſere Patres Græci Latinique: è quibus ne guſtuli quidem causâ vnum aliquẽ modò producam. tantũ dicam videri huc alluſiſſe Iulium Cæſ. ideoq; Pontico triumpho inter pompæ fercula tribus his verbis delineaſſe victoriã celerem: *Veni, vidi vici.* Vt ut eſt: obteſtabor lectorem, ne rideat iſthęc Plutarchi Apopht: Καὶ προσιόντες αὐτῷ πολλοὶ τῶν στρατιωτῶν ἔλεγον, Ὦ βασιλεῦ θάῤῥει καὶ μὴ φοβοῦ τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων, αὐτὸν γὰρ ἡμῶν τὸν γράσον οὐχ ὑπομενοῦσι: *Multi tum ad Alexandrum acceſſerunt milites, bono eſſe animo iubentes, neq; multitudine hoſtium terreri; qui ne ad axillarum quidem ipſorum fœtorem eſſent ſubſtituri.* Sanè ſi odoratui tam facile iniici poteſt terror; cur idem non magis accidat viſui? cùm omnes agnoſcant, veluti è veritatis puteo hauſtum eſſe Taciti illud de morib. Germ: *Primi in omnibus prælijs oculi vincuntur.* Cui confirmando facit exemplum quod præceſſit: *Ceterum Arij ſuper vires truces, inſitæ feritati arti ac tempori lenocinantur, nigra ſcuta, tincta corpora, atras ad prælia noctes legunt; ipſaq; formidine atq; vmbrâ feralis exercitus terrorem inferunt: nullo hoſtium ſuſtinente nouum ac velut infernum aſpectum.* Et tali rei operam item dediſſe Fidenates, recenſuit Florus lib. V. cap. XII: *Fidenæ, quia pares non erant ferro, ad terrorem movendum facibus armatæ, & diſcoloribus, ſerpentum in modum vittis, furiali more proceſſerant &c.* Nec alio ferè vultu Britanni apud Tacitum libro Annal. XIV: *Stabat pro littore diuerſa acies, denſa armis viriſq;, intercurſantibus feminis. in modum Furiarum, veſte ferali, crinibus deiectis, faces præferebant. Druidæq; circum, preces diras ſublatis ad cælum manibus fundentes, novitate aſpectus perculere militem; vt quaſi hærentibus mẽbris, immobile corpus vulneribus præberent.* Simile prorſus de Phaliſcis & Tarquinienſibus invenias Frontini libro altero Stratag. cap. IV. Eodemque tetendit Iphicrates, teſtante Polyæno lib. III: ὁ δὲ ἱππέας ἔχων ὀλίγους ἔδωκεν αὐτοῖς καιομένας λαμπάδας· καὶ προσελαύνειν ἐκέλευσε τοῖς ἐναντίοις· οἱ δ᾽ ἵπποι τῶν Ὀδρυσῶν τῆς φλογὸς τὴν ὄψιν ἀσυνήθη μὴ φέροντες, ἀναστρέψαντες ἔφυγον: *Ille cùm paucos equites haberet, dedit eis ardentes faces, & in hoſtes invadere iuſſit. Odryſorum equi, inſolitum aſpectum ignis non ferentes, in fugam age-*

gam agebantur. Nota etiam eſt hiſtoria Gedeonis è voluminibus ſacris repetita Ioſepho lib. v. Antiq. cap. VIII. Planè oculis perturbandis arma ferè in ſummum datа ſplẽdorem, nec data ſine memorabili effectu, magna teſtatur cohors auctorũ memoraliũ, quorum decuriā ſaltē fidei causâ repræſentarē, niſi etiā ꝓbari poſſet uno alteroq; bono teſte. Et quidē de Volſcis ſcribit Liu. lib. II: *Volſci cùm ſe velut ſtupentib. metu intuliſſent Romanis, poſtquā impreſſionem ſenſere ex aduerſo factā, & ante oculos micare gladios; haud ſecus quàm ſi in inſidiis cecidiſſent, turbati vertunt terga &c.* De Cimbris à Mario fuſis inquit Florus lib. III. cap. III: *Tum acie conuersâ in Orientem, vt, quod ex captiuis mox cognitum eſt, ex ſplendore galearum ac repercuſſu, quaſi ardere cælum videretur &c.* Deq; aliis Germanis Tacitus lib. I. Annal: *Hoſti facile excidium ſonus tubarum, fulgor armorũ, quantò inopina, tanto maiora effunduntur.* Veritati igitur rerum operam dabat Horatius, cùm arbitraretur de Pollione lib. II. Oda I:

Iam nunc minaci murmure cornuum
Perſtringis aures; iam litui ſtrepunt;
Iam fulgor armorum, fugaceis
Terret equos, equitumq; vultus.

Neque præter experientiam bellicam Plautinus miles:

Curate vt ſplendor meo ſit clypeo clarior
Quàm ſolis radij eſſe olim, cùm ſudum eſt, ſolent;
Vt, vbi vſus veniat, contra conſertâ manu
Oculorum præſtinguat aciem in acie hoſtibus.

Nam diſertè Gregoras libro IX. de bello Bulgarorum & Triballorum: Τῇ πέμπτῃ δ' ἅμα ἡλίῳ ἐπιφαίνεται καὶ ὁ Κράλης Σερβίας, χεῖρα βαρεῖαν ἐπαγόμενος καὶ ὅπλα τῇ λαμπρότητι τὰς τῶν ὁρώντων ἀποκρύπτοντα ὄψεις. &c. *Quinto die vnà cum Solis ortu Seruiæ Crales ſe oſtendit, cum magnis copijs, qua ſplēdore armorũ intuētiũ oculos perſtringebāt.* Hinc & Nicetas lib. I. Iſaaci Angeli: Ὁ δὲ ἥλιος τοῖς θώραξιν ἐμπίπτων, καὶ τοῖς τῶν στρατιωτῶν προσβάλλων θώραξι νεοσμήκτοις οὖσι καὶ λείοις, ἐποίει ἀποπάλλεσθαι τούτων κατακαμπτὴν, καὶ ἐπάνοδον τῶν ἀκτίνων σελαγισμάτων ἐκπυρσεύσματα: *At ſolis radij qui in thoraces & arma militum recens polita & levia incidebant, refracti, ignis inſtar relucebāt.* Ponit & Mago inter laudes militis Romani lib. XI. Punicorum Silij:

——latè fulgentibus armis
Accendunt vltrò lucem ſurgentis Eoi.

quod ipſum emblema certatim operibus ſuis inſeruere poëtæ, Græci ac Latini. Imò cùm ei rei vim tantā ineſſe cernerent, ut invidioſum arbitrarentur adſcribere ipſis armis; vt Numini acceptum tulere. Hinc Calaber lib. XI. v. 407. de Aeneâ:

Digitized by Google

——— οὕνεκ᾽ ἄρ᾽ αὐτῷ
Θάρσος ἀπειρέσιον Θεὸς ὤπασεν, οὐδέ τις αὐτῶν
Ἔσθενεν οἱ κατὰ δῆριν ἐναντίον ὄσσε βαλέσθαι,
Οὕνεκα οἱ μάρμαιρε περὶ βελαροῖς μελέεσσι
Τεύχεα θεσπεσίησιν ἐειδόμενα στεροπῇσιν:
———*nam huic*
Summam Deus fiduciam ſuppeditarat; ita vt nemo hoſtium
Ipſi in certamine oculos obuertere auderet:
Quandoquidem ipſi rutilabant robuſta in membris
Arma, non aliter quàm fulgura divinitus accenſa.

Ex his videmus quo conſilio inculcauerit Onoſander cap. XXVIII. Μεμελημένον δ᾽ ἔστω τὸν στρατηγὸν λαμπρὸν ἐκπέμπειν τὸ στράτευμα τοῖς ὅπλοις. ῥᾳδία δ᾽ ἡ φροντὶς αὕτη, προπαρακαλέσαι τὰ ξίφη θήγειν, καὶ τὰς κόρυθας, καὶ τοὺς θώρακας σμήχειν. δεινότεροι γὰρ οἱ ἐπιόντες φαίνονται λόχοι τοῖς τῶν ὅπλων αἰθύγμασιν. καὶ πολλὰ τὰ δι᾽ ὄψεως δείγματα προσεμπίπτοντα ταῖς ψυχαῖς, ταράττει τὸ ἀντιπόλεμον: *Videat etiam Imperator, vt exercitus armis ſplendentibus inſtructus fulgeat. quod facili negotio fiet, ſi gladiorum mucrones probè acuantur, & galeæ loricæque frequenter abſtergeantur. Milites enim quaſi micantibus armorum ſcintillis terribiliores apparent: multæque per oculos ſpecies in animos delapſæ, perterrere aduerſarios ſolent.* Quàmque ſua conſtet ratio Caſſiodoro, dicenti lib. VII. Variarum Epiſt. XVIII: *Arma benè conſtruere, eſt ſalutem velle omnium cuſtodire. quia prima facie ipſis terretur inimicus, & incipit animo cedere, ſi ſe cognoſcit ſimilia non habere.* Plura poterã, plura forte etiam debebam; ſed non libet in re tam obviâ. Colophonis tantùm loco ſubnectam Plinii iſthæc de Leonibus libro VIII. cap. XVI: *Principatu Claudii caſus rationem docuit; pudendam penè talis feræ nomine: paſtoris Gætuli ſago contra ingruentis impetum obiecto. quod ſpectaculum in arenam protinus tranſlatum eſt, vix credibili modo torpeſcente tantâ illâ feritate, quamuis levi iniectu operto capite; ita vt deuinciatur non repugnans: videlicet omnis vis conſtat in oculis. quominus mirum fit, à Lyſimacho Alexandri iuſſu ſimul incluſo ſtrangulatum Leonem.* Sic ille; etiam proculdubio in ſolatium eorum, quibus eſt formido intueri hoſtes ſuos adverſos.

Supereſſe qui fugam animis, qui vulnera tergo ferant. Lib. V. Hiſtor.

HAVD cuivis apparet mucro verborum, quo impetuntur Troiani, nunc à Turno, nunc à Romulo Virgilii: hoc vocante, *Bis victam gentem* illo *Bis captos Phryges.* eo qppe eſt acumine vt omnia penetret; adimatq; adeò Trojanis iſtis aures, oculos, vocem, manus. Cuncti e.n. perſuaſum

ſuaſum, ſi vnâ alterâque pugnâ aliquem ſuperaſſent, ſuperaſſe eundem omnibus. Ratio potiſſima in famâ, in timore; cuius vtriuſque vim ſparſi paſſim prioribus diſſertatiunculis, tegitque vnicâ periodo Plutarchus περὶ Ἀοργησίας: Θηβαῖοι τὸ πρῶτον ὠσάμενοι Λακεδαιμονίους ἀηττήτους εἶναι δοκοῦντας οὐδεμίαν ὕστερον ἡττήθησαν ὑπ' αὐτῶν μάχην: *Thebani cùm primum Lacedæmonios antè invictos creditos pepuliſſent, nullo vnquam deinde prælio ab eis victi ſunt*. Et efficaciter Nazarius Panegyr. Conſtantino: *Per tota admodũ mœnia magna vis hominum: ſed apud Brixiam plerique iam fracti. Vt in corpore cùm aliqua pars ægra eſt, valetudo omnis contaminari ſolet: ſic illius multitudinis portio malo affecta, totum exercitum timoris contagio diſſipat.* Ac deiici animos hominum prælio adverſo; ſi quis ambigat; confirmabitur fine orationis Phormioneæ lib. II. Thucyd: Ἀναμιμνήσκω δ' αὖ ὑμᾶς ὅτι νενικήκατε αὐτῶν τοὺς πολλούς. ἡσσημένων δὲ ἀνδρῶν οὐκ ἐθέλουσιν αἱ γνῶμαι πρὸς τοὺς αὐτοὺς κινδύνους ὅμοιαι εἶναι: *Illud etiam iterum vobis in memoriam reuoco; permultos eorum à vobis ſuperatos fuiſſe. virorum verò qui victi fuerunt, animi eadem pericula pari audaciâ ſubire non ſolent*. Vnde cautio ducis apud Curtium lib. IV: *Itaq; Mazeces quanquam infelici prælio ſuorum animos territos eſſe cognoverat; tamen &c.* Verùm præter terrorem, ſuberat & cauſa iuſtior, expreſſa Xenophonti libro IV. Cyropæd: Οἵ τινες δὲ ἄπειροι ἡμῶν ὄντες οὐχ ὑπέμειναν, πῶς νῦν γ' ἂν ὑπομείνοιεν, ἐπεὶ ἥττηνται, καὶ πολλὰ κακὰ ὑφ' ἡμῶν πεπόνθασιν; ὧν δὲ οἱ βέλτιστοι ἀπολώλασι, πῶς οἱ φαυλότεροι ἐκείνων μάχεσθαι ἂν ἡμῖν ἐθέλοιεν; *Qui nos item minimè ſuſtinuerunt, quũ necdum experti nos eſſent; quo facto nunc ſuſtinebunt, quum & victi ſunt, & multis à nobis incommodis adfecti? Quorum fortiſſimi quiq; ceciderunt, quomodo viliſſimi pugnare nobiſcum velint?* Nam *perire acie fortiſſima quæque*, ſatis oſtendit Euentus: memoriæque mandauit Euripides:

Φιλεῖ τοι πόλεμος, οὐ πάντ' εὐτυχεῖν.
Ἐσθλῶν δὲ χαίρει πτώμασιν νεανιῶν:
Κακοὺς δὲ μισεῖ.
Solet ferè bellum non per omnia feliciter ſuccedere,
Sed fortium gaudet caſu iuuenum;
Odit autem timidos.

Nec minus efficaciter in Philoctete Sophocles:

——— πόλεμος οὐδέν' ἀνδρ' ἑκὼν
Αἱρεῖ πονηρὸν, ἀλλὰ τοὺς χρηστοὺς ἀεί:
——— *bellum neminem niſi caſu*
Malum interficit, ſed optimum quemque ſemper.

Ex quibus apparet verborum vis quâ animat ſuos Cerealis apud Tacitum lib. V. Hiſtor: *Vltione magis quàm prælio opus eſſe. pauciores nuper cum*

Digitized by Google

plurimis certaſſe : attamen fuſos Germanos, quod roboris fuerit ſupereſſe, qui fugam animis &c. Item quò tendat Arminii clamor apud eundem Cornelium lib. I. Annal: *En Varus, & eodem iterum fato victæ legiones*. Eodem ſpectat iſtud Syllæ Salluſt. Iugurth : *Ille feroci animo negat ſe toties fuſum Numidam, pertimeſcere.* Nec abeunt illa Mamerci, libro IV: Liuii. *Tunc trepidam ciuitatem ad concionem advocatam increpuit; quod animos ex levibus fortunæ momentis ſuſpenſos gererent, vt parvâ iacturâ acceptâ, quæ ipſa non virtute hoſtium, nec ignaviâ Romani exercitus, ſed diſcordia Imperatorum accepta ſit, Veientem hoſtem ſexies victum pertimeſcant &c.* Eiuſdem ſeminis verba lib. XXV: *Enimuero indignum ratus Marcellus ſe, qui Annibalem ſubnixum victoria Cannenſi ab Nolâ repuliſſet; his terrâ mariq́; victis ab ſe hoſtibus cedere; arma properè capere milites & efferri ſigna iubet.* Admodum ſignificanter apud Trogum lib. XI. Alexander Magn: *Macedonas monebat, ne multitudine hoſtium, ne corporis magnitudine, vel coloris nouitate moverentur: tantùm meminiſſe iubet cum iiſdem ſe tertio pugnare, nec meliores factos putarent fugâ; cùm in aciem ſecum tam triſtem memoriam cædium ſuarum, & tantum ſanguinis duobus prælijs fuſi ferrēt: & quemadmodum Dario maiorem turbam hominum eſſe, ſic virorum ſibi.* Ab his pendent iſthæc Suetonii lib. XIV. Annal. Tac: *Ceſſuros ſtatim, vbi ferrum virtutemq́; vincentium toties fuſi agnouiſſent.* Etiā Liuiana lib. XXXIV: *Maximum ex omnibus auxilijs numerum Sueſſetanæ iuuentutis habebat; eos ad murum oppugnandum ſubire iubet. Quorum vbi ſigna Lacetani cognovere, memores, quàm ſæpe in agro eorum impunè perſultaſſent, quoties ipſos ſignis collatis fudiſſent, fugaſſentq́; patefactâ repentè portâ vniuerſi in eos erumpunt. Vix clamorem eorum, nedum impetum Sueſſetani tulere &c.* Hinc Ariſtides Orat. Siculâ: Μὴ γὰρ οἴεσθε Συῤῥακουσίους μὲν ἐπελθόντος Γυλίππου δυεῖν τριήροιν ἀναθαῤῥῆσαι, τοὺς δ᾽ ἡμετέρους στρατιώτας, ὅτ᾽ ἦν εἰκὸς πεμψάντων ὑμῶν δυνάμιν, μὴ πολὺ μείζους τὰς γνώμας ἔσεσθαι· οἷς ἅμα τῇ τῶν οἰκείων ὄψει, καὶ τῷ συνειδέναι τὸ πλῆθος ὧν ἐφ᾽ αὐτῶν κατώρθωσαν, μεγάλη πρὸς εὐθυμίαν ὑπάρξει ῥοπή: *Nolite enim putare, cum Syracuſii duabus Gylippi triremibus appulſis animū receperint, noſtros milites miſſâ, quæ ſufficiat, manu non multò animoſiores fore, quibus præter ſuorum conſpectum, victoriarum quoq́; plurimarum conſcientiā magnum ad animi ſecuritatem momentum adferet.* Nihil itaque mirum occurrere Liuii lib. II: *Veientes vinci ab Romano milite aſſueti, fuſi fugatiq́; ſunt. Tarquinienſis novus hoſtis, non ſtetit ſolùm, ſed etiam ab ſuâ parte Romanum pepulit.* Iterum fine eiuſdem libri: *Antium paucos circumſeſſum dies, nullâ oppugnantium novâ vi, ſed quod iam inde ab infelici pugnâ caſtriuq́; amiſſis, ceciderant animi.* Nempe tales ſic fere frangebantur, vt vix auderent ſubire alterius prælii fortunā. Vnde illa Liuij lib. XXIII:

Ingens

Ingens eo die res, & neſcio an maxima illo bello geſta ſit. nō vinci. n. ab Annibale vincentibus difficilius fuit, quā poſtea vincere. Idē de Fabio lib. XXII: *Neq́ vniuerſo periculo ſumma rerū cōmittebatur; & parua mométa leuiū certaminū ex tuto cæptorū, finitimorū receptu, adſuefaciebant territum priſtinis cladibus militem, minus iā tandē aut virtutis, aut fortunæ pœnitere ſuæ.* Sic & Cæſar lib. III. de bel. civ: *Exercitui quidē omni tantus inceſſit ex incommodo dolor, tantūq́ ſtudiū infamiæ ſarciendæ, vt nemo aut tribuni, aut Centurionis imperiū deſideraret, & ſibi quiſq́ etiam pœnæ loco grauiores imponeret labores, ſimulque omnes arderent cupiditate pugnandi: cum ſuperioris etiam ordinis nonnulli oratione permoti manendum eo loco, & rem prælio committendam exiſtimarent. Contra ea Cæſar, neq́ ſatis militibus perterritis confidebat, ſpatiumq́ interponendum ad recreandos animos putabat &c.* Imò quod mireris, adfirmat Vegetius libro. III. cap. X: *Facilius autem eſt ad virtutem nouos inſtruere, quàm revocare perterritos.* Ex quibus iam minimè tenebroſi ſenſus videri queant verſus Reguli apud Horatium lib. III. Oda V:

Auro repenſus, ſcilicet acrior
Miles redibit? flagitio additis
Damnum. neq́ amiſſos colores
Lana refert medicata fuco:
Nec vera virtus, cùm ſemel excidit
Curat reponi deterioribus.
Si pugnat extricata denſis
Cerva plagis, erit ille fortis,
Qui perfidis ſe credidit hoſtibus:
Et Marte Pœnos proteret altero,
Qui lora reſtrictis lacertis
Senſit iners timuitq́ mortem.

Palamque liquet optimo niti fundamento factum Sebaſtiani ſub Valente & Gratiano Impp. dequo Zoſimus libro IV ὁ δὲ, πρὸς τὸ ἐκδεδιῃτημένον καὶ παντάπασιν ἐκμελὲς τῶν ταξιαρχῶν καὶ στρατιωτῶν ἀφορῶν, καὶ ὡς εἰς φυγὴν μόνον εἰσὶ γεγυμνασμένοι, καὶ γυναικώδεις καὶ ἀθλίας εὐχὰς, δισχιλίους ᾔτησεν, οὓς ἂν ἕλοιτο, δοθῆναι στρατιώτας αὐτῷ. πλῆθος γὰρ ἡγεῖσθαι χαύνως ἠγμένων ἀνθρώπων, μὴ ῥᾴδιον εἶναι. παιδαγωγῆσαι δὲ ὀλίγους, καὶ εἰς τὸ ἀρρενωπὸν ἐκ τοῦ θήλεος ἀναγαγεῖν, οὐ σφόδρα δύσκολον εἶναι· καὶ ἄλλως δὲ λυσιτελὲς μᾶλλον, ἐν ὀλίγοις, ἢ παντὶ κινδυνεύειν τῷ πλήθει. πείθει ταῦτα λέγων τὸν βασιλέα· καὶ λαβὼν αἵρεσιν, οὐκ ἐκ τῶν ἐντεθραμμένων δειλίᾳ καὶ πρὸς τὸ φεύγειν γεγυμνασμένων, οὓς ᾔτησεν, εἵλετο, νέους δέ τινας ἐναριθμηθέντας τῷ στρατοπέδῳ, καὶ σώματος ἀνατρέχοντας εὐφυΐᾳ, καὶ προσέτι γε τῷ φύσει τεκμαίρεσθαι δυναμένῳ φαινομένους, εἰς ὅπερ ᾑρέθησαν, ἱκανούς: *Is ad mollitiem ſummamq́ ſecordiam tribunorum*

nerum atque militum reſpiciens, & quod ad fugam, & muliebria miſeraque vota dumtaxat exercitati eſſent: duo milia militum, quos ipſe diligeret, ſibi dari petijt. Exiſtimabat enim, non eſſe facile, multitudini hominum præeſſe, qui diſſolutè gubernati fuiſſent: at inſtituere paucos, & à moribus effeminatis ad viriles traducere, non admodum eſſe difficile. Magis & alioquin expedire, ſi fiat in paucis potius, quam in vniuerſa multitudine periculum. Hæc dicens Imperatori perſuadet; electionemq; nactus, non eos ſibi ſumit, qui eſſent innutriti formidini, & ad capeſſendam fugam exercitati: ſed quoſdam recēs adſcriptos exercitui, corporiſq; dotibus egregijs à natura præditos; & qui præterea coniectandi periti viderentur, ad quodcumq; facinus incitarentur, idonei futuri.

Solâ Ducis patientiâ mitigabantur, eodem plura, quàm gregario milite tolerante. Lib. XIV. Annal.

VT miles omnia duplo peragit & citius & perfectius, ſub aſpectum Ducis: ita adhuc ſeipſo facilè duplo fit melior, vbi non ſolum adeſt Imp. ſed etiam præit exēplo. Itaque ſobriè interpretabimur cenſuram & Apuleii & Ariſtotelis libro de Mundo: *Militiæ principes & Curiæ proceres, & vrbium ac domorum rectores dico nunquam commiſſuros eſſe, vt id ſuis manibus factum velint, quod ſit curæ levioris. nihil enim poſſint æquius facere dominorum imperia, miniſteria ſeruulorum.* atque ita accipiemus, ne à capite ad calcem manum adhibeant. auſpicari ſingula nihil vetat; imò nihil non iubet. De Hercule profectò refert Dio Chryſoſtomus Orat. I. de regno: Οὐ τοίνυν οὐδὲ ἐκεῖνο ἀληθὲς φασὶν, ὅτι δὴ περιῄει μόνος ἄνευ στρατιᾶς. οὐ γὰρ δυνατὸν πόλεις τε ἐξαιρεῖν καὶ τυράννους ἀνθρώπους καταλύειν, καὶ πᾶσι πανταχοῦ προστάττειν χωρὶς δυνάμεως. ὅτι δὲ αὐτουργὸς ἦν καὶ τῇ ψυχῇ πρόθυμος, καὶ τὸ σῶμα ἱκανὸς, καὶ πάντων μάλιστα ἐπόνει, μόνον αὐτὸν ἔφασαν βαδίζειν, καὶ πράττειν ἅπαντα ὅσα βούλοιτο: *Non igitur & in hoc verum dicunt, quod ſolus circumiuerit, abſque exercitu. neque enim ciuitates expugnari, neque hominum tyranni pеſſundari, & omnib. vbique mandata dari poſſunt, ſine copijs. Quia autem ipſe manibus atq; animo promptus erat, corpuſq; habebat validum, & plus omnibus laborabat; ideo ſolum iuiſſe dicunt & feciſſe omnia quæ volebat.* Et hac potiſſimum de cauſâ requirit Onoſander cap. I. Ducem διάπονον δὲ, ἵνα μὴ πρῶτος τῶν στρατευομένων, ἀλλ' ὕστερος κάμνῃ: *Laborioſum, vt non primus à militiâ deficiat, ſed poſtremus.* Vitioque vertit Iphicrati Theopompus, quod eſſet *in labore remiſſus nimis, parumq; patiens*, vt prodidit in vita eius Æm. Probus.

Hodie

Hodie quidem haud difficulter inveniamus Duces proximè accedentes ad exemplū Iſaaci Angeli, quē ſic malo colore traducit Nicetas lib. II: Ἅμα δὲ ἦρι φανέντι ἔξεισιν αὖθις, καὶ μέτεισι τοὺς Μυσούς· ὅλους οὖν μῆνας τρεῖς ἐξηνυκώς, καὶ περὶ τὴν τοῦ Φρουρίου κατάσχεσιν, ὃ Λεβίτζος ἐπικέκληται, πλεῖστα πεπονηκώς, ἀτελὲς τὸ ἐγχείρημα καὶ πάλιν ἀπολιπών, ἐκεῖθεν μεθίσταται. καὶ τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων εἴσεισιν· αἱ γὰρ τῆς Προποντίδος χάριτες, καὶ τὰ ἐπιτερπῆ κατ' αὐτὴν σκηνώματα, τά τε κυνηγέσια καὶ ἱππάσια, ἁλυσιδοῦντα δὴ τοὺς ἐς ἡμᾶς αὐτοκράτορας, οὐκ εἴων ἐπὶ μακρὸν θηραυλεῖν, ἀλλ' ὡς ῥιψάσπιδας γινομένους ἔπειθον αὐτομολεῖν εἰς αὐτά: *Veris initio rurſus contra Myſos egreſſus, & tribus integris menſibus in obſidione Lobizi caſtelli fruſtra cum maximo labore conſumptis, infectâ re domum rediit. nam Propontidis amœnitas, ſuauiſſima diuerſoria, venationes & equitationes, quæ velut cathenis conſtringere ſolent noſtræ ætatis Imperatores, non diu cum ſub dio eſſe ſinebant, ſed veluti clypeo abiecto aufugere cogebant.* Rariores autem reperiamus, qui non nudatis excipiant dētibus voces regis Theſſali apud Xenophontem libro VI. Hiſtor. Græc: Παρ' ἐμοὶ γὰρ οὐδεὶς μισθοφορεῖ ὅστις μὴ ἱκανός ἐστιν ἴσα πονεῖν ἐμοί: *Apud me nemo ſtipendia facit, qui non eoſdem quos ego labores tolerare poſſit.* Linguamque præterea exerant ad hæc Ammiani de Iuliano, limine libri XVII: *Plus laboris indicere ſibi quàm militi, ſicut perſpicuè contigit, aſſuetum &c.* Ac palam fatuū vocent Ageſilaū, quem iſto elogio proſecutus eſt Xenophon: Ἡγεῖτο γὰρ ἄρχοντι προσήκειν, οὐ μαλακίᾳ, ἀλλὰ καρτερίᾳ τῶν ἰδιωτῶν περιεῖναι. τάδε μέντοι πλεονεκτῶν οὐκ ᾐσχύνετο, ἐν μὲν τῷ θέρει, τοῦ ἡλίου, ἐν δὲ τῷ χειμῶνι, τοῦ ψύχους. καὶ μὴν εἴποτε μοχθῆσαι στρατιᾷ συμβαίη, ἑκὼν ἐπόνει παρὰ τοὺς ἄλλους· νομίζων πάντα τοιαῦτα παραμυθίαν εἶναι τοῖς στρατιώταις: *Exiſtimabat enim, imperatorem decere potius, vt tolerantiâ, quam mollitie priuatis hominibus præſtaret. Non tamen eum pudebat in aliis huiuſmodi rebus maiorem ſibi partē poſcere, nimirum per æſtatem, ſolis: per hiemem, frigoris. Quod ſi aliquando vſu veniret, vt laborandum exercitui eſſet; ſponte ſuâ ſupra ceteros laborabat, quod arbitraretur, eiuſmodi omnia militibus eſſet ſolatio.* Verè *ſolatio.* Quin imò ſæpe eò deuenitur locorum, vt velut ipſum cœlum Atlas, ita patiētia Imperatoris totum ſuſtineat exercitum. Curtius lib. VIII. de Alexandri militibus: *Nec vlla res magis ſaluti fuit, quam quod multiplicato labore ſufficientem malis, quibus ipſi ceſſerant, Regem deſerere erubeſcebant.* Deque exercitu Catonis inter arenas Libycas, poëticè quidem ſed verè Lucanus lib. IX:

——cogit tantos tolerare labores
Summa Ducis virtus; qui nudâ fuſus arenâ
Excubat, atq; omni fortunam prouocat horâ.
Omnibus vnus adeſt fatis. quocumq; vocatus.

Digitized by Google

Advolat. atq́; ingens meritum maiuſque ſalute
Contulit in lethum vires; puduitq́; gementem
Illo teſte mori. ———

De Corbulone Tacitus: *Ipſe exercitusq́;,vt nullis ex prælio damnis, ita per inopiam & labores fatiſcebant; carne pecudum propulſare famem adacti. adhac penuria aquæ, feruida æſtas, longinqua itinera, ſolâ Ducis patientiâ mitigabantur, eodem plura quàm gregario milite tolerante.* Ad hoc exemplar conformatos fuiſſe veterum plures, teſtatum eſt exemplorũ copiâ. Profitetur Braſidas apud Thucydidem lib. v: Ἐγώ τε δείξω οὐ παραινέσαι οἷός τε ὢν μᾶλλον τοῖς πέλας, ἢ καὶ αὐτὸς ἔργῳ ἐπεξελθεῖν: *Et ego oſtendam me eum eſſe, qui non magis alios officii ſui moneam,quàm ipſe factis præſtem eadem, ad quæ verbis illos adhortor*. Quod ipſum ſibi quoque volunt Marij verba in Salluſtii Iugurtha: *Neq; illos arctè colam, me opulenter: neq́; gloriam meam, laborem illorum faciam.* Teſtatur etiam de Pompeio Tullius pro Murenâ: *Nunquam iſte plus militi laboris impoſuit, quàm ſibi ſumpſit.* Quibus in rebus, laboriſte; id verò haurire ex Xiphilini Hadriano: Καὶ ὅπως γε καὶ ὁρῶντες αὐτὸν ὠφελοῖντο, σκληρᾷ τε πανταχοῦ τῇ διαίτῃ ἐχρῆτο, καὶ ἐβάδιζεν, ἢ καὶ ἵππευε πάντῃ. οὐδ᾽ ἔστιν ὅποτε οὔτε ὀχήματος τότε γε, οὔτε τετρακύκλου ἐπέβη· οὔτε τὴν κεφαλὴν, οὐκ ἐν θάλπει, οὐκ ἐν ῥίγει ἐκαλύφθη. ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς χιόσι ταῖς Κελτικαῖς καὶ τοῖς καύμασι τοῖς Αἰγυπτιακοῖς, γυμνῇ αὐτῇ περιῄει. *Atq; vt milites haberent vnde exemplum peterent, ipſe duriter viuere, pedibus iter facere, aut in quæuis loca admiſſo equo proficiſci. nunquam enim vehicula aut quadrigas conſcendere: nulloq; calore, nullo frigore, vt capite operto eſſet, adduci: nec enim umquam aut propter niues Celticas, aut calores Ægyptios opertum caput habuit.* Talis & ante ipſum Veſpaſianus, de quo Tacitus lib. II. Hiſt: *Acer militiæ; anteire agmen, locum caſtris capere, noctu diuque conſilio, ac ſi res poſceret, manu hoſtibus obniti; cibo fortuito, veſte habituque vix à gregario milite diſcrepans.* Quibus egregiè ſecundas facit Seuerus lib. II. Herodiani: Ἐκοινώνει δὲ τῶν καμάτων αὐτοῖς, σκηνῇ τε χρώμενος εὐτελεῖ, καὶ σιτία καὶ ποτὰ προσφερόμενος ὅσα καὶ πᾶσιν ὑπάρχειν ἠπίστατο· οὐδαμοῦ δὲ τρυφὴν ἐνεδείκνυτο βασιλικήν. ὅθεν καὶ μείζονα παρὰ τοῦ στρατιωτοῦ εὔνοιαν ἐπεσπάσατο. οὐ γὰρ μόνον αὐτὸν συμπονοῦντα, ἀλλὰ καὶ τῶν καμάτων ἄρχοντα οἱ στρατιῶται αἰδούμενοι, μετὰ προθυμίας πάντα ἔπραττον: *Ipſe inter primos laborans, viliq́; tabernaculo vtens, cibũ potumq́; eundẽ quẽ etiã ceteri milites, capiebat; nihil vmquã imperatoriæ luxuriæ, nihil deliciarũ oſtentans: ſic vt acceptior in dies militibus fieret. Nam quũ laborũ omniũ non modo particeps, ſed princeps etiã auctorq́; foret, adeo cunctis venerabilis erat, vt nihil non pro illo cupidiſſimè facturi viderẽtur.* Proximus horũ veſtigiis Manuel apud Nicetã fine lib. VI: Ἐπὶ τοῦ Κλαυδίου διὰ τῆς Νικομηδείας ἤλαυνε πόλιν, μὴ αὐλαίαν ἀνακτορικὴν, μὴ κλίνην, μὴ

λην, μὴ στιβάδα, μήτι ἄλλην σκηνὴν τρυφῶσαν ἀρχικὴν ἐπαγόμενος, μόνα δὲ τὰ ἱππάσιμα φέρων, καὶ στολὰς φολίσι σιδηραῖς ὑφαντάς. ἐπέτεινεν οὖν τοὺς σταθμούς· τοσοῦτον δὲ ἦν ἐκείνῳ τὸ πρόθυμον φθάσαι τοὺς πολιορκοῦντας πλησιοῦσι, πρὸ τοῦ παθεῖν τι τοὺς ἔνδον δεινόν, ὁποῖον οὐκ ἔστι λόγῳ περιηγήσασθαι. οὐκοῦν τὰς νύκτας ἰαύειν ἄυπνος καὶ πρὸς τὴν πορείαν ἐχρῆτο φωτὶ ποιητῷ βαδίζων διὰ τῆς Βιθυνῶν· ἡ δὲ ὡς ἐπίπαν ταῖς ξυναγκείαις πεπύκνωται, καὶ ἄπορός ἐστι πολλαχῆ τῷ τῆς ὕλης συνηρεφεῖ. εἰ δέ που καὶ χρείας ἱκανούσης ἐδεῖτο διαναπαύεσθαι, γήϊνον εἶχε τὴν καθέδραν, καὶ κάρφη ὑποβεβλημένη καὶ φορυτὸς ὑποκείμενος, ἐκείνῳ τὴν στρωμνὴν ἐσχεδίαζεν. ὅτε δὲ ὑετοῦ κατενεχθέντος, καὶ τοῦ σταθμοῦ γινομένου κατὰ φάραγγα τεναγώδη, ἄνωθέν τε ταῖς σταγόσιν ἐτέγγετο, καὶ τὸν ὕπνον διεσπᾶτο τῷ τὴν στιβάδα ὑποτρέχοντι νάματι. κἀπὶ τοῖς τοιούτοις ἠγαπᾶτο μᾶλλον καὶ ἤγατο, ἢ ὅτε διαδήματι ἐταινιοῦτο, καὶ περιέκειτο τὴν ἁλουργίδα, καὶ τὸν ἵππον ἀνέβαινε τὸν χρυσοφάλαρον. *Per Nicomediam, Claudiopolim maximis itineribus contendit, ſine vllis aulicis deliciis; armis & equis duntaxat inſtructus. & vt hoſtium conatus anteuerteret, inſomnes noctes agit: & ad faces per Bithyniam, quæ propter crebras valles & denſas ſyluas multis in locis impedita habet itinera, pedes proficiſcitur. Quod ſicubi quieſcendum erat, cubile illi erat humus, lectus è paleis & fœno conſtabat. Cum pluuio tempore in paluſtri loco diuerſabatur, nubes & ſubterfluentes riui ſomnum ei interrumpebant. Quæ res maiorem ei hominũ & beneuolentiam & admirationem peperit, quam in imperij principio diadema, purpura, & equus aureis phaleris ornatus.* Non ignavè de ſe apud Ioſephum, poſt ſtrenuam oppugnationem, Veſpaſianus lib. IV. belli Iud. c. V: Πειράσομαι δὲ ἐγὼ καθάπερ νῦν ἐπὶ πάσης μάχης, προάγειν τε ὑμῶν εἰς τοὺς πολεμίους, καὶ τελευταῖος ἀποχωρεῖν: *Ipſe, ita vt nunc feci, experiar æque ac vos pugnando, primus ad bella pergere, & nouiſſimus inde diſcedere.* Aemulatione videlicet vetuſtiorũ. quippe de Philopæmene Plutarchus in vita eius: Ἐν μὲν ταῖς πολιτικαῖς στρατείαις, ἃς ἐποιοῦντο κλωπείας ἕνεκα καὶ λεηλασίας εἰς τὴν Λακωνικὴν ἐμβάλλοντες, εἴθισεν αὐτὸν, πρῶτον μὲν ἐκστρατευόντων, ὕστερον δὲ ἀπερχομένων βαδίζειν: *Quum expeditionibus furtiuis ad prædandum incurſarent ciues eius fines Laconicos, ita ſe inſtituit vt primus in expeditionem euntium eſſet, & omnium reciperet ſe poſtremus.* De Annibale Silius lib. I:

Primus inire manum; poſtremus ponere Martem.

Hinc laudatus tubâ Iuſtini hiſtoricâ lib. XI. victor Darii: *Alexander autẽ periculoſiſſima quæq; aggrediebatur, & vbi confertiſſimos hoſtes acerrimè pugnare conſpexiſſet, eo ſe ſemper immergebat; periculaque ſua eſſe, non militum volebat.* Sed & de Ioanne Comneno Choniates lib. I: Οὐ γὰρ ἀγαθὸς μόνον καὶ ποικίλος τὸ ἦθος ἐδείκνυτο σύμβουλος, ἀλλὰ καὶ πρῶτος παρεῖχε πεῖραν ὅποσα στρατηγοῖς καὶ τάγμασιν ὑπετίθετο: *Non enim conſilio duntaxat & ingenij ſolertiâ valebat; ſed primus etiam ea quæ ducibus & legionibus man-*

Digitized by Google

dabat, exequebatur. Honeſtè & vtiliter. Vnde decretum Læuini Coſ. lib. XXVI Liuii: *Magiſtratus Senatui, & Senatus populo ſicut honore praſtet; ita ad omnia quæ dura atq; aſpera eſſent, ſubeunda ducem debere eſſe: ſi quid iniungere inferiori velis, id prius in te ac tuos ſi ipſe iuris ſtatueris, faciliùs omnes obedientes habeas. nec impenſa gravis eſt, cùm ex ea plus quàm pro virili parte ſibi quemq; capere principum vident &c.* Et hoc ipſum, bonorum Ducum perpetuum fuiſſe inſigne; non perplexè oſtendit Syneſius περὶ Βασιλ: Ἀλλ᾽ ἂν ἐπιδράμῃς τῷ νῷ τὴν ὁποι ποτὲ τῶν ἐκταθεισῶν ἀρχὴν, εἴτε τῶν παρθυαίων, εἴτε τῶν μακεδόνων, εἴτε τῶν περσῶν, εἴτε τῶν παλαιτάτων μήδων, εἴτε τὴν ἐν ᾗ ζῶμεν, ἄνδρες δημοτικοί τε καὶ στρατιῶται, καὶ τὰ πολλὰ συνθυραυλοῦντές τε καὶ χαμευνοῦντες ἐν τῇ φάλαγγι, καὶ οὔτε μειονεκτοῦντες πόνων, οὔτε πλεονεκτοῦντες ἡδονῶν, ἑκάστην ἐπικράτειαν ἐπὶ μέγα προήγαγον: *At ſi percurras animo, vbicumq; terrarum dilatata imperia, ſiue Parthicum, ſeu Macedonicum, ſeu Perſicum, ſeu Medorum antiquiſſimorum, ſeu etiam hoc in quo viuimus; profectò homines populares & milites & plerumq; foris atq; humi excubantes in ordinibus; quiq; neq; minus laborare, neq; plus voluptatis percipere ſtuderent, vnamquamq; dominationē amplificarunt.* Vnde & Ammianus de Theodoſio: *Nihilq; gregariis imperans, cuius nō ipſe primitias alacri capeſſeret mente.* Rectè primitias. hoc. n. ſufficit. nec aliud voluit Onoſander in themate XLII: Εἰ δέ τι διὰ χειρὸς ὁ στρατηγὸς ἐξεργάσασθαι σπεύδοι, κινείτω πρῶτος αὐτὸς ὀφθῆναι ποιῶν. οὐ γὰρ οὕτως ταῖς ἀπὸ τῶν κρειττόνων ἀπειλαῖς ἀναγκαζόμενοι τὸ πείθειν, ὡς ταῖς ἀπὸ τῶν σεμνοτέρων διατροπαῖς. ἰδὼν δέ τις τὸν ἡγεμόνα πρῶτον ἐγχειροῦντα, καὶ ὅτι δεῖ σπεύδειν ἔμαθεν, καὶ μὴ ποιεῖν ᾐδέσθη. καὶ ἀπειθεῖν ἐφοβήθη. καὶ οὐκ ἔτι ὡς δοῦλον ἐπιταττόμενον διετέθη τὸ πλῆθος, ἀλλ᾽ ὡς ἐπὶ ζῆλον προσκαλούμενον διεπράττετο: *Siquid ſubitò confici optet Imperator, primus ipſe, manu operi admotâ, conſpiciatur. Nec enim militum vulgus adeò potentiorum comminationibus cogitur, atque præſtantium dignitate virorum exemplis verecundiam pulſantibus. Conſpiciens enim aliquis Ducem ſuum in re attrectandâ omnium principē, feſtinandum eſſe animaduertit, ceſſare erubeſcit, imperatiq; non parere veretur: nec iam vt ſeruus, aut imperio ſubditus, ſed commilitionis inſtar, ad opus quoque prouocatus accedit.* Porrò nihil fuiſſe tam periculoſum, nihil tam ſordidum, quod non vltrò primi obierint ipſi Duces; pauculis notabitur exemplis. Planè in itinere contento præcedit, & viam quaſi ſecat Xenophon. vt de ſe prodit lib. VII. Exped. Cyri: Ἀκούσας ταῦτα ὁ Ξενοφῶν, κατέβη ἀπὸ τοῦ ἵππου. καὶ ὃς ἤρετο· τί καταβαίνεις, ἐπεὶ σπεύδειν δεῖ; οἶδα, ἔφη, ὅτι οὐκ ἐμοῦ μόνου δέῃ· οἱ δ᾽ ὁπλῖται θᾶττον δραμοῦνται καὶ ἥδιον, ἂν καὶ ἐγὼ πεζὸς ἡγῶμαι: *Hæc verba cum Xenophon audiiſſet, de equo deſcendit, Quærente Seuthe: Quamobrem quæſo ex equo deſcendis, cùm feſtinatione ſit opus? Equidem ait, ſcio non meâ ſolius opus eſſe præſentiâ: & hi grauis armaturæ pe-*

dites celerius current ac lubentius, ſi & ipſe pedes agmen duxero. Idem præſtat libro Herodiani III. Imp. Seuerus: Αὐτὸς δὲ τῆς ὁδοῦ εἴχετο, μηδεμίαν ἀνοχὴν ἀναπαύλης διδοὺς, μήτε ἑορταῖς μήτε καμάτοις, κρύους καὶ θάλπους ὁμοίως καταφρονῶν. πολλάκις γοῦν διὰ τῶν δυσχειμέρων καὶ ὑψηλοτάτων ὀρῶν τὴν ὁδοιπορίαν ποιούμενος, ὑπὸ νιφετοῖς καὶ χιόσιν ἀκαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ ὡδοιπόρει, προθυμίας καὶ ἀνδρείας τὸ ἐνδόσιμον τοῖς στρατιώταις ἔργῳ διδούς· ὡς μὴ μόνον αὐτοὺς φόβῳ καὶ νόμῳ ἀντέχειν πρὸς τοὺς καμάτους, ἀλλὰ μιμήσει καὶ ζήλῳ τοῦ βασιλέως: *Ipſe iter faciebat ſine intermiſsione, neq; feſtos dies neq; labores vllos magnopere curans; algoris atq; æſtus iuxta patiens. ſæpe etiam per altiſsimos montes hieme ſæuâ, niuibus cælo ingruentibus, ibat aperto capite; vt milites ad alacritatem patientiamq; laborum reipſa cohortaretur. Quocirca non metu quodam ac lege ſed æmulatione magis atq; exemplo principis ad perferenda omnia incitabantur.* Traduxit iſtud in poema ſuum Italicus; itaque pulcre de Nerone Claudio lib. XV. Punic. v 576:

Hortandi genus acer habet, præcedere ductor.
Illum augent, curſu adnixi æquare ſequendo,
Atq; indefeſsi noctemq; diemq; ſequuntur.

Sed nec deeſt ſibi dux; in itinere difficili. Zoſimus de Iuliano Imp: Ταύτην διαδραμόντες τὴν πόλιν, (οὐδὲν γὰρ ἦν ἐκ ταύτης εὐλαβεῖσθαι πολέμιον) ὁδὸν διῄεσαν τέλματι χειροποιήτῳ διάβροχον. οἱ γὰρ Πέρσαι, τήν τε διώρυχα τῇ χώρᾳ καὶ τὸν ποταμὸν αὐτὸν ἐπαφέντες, ἀδύνατον, κατά γε τὴν αὐτῶν οἴησιν, πεποιήκασι τῷ στρατῷ τὴν διάβασιν. ἀλλ᾽ ὅμως τοῦ βασιλέως προθέοντος, καὶ ὁ στρατὸς ἠκολούθει, βρέχων ἄχρι γονάτων τοὺς πόδας. αἰσχύνην γὰρ ἡγοῦντο μὴ ποιεῖν ἅπερ ἑθεῶντο ποιοῦντα τὸν βασιλέα: *Hoc oppido præterito, à quo nihil eſſet hoſtile metuendum; iter fecere per locum facticiâ palude ſtagnantem. Nam & alueo, & ipſo flumine Perſæ regioni immiſſo, perfeciſſe ſe putabant, vt exercitus nullo modo poſſet transijcere. Sed curſim antegreſſo Imperatore, ſubſequebatur exercitus, pedibus vſque ad genua madefactis. Nam pudore præpediebantur, quo minus id nõ facerent, quod Imperatorem facere videbant.* Atque hoc eſt quod præcepit Leo Imp. capite IX. Tactic. ſectione XII: Εἰ δὲ πάνυ ἐπισφαλεῖς εἰσὶν οἱ τόποι καὶ δύσκολοι, καὶ σεαυτὸν, τὸν τοῦ παντὸς στρατηγὸν ἀπέρχεσθαι, καὶ γίνεσθαι κατὰ τὸν τόπον καὶ παραστῆναι δὲ ἄχρις ἂν πάντες ἀπαθῶς διέλθωσιν: *Sin admodum lubrica difficiliaq; loca fuerint, teipſum oportet primum eo tranſire; deinde ibi conſiſtere & commorari, donec omnes ſine offenſione tranſierint.* Factumque iſtud à patre ſuo Baſilio, legere eſt ibidem. Præſtititque item Alexander, nunc Curtii lib. VII: *Rex agmen circuibat pedes, iacentes quoſdam erigens, & alios cum ægrè ſequerentur, adminiculo corporis ſui excipiens. nunc ad prima ſigna, nunc in medium, nunc in vltimo agmine itineris multiplicato labore aderat.* Nunc libro VIII: *Rex vnus tanti mali patiens, cir-*

cuire milites, contrahere diſperſos, alleuare proſtratos: oſtendere procul euolutum ex tugurijs fumum; hortariq́ue vt proxima quaq́ue ſuffugia occuparent &c. Callidus quoque in frigore ſimili Iphicrates Polyæni libro III: Ἰφικράτης περὶ χειμῶνας καὶ κρημνοὺς ὁρῶν καιρὸν ἐπιθέσεως, προάγειν ἐβούλετο τοὺς στρατιώτας· διὰ γυμνότητα καὶ ψῦχος οὐ προθυμουμένων, αὐτὸς ἐνδὺς ἐσθῆτα φαύλην, καὶ τῶν ἄλλων ἀθλιωτέραν, περιιὼν τὰς σκηνὰς ἕκαστον ἐπιχειρῆσαι τοῖς πολεμίοις παρεκάλει. οἱ δὲ προθύμως ἠκολούθησαν, ὁρῶντες τὸν στρατηγὸν ταπεινῶς ἠσθημένον, καὶ ἀνυπόδητον, ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας προθυμούμενον: *Iphicrates ſub hyemem & congelatam aciem videns opportunum tempus hoſtes aggrediendi, producere milites volebat. Quibus ob veſtium tenuitatem & frigoris ſævitiam difficulter obedientibus, ipſe malam veſtem indutus, & reliquis leuiorem, accedens ad tabernacula, ſingulos hortabatur vt in hoſtes inuaderent. Qui conſpicati ducẽ abiectiſſima veſte præditum & calceis vacantem pro communi ſalute ſe in voluntarium periculum offerre, libenter ſecuti ſunt.* Cui adiungi meretur Corbulo Taciti lib. XIII. Annal: *Annotatusq́ue miles qui faſcem lignorum geſtabat, ita prærigniſſe manus, vt oneri adhærentes, truncis brachijs deciderent. Ipſe cultu levi, capite intecto, in agmine, in laboribus frequens adeſſe: laudem ſtrenuis, ſolatium inualidis, exemplum omnibus oſtendere.* Notabilis etiã Alexander Magn. in toleranda ſiti. ꝙ factum eius etſi pulcrè deſcripſerint antiquiores, oportet audiamus verbis Sozomeni; ideo ꝙ ſimile addat exemplũ Theodoſij Imp. Præfat. hiſt ſuæ Eccleſiaſticę: Πρώην γέ τοι τὴν ἐν Πόντῳ πόλιν Ἡρακλέους ἐπώνυμον σπεύδων ἰδεῖν, καὶ ἐγεῖραι τῷ χρόνῳ κάμνουσαν, ὥρᾳ θέρους τὴν διὰ Βιθυνῶν ᾔεις ὁδόν. τοῦ δὲ ἡλίου σφόδρα φλέγοντος περὶ μέσην ἡμέραν, ἰδών σέ τις τῶν δορυφόρων ἱδρῶτι πολλῷ καὶ κονιορτῷ πεφυρμένον, ὡς δὴ χαριούμενος προσεκόμισέ σοι φιάλην εὖ μάλα λαμπρῶς πρὸς τὰς ἀκτῖνας ἀποστίλβουσαν, ἡδὺν αὐτῇ ἵνα ποτὸν ἐμβαλὼν, καὶ ψυχρὸν ὕδωρ ἐπιχέας. σὺ δὲ ὦ κράτιστε προσδεξάμενος, ἐπῄνεσας μὲν τῆς προθυμίας τὸν ἄνδρα, καὶ δῆλος ἦσθα μετ' οὐ πολὺ τοῦτον φιλοτιμίᾳ βασιλικῇ καλῶς ποιήσων. πάντων δὲ τῶν στρατιωτῶν τὴν φιάλην κεχηνότων καὶ μακαριούντων ὃς πίεται, πάλιν αὐτῷ ὦ γενναῖε τὸ ποτὸν ἐξέδωκας, καὶ ὅπου φίλον αὐτῷ κεχρῆσθαι ἐκέλευσας. ὥς τέ μοι δοκεῖ εἰκότως ταῖς σαῖς ἀρεταῖς νενικῆσθαι καὶ Ἀλέξανδρον τὸν Φιλίππου, ᾧ λέγεται παρὰ τῶν ἐκεῖνον θαυμαζόντων, δι' ἀνύδρου τόπου βαδίζοντι μετὰ τῶν Μακεδόνων ἐπιμελῆ στρατιώτην ὕδωρ εὑρόντα ἀρύσασθαι καὶ προσκομίσαι· τὸν δὲ, μὴ πιεῖν, ἀλλὰ ἐκχέαι τὸ πόμα: *Nam iamdudum, cum ad viſendam Heracleam, oppidum Ponti, contendebas, quo eam temporis diuturnitate collapſam reficeres, in ipſa æſtate per Bithyniam iter feciſti: cumq́ue ſol iam in ipſa meridie vehementer ardebat, vnus ex ſatellitum numero te ſudore multo & puluere conſperſum videns, tanquam tibi rem gratam facturus, poculum verſus ſolis radios ſplendidè admodum coruſcans, & dulci cum aqua frigida infuſa impletum, tibi apportauit. Tu verò, Imperator inuictiſſi-*

inuictiſſime, propenſum viri illius erga te ſtudium amplexatus, manifeſto declaraſti, te haud multo poſt eum regia tua magnificentia amplè remuneraturũ. Cum autem omnes milites poculo inhiarent: beatumq́; ducerent eum qui ex illo bibiturus eſſet, potũ ei à quo eum acceperas reddidiſti: iuſſiſtiq́;, vt illo, quo ſibi libitum eſſet modo vteretur. Quare virtutibus tuis mihi profectò videris viciſſe ipſum Alexandrum Philippi filium: quem à ſuis laudatoribus memoratum eſt, cum per locum aridum vna cum Macedonibus tranſiret, & miles quidam diligens & officioſus de aquâ, quam fortè offenderat, hauſiſſet, eiq́; attuliſſet, neutiquam bibiſſe, ſed eam in terram effudiſſe. Et hac in re, pluſquã homo fuit Porcius Cato: quem ſic loquentem produxit lib. IX. Pharſal. Lucanus:

——dum primus arenas
Ingrediar, primuq́; gradus in puluere ponam,
Me calor æthereus feriat, mihi plena veneno
Occurrat ſerpens; fatoq; pericula veſtra
Prætentate meo; ſitiat, quicumq; bibentem
Viderit: aut umbras nemorum quicumq́; petentem,
Æſtuet: aut equitem peditum præcedere turmas,
Deficiat; ſi quo fuerit diſcrimine notum
Dux, an miles eam. ſerpens, ſitis, ardor, arena,
Dulcia virtuti: Gaudet patientia duris.
Lætius eſt, quoties magno ſibi conſtat, honeſtum.

Eademque expeditione de eodem Catone idem adhuc Poeta:

Arent ora ſiti. conſpecta eſt parua malignâ
Vnda procul venâ: quam vix è puluere miles
Suſtulit, & galeæ convexum infudit in orbem,
Porrexitq́; duci. ſqualebant pulvere fauces
Cunctorum: minimumque tenens dux ipſe liquoris
Inuidioſus erat. me ne, inquit, degener vnum
Miles in hac turba vacuum virtute putaſti?
Vſque adeo mollis, primiſq; caloribus impar
Sum viſus? quanto pœna tu dignior iſta,
Qui populo ſitiente bibas! ſic concitus ira
Excuſſit galeam, ſuffecitq; omnibus vnda.

Egregiè quoque heîc perſonam ſimulauit boni Ducis Caracalla. Herodianus namque lib. IV: Ὅτι τε πᾶν ὡς στρατιώτης ἔπραττεν, εἴτε ὄρυγμά τι ὀρύττειν ἔδει, σκάπτων πρῶτος, εἴτε ῥεῖθρον γεφυρῶσαι, ἢ βάθος χῶσαι. πᾶν θ' ὃ χειρῶν ἢ καμάτου σώματος ἔργον, πρῶτος εἰργάζετο. τράπεζάν τε εὐτελῆ παρετίθετο, ἐσθ' ὅτε καὶ ξυλίνοις ἐς ποτὸν καὶ ἐδέσματα χρώμενος σκεύεσιν. ἄρτον τε προσφέρε-

φέρετο αὐτοσχέδιον. σῖτον γὰρ ἀλήσας τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ, ὃ ἤρκει μόνῳ, μάζαν τε ποιήσας καὶ ἐπ᾽ ἀνθράκων ὀπτήσας, ἐσιτεῖτο. καὶ πάντων μὲν τῶν πολυτελῶν ἀπείχετο· ὅσοι δὲ εὐτελέστατα, τοῖς καὶ πενεστάτοις τῶν στρατιωτῶν ὁμαρτῇ, τούτοις ἐχρῆτο, συστρατιώτης τε ὑπ᾽ αὐτῶν μᾶλλον ἢ βασιλεὺς καλούμενος, χαίρειν προσεποιεῖτο. τὰ πλεῖστά τε αὐτοῖς συνώδευε πεζῇ πατῶν, σπανίως ἅρματος ἢ ἵππου ἐπιβαίνων· τά τε ὅπλα βαστάζων ἑαυτῷ. ἔτι δὲ ὅτε καὶ τὰ τῶν στρατοπέδων σύμβολα, ἐπιμήκη ὄντα καὶ χρυσοῖς ἀναθήμασι πολλοῖς κεκοσμημένα, μόλις ὑπὸ τῶν γυμνασιωτάτων στρατιωτῶν φερόμενα, ἐπιθεὶς τοῖς ὤμοις ἔφερεν αὐτός. διὰ δὴ ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, ὡς στρατιωτικὸς, ὑπ᾽ αὐτῶν ἐφιλεῖτο, καὶ ὡς γενναῖος ἐθαυμάζετο. καὶ γὰρ ἦν θαύματος ἄξιον, ἐν μικρῷ πάνυ τὸ μέγεθος σώματι, γενναίων πόνων ἄσκησις τοσαύτη: *Ipſe vtiq; nullum non militiæ munus promptè obire: & ſiue quid fodiendũ foret, primus fodere; ſiue pons fluminis imponendus aut exſtruendus agger, ſiue quod opus manuum faciendum, aut labor ſubeundus, primus omnia occupare: tenuiq; menſa, ac ligneolis poculis vaſisq; eſculentorum contentus eſſe: panemq; etiam temere factum comeſſe: quippe tritico quantum ſatis vni foret, ſua manu molito, maſſaq; inde facta atque in carbonibus decocta, veſci ſolitus. omnia deniq; elegantiora aſpernari, & viliſſimis quibusq;, ac vel pauperrimo gregarioq; militi facillimis vti. Tum commilitonem quàm principem vocari ſe malle: ac plerumq; iter facere, perinde, atq; ipſi, pedibus ambulans; raroq; vehiculum conſcendere aut equum: ſibi ipſe portare arma: nonnunquam etiam ſigna militaria longiſſima, & multis aureis ornamentis prægrauia, ac ne robuſtiſſimis quidem militibus facilia, ipſe humeris ſubire. Ob hæc igitur aliaq; huiuſcemodi, vt hominem militarem diligere eum ſuus exercitus, & vt virum fortem admirari. quippe inſtar miraculi videbatur tantulæ hominem ſtaturæ, tantis eſſe laboribus parem.* Sic in complanādâ viâ Alexander. Curt. lib. VIII: *Ab alterâ parte voragines eluvieſque prærupta ſunt: nec alia expugnandi patebat via, quàm vt replerentur. Ad manum ſylua erat, quam rex ita cædi iuſſit, vt nudi ſtipites iacerentur: quippe rami fronde veſtiti impediſſent ferentes. Ipſe primus truncam arborem iecit, clamorq; exercitus index alacritatis ſecutus eſt; nullo detrectante munus quod rex occupaſſet.* Idem in cõplendâ foſsâ, Polyænus lib. IV: Ἀλέξανδρος πολιορκῶν Τύρον, βουλόμενος χῶμα τοῖς τείχεσι τῶν Τυρίων μεταβαλεῖν, πρῶτος αὐτὸς κόφινον λαβὼν χοῦ πληρώσας προσήνεγκεν. οἱ Μακεδόνες ὡς εἶδον αὐτουργοῦντα τὸν βασιλέα, παραχρῆμα τὰς χλαμύδας ἀπορρίψαντες, τὰ χώματα διὰ τάχους ἤγειραν: *Alexander Tyrum oppugnans, cùm amplam foſſam mœnibus Tyriorum adiectam ſuperare cuperet, primus corbem arenâ refertum apportauit. Macedones cùm regem ſuis manibus opus facere viderent, confeſtim abiectis chlamydibus, celeriter loca æquarunt.* Nec aliud ſpectauit, dum perfodiendum Iſthmum aggreditur, Nero. Suetonius cap. XIX: *Prætorianos pro concione ad inchoandum opus cohorta-*

cohortatus eſt; tubaq́; ſigno dato, primus raſtello humum effodit, & corbulæ congeſtam humeris extulit. Idem propoſitum Veſpaſiano. Suetonius cap. VIII: *Ipſe reſtitutionem Capitolij aggreſſus, ruderibus purgandis manus primus admovit, ac ſuo collo quadam extulit.* Sed & ſtrenuus in glacie perrumpē-da Alexander. Curtius lib. V: *Rex caſtigare territos ſuperſedit. Ceterum ipſe equo deſilijt, pedesq́; per niuem & concretam glaciem ingredi cœpit. Erubuerunt non ſequi primum amici, deinde copiarum duces, ad vltimum milites. Primusq́; rex dolabrâ glaciem perfringens iter ſibi fecit. exemplum regis ceteri imitati ſunt.* Simile quid Annibali accommodat Silius lib. III. Punicorum verſu 5 6:

Rumpit inacceſſos aditus, atque ardua primus
Exuperat, ſummaq́; vocat de rupe cohortes.
Tum qua durati concreto frigore collis
Lubrica fruſtratur canenti ſemita cliuo
Luctantem ferro glaciem premit.

Cōſpicuus itē in trāſeundo flumine rex Conradus. Nicetas lib. Manuel. II: Ἐπειδὴ δὲ καὶ ὁ ποταμὸς οὗτος ὡς ἔστιν ὁρᾶν οὐκ ἄλλως περάσιμος, εἰ μὴ καινοτέραν ἀνοίξει τις πάροδον αὐτὸς ἐγὼ καὶ τὸ κατὰ τοῦτον εἰσηγήσομαι γενησόμενον, καὶ τοῦ εἰσηγηθέντος πρώτως κατάρξομαι. ἐς ὁμαιχμίαν μίαν φραξάμενοι, καὶ ταῖς χερσὶ δέντες τὰ δόρατα, διεξιππασώμεθα σὺν ῥύμῃ τοῦ ποταμίου τοῦδε ῥεύματος, καὶ ἐς αὐτὸ ἐμβάλωμεν μεθ' ὁρμῆς. καὶ στήσεται οἶδα σαφῶς τὸ ὕδωρ ἀναχαθὲν, καὶ τοῦ κατ' εὐθυωρίαν ἀνακοπήσεται προρρέειν ὥσπερ ἐπαναστραφέν: *Iam quia fluuius hic vt cernitur, non niſi nouâ ratione tranſiri poteſt: ego ipſe huius exempli monſtrator ero, meumq́; conſilium primus exequar, Acie condenſata, haſtisq́; coniunctis, cum impetu irruemus, & flumen perequitabimus: ſatis ſcio aquam repulſam, ſtaturam eſſe, conuerſoq́; veluti curſu, non rectâ promanaturam.* Haud ſecus, inuento Polluce, qui haud refugeret expectare Amycum, infit Val. Flaccus lib. IV. Argonaut:

Omnibus idem animus forti decernere pugnâ;
Exoptantq́; virum, contraq́; occurrere poſcunt.
Qualiter ignotis ſpumantem funditus amnem
Taurus aquis qui primus init, ſpernitq́; tumentem,
Pandit iter: mox omne pecus formidine pulsâ
Pone ſubit; iamq́; & medijs procedit ab vndis.

Similiter & apud Papinium lib. VII. Thebaid. v. 430:

Tunc ferus Hippomedon magno cum fragmine ripæ
Cunctantem deiecit equum. ducibusq́; relictis
Gurgite de medio frenis ſuſpenſus, & armis,
Ite viri clamat. ſic vos in mœnia primus

R

Digitized by Google

Ducere, ſic clauſas voueo perfringere Thebas.
Præcipitant cuncti fluuio, puduitq; ſecutos.
Ac velut ignotum ſi quando armenta per amnem
Paſtor agit. ſtat triſte pecus, procul altera tellus
Omnibus, & latè medius timor: aſt vbi ductor
Taurus init, fecitq; vadum, tunc mollior vnda,
Tunc faciles ſaltus, viſaq; accedere ripæ.

Præcurrit quoq; in aſcenſum montis Artoxerxes. Plutarchus in vita eius: Οὔτε γὰρ χρυσὸς, οὔτε κάνδυς, οὔτε ὁ τῶν μυρίων καὶ διχιλίων ταλάντων περικείμενος ἀεὶ τῷ βασιλέως σώματι κόσμος ἐκεῖνον ἀπεκώλυε πονεῖν καὶ ταλαιπωρεῖν, ὥσπερ οἱ τυχόντες. ἀλλὰ τήν τε φαρέτραν ἐνημμένος, καὶ τὴν πέλτην φέρων αὐτὸς, ἐβάδιζε πρῶτος ὁδοὺς ὀρεινὰς καὶ προσάντεις, ἀπολιπὼν τὸν ἵππον· ὥστε τοὺς ἄλλους πτεροῦσθαι καὶ συνεπικουφίζεσθαι, τὴν ἐκείνου προθυμίαν καὶ ῥώμην ὁρῶντας: *Neque enim aurum vel candys, vel* XII. *millium talentorum regis corpus circumiectus mundus retinebat à laboribus cum & ærumnis inſtar militum gregariorum ſubeundis: verùm pendente ex humero pharetra parmam ferens primus ipſe vias montoſas & arduas dimoto equo ſcandebat. Vnde cæteri illius alacritatem & robur conſpicientes, volucres fiebant & expediti.* Similiaque idem etiam de Lucullo in vita eius: Αὐτὸς δὲ δύο σπείρας ἀναλαβὼν, ἡμιλλᾶτο πρὸς τὸν λόφον, ἐρρωμένως ἑπομένων τῶν στρατιωτῶν, διὰ τὸ κἀκεῖνον ἐν τοῖς ὅπλοις ὁρᾶν πρῶτον κακοπαθοῦντα πεζὸν καὶ προσβιαζόμενον: *Traxit ſimul ille ſecum duas cohortes, cum quibus contendit ad collem, ſtrenuè ſequentibus ipſum militibus, quod imperatorem quoque in armis primum cernerent laborem capeſſentem, & pedibus in cliuum enitentem.* Nec ignauus in nauigando mari irato Conſtantius. Panegyriſta: *At enim tu Cæſar invicte, omnis iſtius & nauigationis & belli non modò pro imperii iure præceptor, ſed rebus ipſis & exemplo conſtantiæ tuæ hortator atq; impulſor fuiſti. ſiquidem magis Geſoriacenſi littore quamuis feruidum inuectus Oceanum, etiam illi exercitui tuo quē Sequanam fluctus invexerat, irreuocabilem iniceciſti in eis ardorem, adeo vt cūctantibus adhuc ducibus, cælo & mari turbidis, vltro ſignum nauigationis expoſceret, quædam minacia ſigna quæ videbantur contemneret, die pluuio vela faceret, ventum, quia directus non erat, captaret obliquum. quis enim ſe quamlibet iniquo mari non auderet credere te nauigante? Omnium (vt dicitur) accepto nuncio nauigationis tuæ, vna vox & hortatio fuit, Quid dubitamus? quid moramur? ipſe iam ſoluit, iam provehitur, iam fortaſſe pervenit. experiamur omnia. per quoscumque fluctus eamus: quid eſt quod timere poſſimus? Cæſarem ſequimur.* Inde eſt quod de Iaſone ſcribit Flaccus lib. IV. verſu 654:

Corripit abiecti remumque lotumque Phaleri;

Et tra-

Et trahit: inſequitur flammata pudore iuuentus. &c.

Eximius autē nocturno tēpore in excubiis C. Marius. Salluſtius Iugurth: *Prætereà alios ſuper vallum in munimentis locare, vigilias ipſe circuire; nō tam diffidentiâ futurorū quæ imperaſſet, quā vti militib. exæquatus cū imperatore labor volentib. eſſet.* Nec omittēdus impiger circa pabulatores Manuel. Imp. Choniates lib. VI: Ἐν δεινῷ δὲ οἱ Πέρσαι τιθέμενοι, εἴπερ τῶν Δορυλαΐου πεδίων ἀπαναστᾶεν, ἐν οἷς ἔθελγε τὰ τούτων αἰπόλια καὶ βουκόλια, πόαις ἐνσκιρτῶντα ταῖς λειμωνίτισι, καὶ δωμηθήσεται πόλις, καὶ φρουρὸς ἐγκαθεσθείη φάλαγξ ῥωμαϊκή, ὅλαις ἡνίαις κατὰ ῥωμαίων ἐφέροντο· καὶ τὰς ἐπὶ σιτισμὸν ἐξόδους ἐκείνων τηροῦντες, τὴν ξύλευσιν ἀνεῖργον, καὶ ἀνῄρουν τοὺς ἐν χερσίν. ὁ βασιλεὺς δὲ τὸ δεινὸν τοῦτο ῥᾳδίως ἰάσατο. τακτὸν γὰρ ὁρίζας καιρὸν τοῖς ἐπὶ συλλογὴν ἐξιοῦσι τῶν ἀναγκαίων, αὐτὸς προσημαίνων τῇ σάλπιγγι, πρῶτος τοῦ χάρακος ἀπανίστατο, καὶ ἡγεῖτο τῆς ἐξόδου. οὐκοῦν οὐδὲ πρὸς βραχὺ τῶν τὰ ἐπιτήδεια διφώντων μεθιστάμενος, ἐνίοτε περὶ βουλυτὸν, ἢ καὶ βαθεῖαν ἑσπέραν ἐπανέλυεν εἰς τὸ στρατόπεδον: *At Perſæ non ferendum eſſe rati, ſi Dorylæi campis pellerentur, in quibus greges & armenta eorum paſcebantur, & in vrbe præſidium collocaretur, laxis habenis contra Romanos ferebantur: obſeruatoque eorum ad petenda neceſſaria egreſſu, obuios quoſque occidebant. Id incommodum Imperator facile auertit. nam certo tempore ad quærendum commeatum præfinito, datoque tuba ſigno, primus vallo relicto, dux erat eorum qui neceſſaria conquirebant: ac minimè ab eis recedēs aliquando veſperi, & crepuſculo demum in caſtra reuertebatur.* Qui idem etiam inſignis in Dorylæi inſtauratione apud eundem auctorem: Ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν πόλιν ἀνοικοδομεῖν ἐπεβάλετο, νωτοφορεῖν τοὺς λίθους ἀρξάμενος, οὕτω καὶ τοὺς ἄλλους ἠρρένωσεν, ὡς ἀπείρῳ τάχει τὸ τεῖχος ἀνεγερθῆναι, καὶ προσπεριβληθῆναι οἱ χαράκωμα ἔξωθεν, καὶ ἀνορυχθῆναι φρέατα ἔσωθεν εἰς πλείονας ὑδάτων ἀντλήσεις: *Vrbis autem inſtaurationem aggreſſus, ipſe primus ſaxa humeris portare cœpit: eaque re aliorum alacritatem ita excitauit, vt murus celerrime in altum eductus, vallo extrinſecus muniretur: & intra mœnia putei complures, vt affatim aqua ſuppeteret, effoderentur.* Longoque tempore prius, in muniendis Ἑξαπύλοις, Dionyſius. Diodorus lib. XIIII. Biblioth: Ἡ δὲ τῶν ἐργαζομένων πολυχειρία πολλὴν παρείχετο τοῖς θεωμένοις κατάπληξιν, ἁπάντων σπευδόντων τελέσαι τὸ προσταγμένον. ὁ γὰρ Διονύσιος τὴν προθυμίαν τοῦ πλήθους ἐκκαλούμενος, μεγάλας προέθηκε δωρεὰς τοῖς προτερήσασι, δίχα μὲν τοῖς ἀρχιτέκτοσι, χωρὶς δὲ τοῖς οἰκοδόμοις, καὶ πάλιν τοῖς ἐργαζομένοις· καὶ αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν φίλων προσήδρευσε τὰς ἡμέρας ὅλας τοῖς ἔργοις, ἐπὶ πάντα τόπον ἐπιφαινόμενος, καὶ τοῖς κακοπαθοῦσιν ἀεὶ προσλαμβάνων. καθόλου δ' ἀποθέμενος τὸ τῆς ἀρχῆς βάρος, ἰδιώτην αὑτὸν ἀπεδείκνυε, καὶ τοῖς βαρυτάτοις τῶν ἔργων προϊστάμενος, ὑπέμενε τὴν αὐτὴν τοῖς ἄλλοις κακοπάθειαν. ὥστε πολλὴ μὲν ἔρις ἐγίνετο, καὶ τοῖς τῆς ἡμέρας ἔργοις ἔνιοι προσετίθεσαν καὶ μέρη τῶν νυκτῶν· τοσαύτη σπουδὴ τοῖς πλήθε-

σιν ἐκπεπλήκει: *Magnam ſpectantibus admirationem mouebat tanta ſimul opificum miniſtrorumque multitudo feruentibus omnibus ac properantibus certatim munus exequi demandatum. Aderat quoque nunc his nunc illis partes per littus ad omnes Dionyſius, ſtudiaque laborantium alios hortando, increpando alios, adiuuabat, magna prætereà dona vincentibus operâ laboreque proponebat, duplicia architectis, alia ſeorſum artificibus, tum rurſus operarijs & miniſtris alia. nec mora cuiquam nec intermiſsio fiebat: ipſe cum amicorũ caterua ſingulos dies operi incumbere, omnia circumire, ſeſe laborantibus oſtẽdere, nonnunquam defatigatis ſuimet miniſterio corporis in operam ſuccedere: Poſtremo imperii maieſtate ſepoſita inter opera verſari, nihil grauius nihil vulgaris miniſterij recuſare, tum laborioſiſſima interdum ſubeundo, cæteros ad ſimilem tolerantiam promptos reddere. Quare magna certantium inter ſe ſtudijs contentione provehebatur opus. nonnulli quoque laborem diuturnum, incertam trahere noctis partem, tanta ſtudij oſtendendi, ducendique operis inuaſerat ambitio multitudinẽ.* Eodẽ modo laudi vertit Imp. Val. Themiſt. Or. x περὶ Εἰρήνης: Βασιλεὺς δὲ ἐνίκα τὴν Ἀμφίονος μουσικὴν, ἣν ἐκεῖνος εἰς τὸν τειχισμὸν τῶν Θηβῶν ἐνεδείξατο. εἴποις ἂν αὐτομάτους μὲν φέρεσθαι τοὺς λίθους, αὐτομάτην δὲ τὴν πλίνθον, τεκτόνων δὲ ἄνευ καὶ λιθολόγων ἀνιέναι τὸ ἐπιτείχισμα. τοσαύτη μὲν ἡ τῶν στρατιωτῶν εὐπείθεια, τοσαύτη δὲ ἡ τῶν χαλεπῶν εὐκολία. κατανείμας γὰρ εἰς ἅπαντας τὴν φροντίδα, καὶ μηδὲν μέρος συγχωρήσας τῆς στρατιᾶς ὑπὲρ δύναμιν πιεσθῆναι, ἀλλ᾽ ὥσπερ φορτίον τὸ ἔργον εἰς μικρὰ διελὼν, οὐκ εἴασεν οὐδ᾽ ὁντινοῦν αἰσθέσθαι τοῦ ἄχθους, τῷ πάντας μερίτας ποιῆσαι, καὶ πρῶτόν γε ἑαυτὸν ἐκ τοῦ πλείονος. *Imperator autem ſuperauit Amphionis Muſicam, quã in conſtruendis Thebarum mœnibus adhibebat. Dixeris vltro lapides & lateres ſua ſponte eo delatos: & ſine cæmentariorum lapidumq́ ſtructorum opera propugnaculum ſurrexiſſe. Tanta enim tum militum erat obedientia, tanta difficultatum omnium expediendarum facilitas. Diſtribuens enim in omnes pariter iſtam curam, nullam exercitus legionem præ alia ſupra vires premi paſſus eſt, ſed opus hoc, velut ſarcinam in particulas ſubdiuidens, ne vnum quidem anus, ſentire ſiuit, quod ſingulos eius participes feciſſet. ac primus ipſe ex pluribus aggreſſus eſt id, quod alios ſuo exemplo facere volebat.* Prædicaturq; item ſub incendium Conſtantinopolitanum opera Aſparis, tomo III Zonaræ, in vita Leonis Magni: Ὅτι λέγεται καὶ ὁ Ἄσπαρ διαθέειν τὰς ἀγελὰς, ἀγγεῖον πλῆρες ὕδατος ἐπὶ τῶν ὤμων φέρων καὶ τὸν δῆμον παρακαλῶν ὁμοίως ποιεῖν, ἵνα πῦρ κατασβέσωσι. καὶ διδοὺς ἑκάστῳ ὑπὲρ μισθοῦ νόμισμα ἀργυροῦν: *Quo tempore fertur, Aſpar vas aqua plenum humeris ferens vicos percurriſſe & ſuo exemplo populum cohortatus ad reſtinguendum incendium, & ſingulis nummum argenteum pro mercede dediſſe.* Quanto autem cum fructu præiuerint militibus prælio ancipiti tales Imperatores, liquet ex ſequen-

ſequentibus. De Camillo quidem habemus apud Liuium lib. VI: *Dato deinde ſigno, ex equo deſilit: & proximum ſigniferum manu arreptum ſecum in hoſtem rapit; Infer miles clamitans, ſignum. Quod vbi videre: ipſum Camillum iam ad munera corporis ſenectâ inualidum vadentem in hoſtes; procurrunt pariter omnes clamore ſublato, ſequere Imperatorem, pro ſe quiſque clamando. &c.* quæ videantur. De Alexandro Curtius lib. VII: *Ipſe rex, quod vigoris agro adhuc corpore deerat, animi firmitate ſupplebat. Vox adhortantis non poterat audiri, nondum bene obducta cicatrice ceruicis: ſed dimicantem cuncti videbant. ipſi quidem ducum fungebantur officio, aliuſque alium adhortati in hoſtem ſalutis immemores ruere cœperunt. Tum verò non ora, non arma, non clamorem hoſtium Barbari tolerare potuerunt.* De Iulio Cæſare verba ſunt Flori lib. III. cap. X: *Heic cùm multa Romanorum militum inſignia, tum illud egregium ipſius ducis; quod nutante in fugam exercitu, rapto fugientis è manu ſcuto, in primam volitans aciem, manu prælium reſtituit.* Hinc idem Magnus in allocutione militum apud eundem Curtium lib. IV: *Nec poſtulare ſe, vt fortiter capeſſerent prælium, ni ipſe ceteris fortitudinis fuiſſet exemplum. ſe ante prima ſigna dimicaturum. &c.* Hinc itidem in allocutione militari iactat apud Nicetam Andronicus: Εἰ δὴ δίκαια ποιεῖν αἱρεῖσθε, ὥρα μοι πείθεσθαι· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὅ,τι ἂν δέῃ σὺν ὑμῖν ἀσμένως πείσομαι. μηδὲ γὰρ εἴη τινὰ ἐρεῖν ὡς Ἀνδρόνικος ὑπαγαγέσθαι μὲν λόγοις καὶ παραθῆξαι πρὸς ἄρεα ἱκανώτατος, ἀρχηγὸς δ' ἀχρεῖος, μήδ' ἀποκρούσεσθαι εἰδὼς τὸ πολέμιον. ἀλλὰ τὸ τῆς ἐμῆς κόρυθος μέτωπον ὄψονται πρὸ ὑμῶν οἱ ἀντίμαχοι· καὶ πρόμαχος ὢν, δέον οὕτω ποιεῖν, καὶ οὐραγὸς ἐσοίμην ὑμέτερος, εἰ καὶ τοῦτο δίδωσιν ὁ καιρός. *Quod ſi officia fungi vultis, me ſequimini, paratum vnà vobiſcum perpeti, quicquid ſors dederit. Neque enim committam, vt quiſquam dicat, Andronicum ſolertem eſſe ad verba facienda, & acuendos militum animos: ſed ducem ignauum, & vlciſcendi hoſtis rudem. Imò & in prima acie ſtabo, vt decebit: & extremum agmen claudam, vbi oportuerit.* Minimè præterea plebeio conuenit Maximini factum; cuius ſic meminit Herodianus lib. VII: Ἐπὶ γάρ τινι ἕλει μεγίστῳ, τῶν μὲν Γερμανῶν ἐς αὐτὸ ἀναχωρούντων εἰς φυγὴν, εἰς δίωξιν δὲ Ῥωμαίων ἐπεισελθεῖν ὀκνούντων, πρῶτος ὁ Μαξιμῖνος ἅμα τῷ ἵππῳ ἐμβαλὼν εἰς τὸ ἕλος, καί τοι ὑπὲρ γαστέρα τοῦ ἵππου βρεχομένου, τοὺς ἀνθεστῶτας ἐφόνευσε βαρβάρους· ὡς τὸν λοιπὸν στρατὸν, αἰδεσθέντα προδοῦναι μαχόμενον ὑπὲρ αὐτῶν βασιλέα, τολμῆσαί τε καὶ τοῖς ἕλεσιν ἐπεισελθεῖν: *Nam quum ad ingentem quandam vaſtamque paludem ventum eſſet, intra quam Germani fuga ſe receperant, verentibus Romanis eodem hoſtes inſequi, primus Maximinus equo paludem ingreſſus, cùm quidem etiam ſupra aluum equus voragine hauriretur, magna tamen vi repugnantes barbaros contrucidauit. Quare exercitus reliquus*

Digitized by Google

σιν ἐκπεπλήρωκει: *Magnam ſpectantibus admirationem mouebat tanta ſimul opificum miniſtrorumque multitudo ſeruentibus omnibus ac properantibus certatim munus exequi demandatum. Aderat quoque nunc his nunc illis partes per littus ad omnes Dionyſius, ſtudiaque laborantium alios hortando, increpando alios, adiuuabat, magna præterea dona vincentibus operâ laboreque proponebat, duplicia architectis, alia ſeorſum artificibus, tum rurſus operarijs & miniſtris alia. nec mora cuiquam nec intermiſsio fiebat: ipſe cum amicorũ caterua ſingulos dies operi incumbere, omnia circumire, ſeſe laborantibus oſtẽdere, nonnunquam defatigatis ſuimet miniſterio corporis in operam ſuccedere: Poſtremo imperii maieſtate ſepoſita inter opera verſari, nihil grauius nihil vulgaris miniſterij recuſare, tum laborioſiſsima interdum ſubeundo, cæteros ad ſimilem tolerantiam promptos reddere. Quare magna certantium inter ſe ſtudijs contentione provehebatur opus. nonnulli quoque laborem diuturnum, in certam trahere noctis partem, tanta ſtudij oſtendendi, ducendique operis inuaſerat ambitio multitudinẽ.* Eodẽ modo laudi vertit Imp. Val. Themiſt. Or. x περὶ Εἰρήνης: Βασιλεὺς δὲ ἐνίκα τὴν Ἀμφίονος μουσικὴν, ἣν ἐκεῖνος εἰς τὸν τειχισμὸν τῶν Θηβῶν ἐνεδείξατο. εἴποις ἂν αὐτομάτους μὲν φέρεσθαι τοὺς λίθους, αὐτομάτην δὲ τὴν πλίνθον, τεκτόνων δὲ ἄνευ καὶ λιθολόγων ἀνιέναι τὸ ἐπιτείχισμα. τοσαύτη μὲν ἡ τῶν στρατιωτῶν εὐπείθεια, τοσαύτη δὲ ἡ τῶν χαλεπῶν εὐκολία. καταvείμας γὰρ εἰς ἅπαντας τὴν φροντίδα, καὶ μηδὲν μέρος συγχωρήσας τῆς στρατιᾶς ὑπὲρ δύναμιν πιεσθῆναι, ἀλλ' ὥσπερ φορτίον τὸ ἔργον εἰς μικρὰ διελὼν, οὐκ εἴασεν οὐδ' ὁντιναοῦν αἰσθέσθαι τοῦ ἄχθους, τῷ πάντας μερίτας ποιῆσαι, καὶ πρῶτόν γε ἑαυτὸν ἐκ τοῦ πλείονος. *Imperator autem ſuperauit Amphionis Muſicam, quã in conſtruendis Thebarum mœnibus adhibebat. Dixeris vltro lapides & lateres ſua ſponte eo delatos: & ſine cæmentariorum lapidumq́; ſtructorum opera propugnaculum ſurrexiſſe. Tanta enim tum militum erat obedientia, tanta difficultatum omnium expediendarum facilitas. Diſtribuens enim in omnes pariter iſtam curam, nullam exercitus legionem præ alia ſupra vires premi paſſus eſt, ſed opus hoc, velut ſarcinam in particulas ſubdiuidens, ne vnum quidem anus, ſentire ſiuit, quod ſingulos eius participes feciſſet. ac primus ipſe ex pluribus aggreſſus eſt id, quod alios ſuo exemplo facere volebat.* Prædicaturq; item ſub incendium Conſtantinopolitanum opera Aſparis, tomo III Zonaræ, in vita Leonis Magni: Ὅτι λέγεται καὶ ὁ Ἄσπαρ διαθέειν τὰς ἀγελὰς, ἀγγεῖον πλῆρες ὕδατος ἐπὶ τῶν ὤμων φέρων καὶ τὸν δῆμον παρακαλῶν ὁμοίως ποιεῖν, ἵνα πῦρ κατασβέσωσι. καὶ διδοὺς ἑκάστῳ ὑπὲρ μισθοῦ νόμισμα ἀργυροῦν: *Quo tempore fertur, Aſpar vas aquæ plenum humeris ferens vicos percurriſſe & ſuo exemplo populum cohortatus ad reſtinguendum incendium, & ſingulis nummum argenteum pro mercede dediſſe.* Quanto autem cum ...ctu præiuerint militibus prælio ancipiti tales Imperatores, liquet ex ſequen-

ſequentibus. De Camillo quidem habemus apud Liuium lib. VI: *Dato deinde ſigno, ex equo deſilit: & proximum ſigniferum manu arreptum ſecum in hoſtem rapit; Infer miles clamitans, ſignum. Quod vbi videre: ipſum Camillum iam ad munera corporis ſenectâ inualidum vadentem in hoſtes; procurrunt pariter omnes clamore ſublato, ſequere Imperatorem, pro ſe quiſque clamando. &c.* quæ videantur. De Alexandro Curtius lib. VII: *Ipſe rex, quod vigoris ægro adhuc corpore deerat, animi firmitate ſupplebat. Vox adhortantis non poterat audiri, nondum bene obducta cicatrice ceruicis: ſed dimicantem cuncti videbant. ipſi quidem ducum fungebantur officio, aliuſque alium adhortati in hoſtem ſalutis immemores ruere cœperunt. Tum verò non ora, non arma, non clamorem hoſtium Barbari tolerare potuerunt.* De Iulio Cæſare verba ſunt Flori lib. III. cap. X: *Heic cùm multa Romanorum militum inſignia, tum illud egregium ipſius ducis; quod nutante in fugam exercitu, rapto fugientis è manu ſcuto, in primam volitans aciem, manu prælium reſtituit.* Hinc idem Magnus in allocutione militum apud eundem Curtium lib. IV: *Nec poſtulare ſe, vt fortiter capeſſerent prælium, ni ipſe ceteris fortitudinis fuiſſet exemplum. ſe ante prima ſigna dimicaturum. &c.* Hinc itidem in allocutione militari iactat apud Nicetam Andronicus: Εἰ δὴ δίκαια ποιεῖν αἱρεῖσθε, ὥρα μοὶ πείθεσθαι· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὅ,τι ἂν δέῃ σὺν ὑμῖν ἀσμένως πείσομαι. μηδὲ γὰρ εἴη τινὰ ἐρεῖν ὡς Ἀνδρόνικος ὑπαγαγέσθαι μὲν λόγοις καὶ παραθῆξαι πρὸς ἄρεα ἱκανώτατος, ἀρχηγὸς δ' ἀχρεῖος, μήδ' ἀποκρούσεσθαι εἰδὼς τὸ πολέμιον. ἀλλὰ τὸ τῆς ἐμῆς κόρυθος μέτωπον ὄψονται πρὸ ὑμῶν οἱ ἀντίμαχοι· καὶ πρόμαχος ὢν, δέον οὕτω ποιεῖν, καὶ οὐραγὸς ἔσομαι ὑμέτερος, εἰ καὶ τοῦτο δίδωσιν ὁ καιρός. *Quod ſi officia fungi vultis, me ſequimini, paratum vnà vobiſcum perpeti, quicquid ſors dederit. Neque enim committam, vt quiſquam dicat, Andronicum ſolertem eſſe ad verba facienda, & acuendos militum animos: ſed ducem ignauum, & vlciſcendi hoſtis rudem. Imò & in prima acie ſtabo, vt decebit: & extremum agmen claudam, vbi oportuerit.* Minimè præterea plebeio conuenit Maximini factum; cuius ſic meminit Herodianus lib. VII: Ἐπὶ γὰρ τινὶ ἕλει μεγίστῳ, τῶν μὲν Γερμανῶν ἐς αὐτὸ ἀναχωρούντων εἰς φυγὴν, εἰς δίωξιν δὲ Ῥωμαίων ἐπεισελθεῖν ὀκνούντων, πρῶτος ὁ Μαξιμῖνος ἅμα τῷ ἵππῳ ἐμβαλὼν εἰς τὸ ἕλος, καί τοι ὑπὲρ γαστέρα τοῦ ἵππου βρεχομένου, τοὺς ἀνθεστῶτας ἐφόνευσε βαρβάρους· ὡς τὸν λοιπὸν στρατὸν, αἰδεσθέντα προδοῦναι μαχόμενον ὑπὲρ αὐτῶν βασιλέα, τολμῆσαί τε καὶ τοῖς ἕλεσιν ἐπεισελθεῖν: *Nam quum ad ingentem quandam vaſtamque paludem ventum eſſet, intra quam Germani fuga ſe receperant, verentibus Romanis eodem hoſtes inſequi, primus Maximinus equo paludem ingreſſus, cùm quidem etiam ſupra aluum equus voragine hauriretur, magna tamen vi repugnantes barbaros contrucidauit. Quare exercitus reliquus*

pudore inſtinctus, ne prodere pugnantem pro ſe Imperatorem videretur, auſus & ipſe eſt paludem ingredi. Hæcque ipſa oſtendunt, quàm cordate olim Germani veteres in rem ſuam conſuluerint. de quibus Tacitus lib. de moribus Germanorum: *Reges ex nobilitate, duces ex virtute ſumunt. nec regibus infinita aut libera poteſtas. & duces exemplo potius quàm imperio; ſi prompti, ſi conſpicui, ſi ante aciem agant, admiratione præſunt.* Quantum porrò profecerint in oppugnationibus ductu illo ſuo, haurire eſt ex Liuij libro XXVIII: *Itaq; tanto ardore certamen initum eſt, vt domitor ille totius Hiſpaniæ exercitus ab vnius oppidi iuuentute ſæpe repulſus à muris, haud ſatis decoro prælio trepidârit. Id vbi vidit Scipio, veritus ne vanis tot conatibus ſuorum, hoſtibus creſceret animus, & ſegnior miles fieret: ſibimet conandum ad partem periculi capeſſendam eſſe ratus, increpita ignauia militum, ferri ſcalas iubet: ſeipſum, ſi ceteri cunctentur, aſcenſurum minatur. Iam ſubierat haud mediocri periculo mœnia, cùm clamor vndiq; ab ſolicitis vicem imperatoris militibus ſublatus: ſcaleq; multis ſimul partibus erigi cœptæ. Et ex altera parte Lælius inſtitit. Tum victa oppidanorum vis deiectisq; propugnatoribus occupantur muri. arx etiam ab ea parte, qua inexpugnabilis videbatur, inter tumultum capta eſt.* Deque eodem minimè iſthæc prætercunda Polybius lib. X: Ὁ δὲ Πόπλιος ἐδίδου μὲν αὑτὸν εἰς τὸν κίνδυνον, ἐποίει δὲ τοῦτο κατὰ δύναμιν ἀσφαλῶς. εἶχε γὰρ μεθ' ἑαυτοῦ τρεῖς ἄνδρας θυρεοφοροῦντας, οἱ παραθέντες τοὺς θυρεοὺς, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ τείχους ἐπιφάνειαν σκεπάζοντες, ἀσφάλειαν αὐτῷ παρεσκεύαζον. διὸ παρὰ τὰ πλάγια καὶ τοὺς ὑπερδεξίους τόπους ἐπιπαριὼν, μεγάλα συνεβάλλετο πρὸς τὴν χρείαν. ἅμα μὲν γὰρ ἑώρα τὸ γιγνόμενον, ἅμα δ' αὐτὸς ὑπὸ πάντων ὁρώμενος, ἐνειργάζετο προθυμίαν τοῖς ἀγωνιζομένοις. ἐξ οὗ συνέβαινε μηδὲν ἐλλιπὲς γίγνεσθαι, τῶν πρὸς τὸν κίνδυνον. ἀλλ' ὁπότε τι αὐτῷ πρὸς τὸ προκείμενον ὁ καιρὸς ὑποδείξε, πᾶν ἐκ χειρὸς ἀεὶ συνηργεῖτο πρὸς τὸ δέον: *Et Publius ſeipſum in diſcrimen tradit: facit autem hoc cautè. Habebat enim ſecum tres viros, ſcuta geſtantes. Hi ſuperimpoſitis ſcutis aſpectum deſuper à muro impediebant, ac ſic tectum Publium communiebant. Hoc pacto ad latera & loca difficiliora ſubnixus, multum ad expugnandam ciuitatem contulit. Cùm enim ſimul quod fiebat cerneret, & ipſe conſpicuus eſſet omnibus militibus decertantibus, plurimum indidit alacritatis. Vnde & accidit, vt nihil quod periculoſum eſſet, ommitteretur: ſed quicquid illi occaſio ad propoſitum oſtendebat, id ſemper alacriter, ſicuti conueniebat, vna cum alijs obibat.* Habemus quoque de Alexandro apud Curtium lib. VIII: *Sed vt ſignum tubæ datum eſt; vir audaciæ promptæ conuerſus ad corporis cuſtodes, ſequi ſe iubet, primuſque inuadit in rupem. Nec deinde quiſquam Macedonum ſubſtitit, relictiſque ſtationibus ſponte regem ſequebantur.* Pari teſtimonio afficit Iulianum Imp. Ammianus lib. XXIV: *Flagrans poſt hæc ad eruendum caſtellum*

vbi

Digitized by Google

vbi periclitatus eſt, operam conuertit & curam, nuſquam ab anteſignanis ipſe digrediens; vt inter primos dimicans, militi ad fortiter faciendum eſſet exemplo, ſpectator probatorq́ geſtorum, &c. Nec laudis huius alienus Imp. Manuel, Choniatis lib. IV: Πρῶτος τοίνυν ὁ βασιλεὺς τῷ τῆς μιμήσεως ὁμοίῳ διερεθίζων τοὺς ὑπ' ἐκεῖνον, καὶ τῶν τῆς πόλεως πυλῶν τὸν ἵππον ἐπαφίησι, καὶ μέσον αὐτῶν τὸ δόρυ ἤλασεν: *Et Imperator, vt ſui æmulatione milites accenderet, primus equo inuectus, haſtam media portâ defigit.* Hocque eſt quo commendabat Coriolanū Dionyſius Halicarn. lib. VIII: Ἦν τε οὐχ ὁ λόγος αὐτοῦ μόνον ἐπαγωγὸς ἐπὶ τὸ εὔψυχον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἔργα· πάντα γὰρ ὑφίστατο κίνδυνον, καὶ οὐδεμιᾶς πείρας ἀπελείφθη, ἕως ἑάλω τὸ τεῖχος: *Nec verbis tantum, verum etiam exemplo ſuos animabat. nam omnia ſubibat pericula, nihil intentatum relinquens, donec vi mœnia caperet.* Satis quidem confirmaui quod volui: ſed non excludo tamen locum Curtij lib. V: *Prærupta erant omnia, ſaxis & cotibus impedita. Multis ergo vulneribus depulſi, vt quibus non cum hoſte ſolum, ſed & cum loco dimicandum eſſet, ſubibant tamen: quia rex inter primos conſtiterat, interrogans tot vrbium victores, annon erubeſcerent hærere in obſidione caſtelli exigui & ignobilis. ſimul iam inter hæc eminus petebatur: quem teſtudine obiecta milites, cùm vt inde diſcederet, pellere nequiuerant, tuebantur.* Quin magis ſocium ei addo Zonaram, ſic loquentem tomo tertio de Imp. Ioh. Zimiſcâ: Οἱ δὲ στρατιῶται διὰ τὸ Ἰωάννης, αὐτὸς πρὸ τῶν ἄλλων πεζὸς ἀπήει πρὸς τὸ ὀχύρωμα, καὶ οὕτω καταιδέσας τοὺς στρατιώτας ἔσχεν ἑπομένους αὐτῷ, καὶ ἥλω τὸ φρούριον. καὶ τῶν ἐν αὐτῷ οἱ μὲν διεφθάρησαν, ἔνιοι δὲ καὶ ἁλωτοὶ Ῥωμαίοις ἐγένοντο: *Quia verò milites à difficili ob ſitum loci oppugnatione abhorrere videbat: ipſe primus caſtellum pedes adortus, effecit vt milites ex verecundiâ ſecuti, capto caſtello, alios cæderent, alios caperent.* Porro quid proficiat ſuo exemplo dux, & vbi locus quis oppugnatur, docemur vel iſto Diodori Siculi lib. XVIII. vbi Perdiccæ reſiſtit Murus camelorum: Εὐθὺς δ' οἱ μὲν ὑπασπισταὶ προσθέμενοι τὰς κλίμακας ἀνέβαινον, οἱ δὲ ἐπὶ τῶν ἐλεφάντων τὸν χάρακα διέσπων, καὶ τὰς ἐπάλξεις ἔρριπτον. ὁ δὲ Πτολεμαῖος ἔχων περὶ αὐτὸν τοὺς ἀρίστους, καὶ βουλόμενος προτρέψασθαι τοὺς ἄλλους ἡγεμόνας καὶ φίλους προσιέναι τοῖς δεινοῖς, αὐτὸς ἀναλαβὼν τὴν σάρισαν, καὶ στὰς ἐπ' ἄκρου τοῦ προτειχίσματος, τοῦ μὲν ἡγούμενον τῶν ἐλεφάντων ἐξετύφλωσεν, ὑπερδέξιον ἔχων τὴν στάσιν. τὸν δ' ἐπικαθήμενον Ἰνδὸν τραυματίαν ἐποίησε. τοὺς δὲ διὰ τῆς κλίμακος ἀναβαίνοντας καταπεφρονηκότως τύπτων καὶ κατατραυματίζων, περιεκύλισεν εἰς τὸν ποταμὸν μετὰ τῶν ὅπλων. ἀκολούθως δὲ τούτῳ καὶ τῶν φίλων τοῦ Πτολεμαίου διαγωνιζομένων, τὸ μὲν ἐχόμενον θηρίον, κατακοντισθέντος τοῦ κυβερνῶντος αὐτὸ Ἰνδοῦ, παντελῶς ἄχρηστον ἐγένετο: *Ac protinus ſatellites admotis ſcalis aſcendunt. qui verò elephantis vehebantur, vallum diuellunt, pinnasq́ deijciunt. Hic Ptolomæus habens circum ſe præſtan-*

tiſſimos, & volens reliquos duces & amicos ad ſubeundum periculum prouocare, ipſe ſumpta ſariſſa, & in ſummo muri propugnaculo ſtans, eum elephantum, qui cæteris præibat, excæcauit, quippe ex æquiore loco pugnans, & inſidentem ei Indum vulnerauit: eoſq; qui per ſcalas aſcendebant, contemptim feriens atque vulnerans, in fluuium cum armis deuoluit. Ad eius imitationem cum eius quoq; amici decertarent, proxima prima belua, Indo qui eam gubernabat, miſſilibus confixo, plane inutilis reddita eſt. Viſne verò pulchram talium quaſi ſummam? Dabit, qui ſic adhortatur filium, Theodoſius apud Claudian. IV. Conſ. Honorij v. 337:

Neu tibi regificis tentoria larga redundent
Delicijs, neue imbelles ad ſigna miniſtros
Luxuries armata trahat: neu flantib. Auſtris,
Neu pluuijs cedas: neu defenſura calorem
Aurea ſummoueant rapidos vmbracula Soles.
Inuentis vtare cibis: ſolabere partes
Æquali ſudore tuas. ſi collis iniquus,
Primus ini: Siluam ſi cædere prouocat vſus,
Ne pudeat ſumpta quercum ſtrauiſſe bipenni:
Calcatur ſi pigra palus, tuus antè profundum
Prætentet Sonipes fluuios tu protere curru
Hærentes glacie: liquidos tu ſcinde natatu.
Nunc eques in medias equitum te conſere turmas:
Nunc pedes aſſiſtas pediti: tum promptius ibunt
Te ſocio: tum conſpicuus, gratuſq; feretur
Sub te teſte labor.

Et verò ex his certum eſt; præuio Duce, in certam mortem ruere milites, oculis quaſi clauſis: quod ipſum adhuc firmaremus pluribus exemplorum columnis, niſi operam ſuam locarent ſuſtinendæ ſententiæ Taciti, quæ ſonat: *Sueti aduerſis aſpectu principis refoueri*, &c. Nec ignorauit hæc talia Onoſander, quemadmodum liquidò apparet ex capite de Opt. Imp. XLII: Εἰ δέ τι διὰ χειρὸς ὁ στρατηγὸς ἐξεργάσασθαι σπεύδοι, κινείτω πρῶτος αὐτὸς ὀφθῆναι ποιῶν. οὐ γὰρ οὕτως ταῖς ἀπὸ τῶν κρειττόνων ἀπειλαῖς ἀναγκαζόμενοι, τὶ ποιοῦσιν, ὡς ταῖς ἀπὸ τῶν σεμνοτέρων διατροπαῖς. ἰδὼν δέ τις τὸν ἡγεμόνα πρῶτον ἐγχειροῦντα, καὶ ὅτι δεῖ πράττειν ἔμαθεν, καὶ μὴ ποιεῖν ᾐδέσθη, καὶ ἀπειθεῖν ἐφοβήθη. καὶ οὐκ ἔτι ὡς δοῦλον ἐπιταττόμενον διετέθη τὸ πλῆθος, ἀλλ' ὡς ἐπ' ἴσου παρακαλούμενον διετράπη: *Si quid ſubitò confici optet Imperator, primus ipſe, manu operi admotà, conſpiciatur. Nec enim militum vulgus adeo potentiorum comminationibus cogitur, atque præſtantium dignitate virorum exemplis verecundiam pulſantibus. Conſpiciens enim aliquis Ducem ſuum in re*

attre-

attrectandâ omnium principem, feſtinandum eſſe animaduertit, ceſſare erubeſcit, imperatiſque non parere veretur: nec iam vt ſeruus, aut imperio ſubditus, ſed commilitonis inſtar, ad opus quoq; prouocatus accedit. Et ſapienrer admodum, Rege ſuo extra regiam in campum producto Syneſius: Ἔνθα καὶ ἱππεῖ συνιππεύσει, καὶ πεζῷ συνθεύσεται, καὶ συνοπλιτεύσει τῷ ὁπλίτῃ, καὶ τῷ πελταστῇ συμπελτασθήσεται, καὶ συνακοντιεῖ τῷ γυμνίτῃ, τῇ κοινωνίᾳ τῶν ἔργων εἰς ἔμψυχον ἑταιρείαν ἕκαστον προσαγόμενος, ἵνα μηδὲ πρὸς τούτους εἴρων ᾖ, συστρα-πώτας καλῶν, ἀλλὰ δημηγοροῦντα ἐπιγινώσκωσιν αὐτὸν, καὶ μαρτυρῶσιν ὡς ἐκ τῶν ἔργων ἄρα τὸ ὄνομα λέγεται. δυσχεραίνεις ἴσως ὅτι σοι πονεῖν ἐπιτάττομεν: ἀλλ' ἐμοὶ σὺ πείθου. βασιλικοῦ σώματος ἐλάχιστα πόνος ἅπτεται. ὅστις γὰρ οὐ λανθάνει πονῶν, τούτου ἥκιστα πόνος νικᾷ. βασιλέως δὲ σωμασκοῦντος καὶ θυραυλοῦντος, καὶ ὅπλοις ἐννεάζοντος, οἱ πανταχοῦ δῆμοι θέατρόν εἰσι. τῶν τε γὰρ παρόντων ἐπιστρέφει τὰ ὄμματα, καὶ οὐδεὶς ἀλλαχόσε βλέπειν ἀνέχεται, βασιλέως ἐν ὑπόπτῳ τι δρῶντος. καὶ τῶν ἀπάντων ἐνηχεῖ τὰ ὦτα πᾶν ἔργον βασιλέως ᾠδὴ γινόμενον: *Ibi cum equitibus equitem ſe præbebit, cum peditatu decurret, in legione erit legionarius, cum cetratis cetratus, in leui armaturâ ſagittarius, vt communicatione operum adducantur ſinguli ad ſodalitatem viuam, neu in hac parte ille ſimulator ſit, appellando commilitones, ſeu vt concionantem agnoſcant, & teſtentur ex ipſis factis pronunciari nomen. Fortaſſe ægrè fers, quod labores tibi imponimus. At tu mihi crede, Regium corpus minime attingunt labores. Cuius enim non latent labores, eum neutiquam vincunt labores. Imperator autem dum corpus exercet, dum foris excubat, dum armis iuuentam ornat; quicquid vbiq; eſt populorum, id tum ille pro theatro habet. Nam & præſentium oculi in hunc conuertuntur, neq; alio aſpicere quiſquam ſuſtinet, dum ab Imperatore coram aliquid, & in conſpectu ipſorum geritur, & abſentium aures perſonant, quocunque, facto Imperatoris; ſtatim enim illud cantu celebratur.* Atque eo veriſimile eſt motum fuiſſe Catonem, cum ſic in Hiſpanijs ſatageret. Liuius lib. XXXIV: *Sed in conſule ea vis animi, atq; ingenij fuit, vt omnia maxima minimaq; per ſe adiret atq; ageret: nec cogitaret modò imperaretq;, quæ in rem eſſent, ſed pleraq; ipſe per ſe tranſigeret: nec in quemquam omnium grauius ſeueriuſque, quàm in ſemetipſum imperium exerceret, parſimoniâ & vigilijs & labore cum vltimis militum certaret: nec quicquam in exercitu ſuo præcipui, præter honorem atq; imperium haberet.* Nimirum videntur mihi huius hominis auribus inſonuiſſe iſthæc Xenophontæa Cyrop: lib. I. Θάρρει μέν τοι, ὦ παῖ· εὖ γὰρ ἴσθι τοῦτο, ὅτι τῶν ὁμοίων σωμάτων οἱ αὐτοὶ πόνοι οὐχ ὁμοίως ἅπτονται, ἄρχοντός τε ἀνδρὸς καὶ ἰδιώτου, ἀλλ' ἐπικουφίζει τι ἡ τιμὴ τοὺς πόνους τῷ ἄρχοντι, καὶ τὸ αὐτὸν εἰδέναι ὅτι οὐ λανθάνει, ὅ, τι ἂν ποιοίη: *Tu tamen bono ſis animo, fili: Scito enim, labores eoſdem ſimilibus corporibus imperatoris ac gregarij militis, æque graues non eſſe; quod ipſe honos labores leuiores faciat impe-*

ratori; & quod intelligat non oculis hominum eſſe, quidquid ipſe faciat. Ab illis certè minimè fuiſſe alienas aures alterius ſummi Ducis, conſtat ex Ciceronis Tuſculan. quæſt. lib. II: *Itaq. ſemper Africanus Socraticum Xenophontem in manibus habebat: cuius in primis laudabat illud, quod diceret, eoſdem labores non eſſe æquè graues Imperatori & Militi; quod ipſe honos laborem leuiorem faceret imperatorium.* Leuiorem vero? imò iucundum, imo optabilem. quippe, Οὐδὲ θερμὸν ὕδωρ τοσόνδε τέγξει μαλθακὰ γυῖα, κατὰ Πίνδαρον, ὡς δόξα ποιεῖ, καὶ τὸ τιμᾶσθαι μετά τινος δυνάμεως, πόνον ἡδὺν, κάματόν τ' ἀκάματον: *Ne calida quidem aqua ita fouebit mollia membra, vt eſt apud Pindarum; ſicut gloria & honor coniuncta potentiæ alicui laborem faciunt dulcem, moleſtiamq́ moleſtiæ expertem.* Ita loquitur Plutarchus περὶ εὐθυμίας. In cuius ſuaui dicto quieſcam.

Non Italiæ loca adiri &c. Lib. II. Hiſtor.

NOn vitupero quidem Halyattis factum contra Mileſios, memoratum Herodoto lib. I: Ὅκως μὲν εἴη ἐν τῇ γῇ καρπὸς ἁδρὸς, τηνικαῦτα ἐσέβαλλε τὴν στρατιήν. ἐστρατεύετο δὲ ὑπὸ συρίγγων τε καὶ πηκτίδων, καὶ αὐλοῦ γυναικηΐου τε καὶ ἀνδρηΐου. ὡς δὲ ἐς τὴν Μιλησίην ἀπίκοιτο, οἰκήματα μὲν τὰ ἐπὶ τῶν ἀγρῶν οὔτε κατέβαλλεν, οὔτε ἐνεπίμπρη, οὔτε θύρας κατέασσε, ἔα δὲ κατὰ χώρην ἑστάμεναι· ὁ δὲ τά τε δένδρεα καὶ τὸν καρπὸν τὸν ἐν τῇ γῇ ὅκως διαφθείρειεν, ἀπαλλάσσετο ὀπίσω. τῆς γὰρ θαλάσσης οἱ Μιλήσιοι ἐπεκράτεον, ὥστε ἐπ' ἕδρης μὴ εἶναι ἔργον τῇ στρατιῇ. τὰς δὲ οἰκίας οὐ κατέβαλλεν ὁ Λυδὸς, τῶνδε εἵνεκα, ὅκως ἔχοιεν ἐνθεῦτεν ὁρμεώμενοι τὴν γῆν σπείρειν τε καὶ ἐργάζεσθαι οἱ Μιλήσιοι· αὐτὸς δὲ, ἐκείνων ἐργαζομένων, ἔχοι τι καὶ σίνεσθαι ἐσβάλλων: *Dum fruges in regione erant adultæ, tunc exercitum immittebat, procedens in expeditionem ad cantum fiſtularum, fidiumq́, ac tibiæ tam muliebris quàm virilis. Quumq́ in agrum Mileſium peruenerat, non ædificia quæ in agris erant, diruere, non incendere, non fores effringere, ſed incolumes eſſe paſſim ſinere: arboribus modò frugibusq́ regionis peruaſtatis, rurſus ſe recipiebat. Nam Mileſij mare obtinebant, vt opus non eſſet hoſti illic conſidere. Ædificia autem idcirco Lydus non excidebat, vt & Mileſij habentes vnde procederent, humum ſererent colerentq́: & quum hoc illi feciſſent, ipſe cum exercitu ingreſſus haberet aliquid quod popularetur.* Nam & bene ſucceſſiſſe adue ſarijs Iudæorum, conſtat ex Ioſepho libro quinto Antiquitatum capite VII: Μετὰ ταῦτα μαδιανῖται προσκαλέσαντες ἀμαληκίτας τε καὶ ἄραβας, στρατεύουσιν ἐπὶ τοὺς ἰσραηλίτας. καὶ μάχῃ νικῶσι τοὺς συμβαλόντας. καὶ τὸν καρπὸν δῃώσαντες τὴν λείαν ἀπήγοντο. τοῦτο δὲ ποιούντων ἐπ' ἔτη ἑπτὰ, εἰς τὰ ὄρη τῶν ἰσραηλιτῶν ἀνεχώρει τὸ πλῆθος. καὶ τῶν πεδίων ἐξεχώρουν. ὑπονόμους τε καὶ σπήλαια

πιη τέ-

ποιησάμενοι, πᾶν ὅ, τι τοὺς πολεμίους διέφυγεν, ἐν τούτοις εἶχον φυλάττοντες. οἱ γὰρ μαδιηνῖται, κατὰ ὥραν θέρους στρατεύοντες, τὸν χειμῶνα γεωργεῖν τοῖς Ἰσραηλίταις ἐπέτρεπον, ὅπως ἔχωσι πεπονηκότων εἰς ἃ βλάπτωσι. λιμὸς δ᾽ ἦν καὶ ἀπορία τροφῆς. καὶ τρέπονται πρὸς ἱκεσίαν τοῦ θεοῦ σώζειν αὐτοὺς παρακαλοῦντες: *Paulò poſt Madianitæ, ſocijs Amalecticis & Arabibus, expeditionem contra Iſraelitas fecêrunt & congredi auſos magno prælio vicerunt: vaſtatiſq; frugibus prædam abegerunt. cumq; idem per continuos ſeptem annos facerent, Iſraelitas in montana compulſos campeſtri ſolo cedere coegêrunt. qui ſpeluncis & ſubterraneis ædificijs excauatis, quicquid hoſtium violentiam euadere poterat, intro inceptum aſſeruabant. Nam Madianitæ per æſtatem facientes expeditionem, hyeme agros colere Iſraelitas permittebant, vt poſſent denuò labores eorum vaſtare. Itaque in perpetua fame ac egeſtate viuebant, nec iam vllum ſupererat præſidium niſi in precib. ad Deum & ſupplicationib.* Et Thracibus profuit. Polybius lib. IV. Τί γὰρ ἐπισφαλέστερον ἀσυγείτονος φαύλου, καὶ βαρβάρου πολέμου τί δεινότερον; οὐ μὴν ἅμα τούτοις τὸ παρὰ πανταχόθεν παλαίοντες κατὰ γῆς χωρὶς τῶν ἄλλων παρεπομένων τῷ πολέμῳ κακῶν, ὑπομένουσί τινα καὶ τιμωρίαν ταντάλειον κατὰ τὸν ποιητήν. ἔχοντες γὰρ χώραν γονιμωτάτην, ὅταν διαπονήσωσι ταύτην, καὶ γένηται τὸ τῶν καρπῶν πλῆθος τῷ κάλλει διαφέρον, κἄπειτα παραγενηθέντες οἱ βάρβαροι τοὺς μὲν καταφθείρουσι, τοὺς δὲ συναθροίσαντες ἀποφέρουσι, τότε δὴ χωρὶς τῶν ἔργων καὶ τῆς δαπάνης, καὶ τὴν καταφθορὰν θεώμενοι διὰ τὸ κάλλος τῶν καρπῶν, σχετλιάζουσι, καὶ βαρέως φέρουσι τὸ συμβαῖνον: *Quid enim magis infidum, quàm vicinus hoſtis? aut quid Barbarico bello periculoſius? Præterea ad tot mala, quibus undique à mediterraneâ parte premuntur, id accidit, quod Tantali pœna cruciantur, ut Poeta inquit. Nam cum regionem habeant omnium fertiliſſimam, poſtquam agros diligentiſſimè coluerunt, paradiſique ſunt fructus pulchritudine, copiaque mirandi, tum venientes in provinciam barbari, populantur, devaſtantque omnia. Byzantij, amiſſis laborib. atque impenſis, tantam ſtragem rerum ſuarum videntes, iniquo animo ferunt.* At citiùs profectò exhauriantur tales ac deficiant, ſi ſequamur Ducem Romanum, de quo Frontinus lib. III. Stratag. cap. IV: *Fabius Maximus vaſtatis Campanorum agris, ne quid eis ad fiduciam obſidionisupereſſet, receſſit ſementis tempore, ut frumentum quod reliquum habebant, in ſationes conferrent: reverſus deinde renata protrivit, & ad famem redactis potitus eſt.* ſi omnia ſcilicet auferantur unà cũ pulviſculo. Quod utique exemplis credamus oportet. Liuii verba ſunt lib. V: *Ab iis non urbes vi aut operibus tentatæ, ſed ager eſt depopulatus: prædæque rerum agreſtium actæ: nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum. Ea clades Capenatem populum ſubegit. pax petentibus data.* Idem lib. VII: *Nuſquam acie congreſſo hoſte, cum agris magis quàm cum hominibus urendo populandoque geſſerunt bella, cuius lentæ velut tabis ſenio victa utriuſque pertinacia po-*

Digitized by Google

puli eſt, ut primum à conſulibus, dein permiſſu eorum ab ſenatu inducias peterent; in quadraginta annos impetrauerunt. Iterum lib. XXXIV: *Cum receptui ſigno dato ſuos ſpoliis onuſtos in caſtra reduxiſſet, paucis horis noctis ad quietem datis, ad prædandum in agros duxit. effuſius, ut ſparſis hoſtibus fuga, prædati ſunt. quæ res non minus, quàm pugna pridiè adverſa, Emporitanos Hiſpanos, accolaſque eorum in deditionem compulit.* Præterea lib. XL: *Montanorum Ligurum ab A. Poſthumio vineæ caſæ, frumentaque deuſta. donec cladibus omnibus belli coacti in deditionem venerunt, armaque tradiderunt.* Cæſar lib. VI. bell. Gall: *De improviſo in fines Nerviorum contendit: & prius, quam illi aut convenire, aut profugere poſſent: magno pecoris, atque hominum numero capto, atque eâ prædâ militibus conceſſa, vaſtatiſque agris, in deditionem venire, atque obſides ſibi dare coegit*, Rurſusq; de Menapiis poſt paucas periodos: *Illi nullâ coactâ manu loci præſidio freti in ſylvas, paludeſque confugiunt, ſuaque eòdem conferunt. Cæſar partitis copiis cum C. Fabio legato, & M. Craſſo quæſtore, celeriterque effectis pontibus, adiit tripartito, ædificia, vicoſque incendit, magno pecoris, atque hominum numero potitur. Quibus rebus coacti Menapij legatos ad eum pacis petendæ cauſa mittunt.* Hinc querelæ Syneſii Epiſtola CXXX: Φεῦ τῆς νεότητος, ἣν ἀπολωλέκαμεν. φεῦ τῶν καρπῶν, οὓς μάτην ἠλπίσαμεν. ἐπεσπείραμεν τῷ πολεμίῳ πυρί. τοῖς πλείοσιν ἡμῶν τὸ πλοῦτον ἐν βοσκήμασιν ἦν, ἐν ἀγελαίαις καμήλοις, ἐν ἵπποις φορβάσι. πάντα οἴχεται, πάντα ἐλήλαται: *Heu iuventutem, quam perdidimus! Heu fructus, quos fruſtra ſperavimus! Seminavimus hoſtili igni. Compluribus nobis omnes divitiæ erant in pecoribus, in armentalibus camelis, in paſcualibus equis. Omnia disperierunt, omnia ſunt abacta.* Monitumque Onoſandri Strateg. cap. VI: Τὴν δὲ τῶν πολεμίων φθειρέτω, καὶ καιέτω, καὶ τεμνέτω. Ζημία γὰρ χρημάτων, καὶ καρπῶν ἔνδεια μειοῖ πόλεμον, ὥσπερ ἡ οὐσία τρέφει: *Hoſtium autē poſſeſſiones funditus perdere, amburere, cædere, depopulari proderit. Damnoſa enim clades, & opum fructuumq; penuria, belligerandi vires illis adimet, quas abundantia fovebat ac ſuppeditabat.* Verùm hæc demum meditanda, ſi nulla melior medicina ad manum. Nam aliàs non diſplicet ratio Strategi illius de quâ Polyænus lib. III: Τιμόθεος πόλιν στρατοπεδεύσας, ἀφώριζε τὸν τόπον τοῖς στρατιώταις, ὅθεν δὴ προνομεύουσι. τὸ δὲ λοιπὸν μέρος τῆς χώρας, καὶ ὅσον ἦν ὄφελος αὐτῆς, ἀπεδίδοτο. οὐκ ἐπέτρεπε δὲ οὔτε οἰκίαν, οὔτε ἔπαυλιν καθαιρεῖν. οὐ μὴν οὐδὲ ἥμερον δένδρον ἐκκόπτειν, ἀλλ' αὐτοὺς καρποὺς λαμβάνειν. καὶ τοῦδε οἱ στρατηγοῦντι περιῆν, εἰ μὲν κρατοῖεν, τοὺς πλείους φόρους ἐκλέγειν. εἰ δὲ ὁ πόλεμος μηκύνοιτο, τροφὰς ἀφθόνους καὶ καταγωγὰς ἔχειν. τὸ δὲ τούτων μεῖζον, πολλὴν τὴν εὔνοιαν παρὰ τῶν πολεμίων ἐθήρευεν: *Timotheus urbem exercitu circumdans, militibus locum definivit, unde prædam agerent. Reliquam regionis partem, & omnes eius fructus vendebat. Non autem permittebat, neque do-*

Digitized by Google

mum vel tugurium deſtruere, neq; verò inſititiam arborem exſcindere: ſed ipſos duntaxat fructus capere. & hac excogitans efficiebat, vt ſi viciſſent, plura tributa colligere poſſent: ſin bellum diutius traheretur, victum copioſum & diuerſoria haberent. Quod verò his maius eſt, maximam beneuolentiam ab hoſtibus venabatur. Et ita ſanè facere debebant ſequentes Naturam, aut potius conditorem eius Deum, vt conſtat ex libro Moſis v. capite x x: Ἐὰν δὲ περικαθήσῃς περὶ πόλιν ἡμέρας πλείονας ἐκπολεμῆσαι αὐτὴν εἰς κατάληψιν αὐτῆς, οὐκ ἐξολοθρεύσεις τὰ δένδρα αὐτῆς, ἐπιβαλεῖν ἐπ' αὐτὰ σίδηρον, ἀλλὰ ἀπ' αὐτοῦ φάγῃ, αὐτὸ δὲ οὐκ ἐκκόψεις, μὴ ἄνθρωπος τὸ ξύλον τὸ ἐν τῷ δρυμῷ εἰσελθεῖν ἀπὸ προσώπου εἰς τὸν χάρακα. ἀλλὰ τὸ ξύλον ὃ ἐπίστασαι ὅτι οὐ καρπόβρωτόν ἐστι, τοῦτο ἐξολοθρεύσεις, καὶ ἐκκόψεις, καὶ οἰκοδομήσεις χαράκωσιν ἐπὶ τὴν πόλιν, ἥ τις ποιεῖ πρὸς σε τὸν πόλεμον, ἕως ἂν παραδοθῇ: *Si autem obſederis circa ciuitatem diebus pluribus, vt expugnes eam in captiuitatem eius, non ſuccides arbores eius, vt immittas in eas ferrum: ſed ab ea comedes, ipſam verò non ſuccides, non eſt homo lignum quod in ſylua, vt ingrediatur à facie in vallum. Sed lignum quod ſcis, quod non fructiferum eſt, hoc perdes, & ſuccides, & extrues vallum contra ciuitatem, quæ facit aduerſum te bellum quouſq; tradatur.* Ad quem locum, operæ audire vocē Philonis Iudæi lib. De creat. Principis: Τοσοῦτον δ' ἔρωτα δικαιοσύνης ἐνεργάζεται τοῖς κατ' αὐτὸν πολιτευομένοις, ὡς οὐδὲ πόλεως ἐχθρᾶς τὴν ἀρετῶσαν γῆν ἐφίησι λυμαίνεσθαι δῃοῦντας, ἢ δενδροτομοῦντας ἐπὶ φθορᾷ καρπῶν. τί γάρ φησι τοῖς ἀψύχοις μὲν, τὴν δὲ φύσιν ἡμέροις καὶ ἡμέρους καρποὺς ἀπογεννῶσι μνησικακεῖς; μὴ γάρ, ὦ οὗτος, ἀνθρώπου πολεμίου δυσμένειαν ἐπιδείκνυται δένδρον, ὡς ἀνθ' ὧν διατίθησιν, ἢ διατεθῆναι παρεσκεύασται, ῥίζαις αὐταῖς ἀνασπᾶσθαι; τοὐναντίον δ' ὠφελεῖ παρέχον τοῖς νενικηκόσιν ἀφθονίαν τῶν ἀναγκαίων, καὶ τῶν πρὸς ἁβροδίαιτον βίον. οὐ γὰρ ἄνθρωποι μόνον δασμὸν φέρουσι τοῖς κυρίοις, ἀλλὰ καὶ φυτὰ τοὺς ὠφελιμωτέρους κατὰ τὰς ἐτησίους ὥρας, ὧν ἄνευ ζῆν οὐκ ἔστιν· ἀγόνων δὲ καὶ ἐστειρωμένων, καὶ ὅσα τῆς ἀγρίας ὕλης, ἔστω μηδεμία φειδὼ τοῖς ἐθέλουσι τέμνειν εἰς χαρακώματα καὶ σταυροὺς καὶ σκόλοπας καὶ τάφρους, καὶ ὁπότε δέοι, κλιμάκων καὶ πύργων ξυλίνων κατασκευάς. εἰς γὰρ ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια γένοιτ' ἂν αὐτοῖς χρεία προστήκουσα: *Tantus porrò amor iuſtitiæ ex inſtitutis domeſticis concipitur, vt ne agros quidem hoſtiles vaſtare liceat, & arbuſta cædere ad fructuum interitum. Videtur enim lex dicere: Heus tu, cur inanimis ſtirpibus infenſus es, mitibus & mites fructus ferentibus? num aliquam ſignificationem odij præ ſe ferunt arbores, vt aut læſus, aut ne lædaris veritus, eas eradices? imò proſunt victoribus præbendo rerum copiam, vel victui neceſſariarum vel delicijs. non à ſolis enim tributa exiguntur hominibus, ſed vtiliora etiam quotannis ab arboribus, ſine quibus non datur viuere. ſiluiſtrem autem & ſterilem materiam licet cuiuis cædere ad vallum & munitiones, aut ſi opus fuerit, ad parandas ſcalas turreſq; ligneas. ad iſta enim & ſimilia vſus*

earum eſt præcipuus. Haud aliud inſtitutum Indis, referente Diod. Siculo lib. II. Biblioth: Συμβάλλεται δὲ πρὸς τοῖς ἰνδοῖς καὶ τὰ νόμιμα πρὸς τὸ μηδέποτε λιμὸν γίνεσθαι παρ' αὐτοῖς. παρὰ μὲν γὰρ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις οἱ πολέμιοι καταφθείροντες τὴν χώραν, ἀγεώργητον κατασκευάζουσι. παρὰ δὲ τούτοις τῶν γεωργῶν ἱερῶν καὶ ἀσύλων ἐωμένων, οἱ πλησίον τῶν παρατάξεων γεωργοῦντες ἀνεπαίσθητοι τῶν κινδύνων εἰσίν. ἀμφότεροι γὰρ οἱ πολεμοῦντες ἀλλήλους μὲν ἀποκτείνουσιν ἐν ταῖς μάχαις, τοὺς δὲ περὶ τὴν γεωργίαν ὄντας ἐῶσιν ἀβλαβεῖς, ὡς κοινοὺς ὄντας ἁπάντων εὐεργέτας· τάς τε χώρας τῶν ἀντιπολεμούντων οὔτ' ἐμπυρίζουσιν, οὔτε δενδροτομοῦσιν: *Confert etiam ad Indorum fertilitatem conſuetudo quæ in bellis ſeruatur. Nam apud cæteras gentes hoſtes bellorum tempore regiones ſpoliant, vaſtantque, neq; agros coli ſinunt. apud Indos verò belli tempeſtate in campis opus ruſticum exercent abſque cura agricolæ, procul ab omni diſcrimine belli. Hoſtes in prælijs mutua cæde graſſantur: agricolis nulla in re nocent, ſed intactos relinquunt, tamquam communis vtilitatis miniſtros. Neq; verò bellium agros vrunt, neq; cædunt arbores.* Neque ſecus opinabatur Xenophon, vbi inter alia loquitur de Cyro & Aſſyrio lib. V: Καὶ ἐθέντο συνθήκας, τοῖς μὲν ἐργαζομένοις εἰρήνην εἶναι τοῖς δ' ὁπλοφόροις πόλεμον: *Itaq; pactis initis conuenit, vt cum agricolis pax eſſet, cum armatis bellum.* Reſpexit & huc ex parte oratio Alexandri Iſij, vitio vertentis Philippo, libro XVII. Polybij: Οὔτε διαλύεσθαι νῦν ἔφησε τὸν Φίλιππον ἀληθινῶς, οὔτε πολεμεῖν γενναίως, ὅταν δέῃ ἔργον πράττειν. ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς συλλόγοις καὶ ταῖς ὁμιλίαις ἐνεδρεύειν καὶ παρατηρεῖν, καὶ ποιεῖν τὰ τοῦ πολεμοῦντος ἔργα. κατ' αὐτὸν δὲ τὸν πόλεμον ἀδίκως ἵστασθαι, καὶ λίαν ἀγεννῶς. ἀφέντα γὰρ τοῦ κατὰ πρόσωπον ἀπαντᾶν τοῖς πολεμίοις, φεύγοντα τὰς πόλεις ἐμπιπράναι καὶ διαρπάζειν, καὶ διὰ ταύτης τῆς προαιρέσεως ἡττώμενον, τὰ τῶν νικώντων ἆθλα λυμαίνεσθαι: *Philippum dicebat neque pacem nunc ſyncerè quærere, neque ſtrenuè bellum gerere, ſicubi hoc fieri conueniat; ſed in conuentibus & colloquiis inſidiari, obſeruare, & ea quæ hoſtis ſint facere: in ipſo quoque bello inique ſe & haud generoſe agere. Etenim cùm hoſti à fronte ſit occurrendum, fugere ipſum manifeſtum congreſſum, & interea ciuitates ſuccendere, & diripere, & huiuſmodi voluntate victum, victorum præmia corrumpere.* Quæ diductius paulò ſic exequitur Liuius lib. XXXII: *Iamdudum ſe reticere ait, non quò quicquam agi putet eo colloquio, ſed ne quem ſociorum dicentem interpellet. Neq; de pace cum fide Philippum agere, neq; bella verâ virtute vmquam geſſiſſe. in colloqvijs inſidiari & captare; in bello non congredi æquo campo, neq; collatis ſignis dimicare, ſed refugientem incendere ac diripere vrbes, & vincentium præmia victum corrumpere. At non ſic antiquos Macedonum reges, ſed acie bellare ſolitos, vrbibus parcere quantum poſſent, quo opulentius imperium haberent. Nam de quorum poſſeſſione dimicetur tollentem, nihil ſibi præter bellum relinquere, quod conſilium eſſe? Plures*

prio re

Digitized by Google

priore anno ſociorum vrbes in Theſſalia euaſtaſſe Philippum, quàm omnes qui vmquam hoſtes Theſſaliæ fuerint. ipſis quoq; AEtolis eum plura ſocium quàm hoſtem ademiſſe. Lyſimachiam pulſo prætore & præſidio AEtolorum occupaſſe eum. Chium item ſuæ ditionis vrbem funditus euertiſſe ac deleſſe. eadem fraude habere eum Thebas, Phthias, Echinum, Lariſſam & Pharſalum. Eodem quoque tendit oratio Rhodiorum ad Demetrium, quâ patrocinantur picturæ Ialyſi. Gellius lib. XV. cap. XXXI: *Quæ malum, inquiunt, ratio eſt, vt tu imaginem iſtam velis incendio adium facto diſperdere? nam ſi nos omnes ſuperaueris & oppidum hoc totum ceperis; imagine quoq; illâ integrâ & incolumi per victoriam potieris. ſin verò nos vincere obſidendo nequiueris; petimus conſideres ne turpe tibi ſit, quia non potueris Rhodios vincere, bellum cum Protogene mortuo geſſiſſe. hoc vbi ex legatis audiuit: oppugnatione deſitâ, & imagini & ciuitati pepercit.* Laudabilis itaque animus Alexandri Magni, qui vt in hoſticum venit, *milites à populatione Aſiæ prohibuit, parcendum ſuis rebus præfatus, nec perdenda ea quæ poſſeſſuri venerint*, Iuſtin. lib. XI. Egregiè præterea Spartani, quorum mentio apud Pauſaniam: Λακεδαιμόνιοι δὲ καταδρομὰς ἐποιοῦντο ἐς τὴν Μεσσηνίαν, καὶ τὴν μὲν χώραν οὐκ ἐλυμαίνοντο, ἅτε δὴ νομίζοντες οἰκείαν, οὔτε δένδρα ἔκοπτον, οὐδὲ οἰκήματα κατέβαλον· οἱ δὲ λείαν (εἰ περιτύχοιεν) ἤλαυνον, καὶ σῖτον καὶ τὸν ἄλλον καρπὸν ἀφῃροῦντο: *Interea Lacedamonij in hoſtilem quidem agrum incurſiones faciebant: verùm (quippe qui ſuum illum iam eſſe interpretarentur) neque arbores ſuccidere, neque villas demoliri; prædam tantùm, ſi quam nacti eſſent, agere, frumenta fructusq; alios aſportare.* Pulchrèque Ennodius Paneg. dicto Theodorico: *Continuo Pitzia (qui & de te euentus utiles ſumpſerat, & conſiliorum momenta deliberârat) non adquiſitam eſſe terram credidit, ſed refuſam: nec rapinis, ut lucrativa populatus eſt, ſed diſpenſationibus ſervavit ut propria.* Scias autem ipſis fuiſſe in animi mente Crœſum, qui conſulens Cyro ne permitteret militi diripere urbes Lydiæ, rationem adferebat, quia Οὔτε πόλιν τὴν ἐμήν, οὔτε χρήματα τὰ ἐμὰ διαρπάζεις. (οὐδὲν γὰρ ἐμοὶ ἔτι τούτων μέτα) ἀλλὰ φέρουσί τε καὶ ἄγουσι τὰ σά: *Neq; urbem meam diripis, neque meas opes. nihil enim mihi iam cum iſtis rebus eſt: ſed tua ferunt aguntq;* inquit Herodotus lib. I. Et hac quidem modeſtiâ mirè profici ad belli ſummam; nō modò teſtatus ſupra Polyænus, ſed magis adhuc Plutar. in vita Flaminij: Ὁ γὰρ Τίτος πυνθανόμενος, τὸν Φίλιππον ὡς ὅμοια φεύγοντι τὴν Θετταλίαν διερχόμενος, τοὺς μὲν ἀνθρώπους ἐκ τῶν πόλεων ἀνίστησιν εἰς τὰ ὄρη, τὰς δὲ πόλεις καταπίμπρησι, τῶν δὲ χρημάτων τὰ λειπόμενα διὰ πλῆθος, ἢ βάρος, ἁρπαγὴν ἀφίησι, τρόπον τινὰ τῆς χώρας ἐξιστάμενος ἤδη Ῥωμαίοις, ἐφιλοτιμεῖτο, καὶ παρεκάλει τοὺς στρατιώτας ὥσπερ οἰκείας καὶ παρακεχωρημένης κηδομένους βαδίζειν. καὶ μέντοι καὶ παρεῖχεν αὐτοῖς τὰ γινόμενα τῆς εὐταξίας αἴσθησιν εὐθύς. προσεχώ-

ρειω μὲν γὰρ αἱ πόλεις ἁψαμένοις Θετλαλίας, οἱ δ' ἐντὸς πυλῶν Ἕλλωες, ἐπόθουν καὶ διετέλουν τῆς ὁρμῆς πρὸς τὸν Τίτον. Ἀχαιοὶ δὲ τὴν Φιλίππου συμμαχίαν ἀπειπάμενοι, πολεμεῖν ἐψηφίσαντο μετὰ Ῥωμαίων πρὸς αὐτόν: *Vbi intellexit Philippum Quintius fuga ſimili tranſitu Theſſaliam tranſcurriſſe, vbi homines ſedibus ſuis excitauerat in montes, oppida incenderat, res quas ferre ſecum homines præ copia vel pondere non poterant, militi conceſſerat in prædam: Romanis iam quodammodo regionis poſſeſſione cedens, Quintius enixè hortatus eſt milites, vt in tranſitu velut ſuæ iam ditionis ac conceſſæ haberent rationem. Huius moderationis ſuæ breui poſt fructum cepere. nam vt Theſſaliam attigerunt, defecerunt ad eos vrbes. Alij intra Thermopylas incolentes Græci, optabant & animo geſtienti deſiderabant Quintium. Achæi renunciato Philippo fœdere ſocietatem contra eum cum Romanis decreuerunt.* Sed & Frontinus lib. IV. cap. III: *Auſpicijs Imperatoris Cæſaris Domitiani Auguſti. Germanico bello, quod Iulius Ciuilis in Gallia mouerat, Lingonum opulentiſſima ciuitas, quæ ad Ciuilem deſciuerat, cùm adueniente exercitu Cæſaris populationem timeret: quod contra expectationem inuiolata, nihil ex rebus ſuis amiſerat, ad obſequium redacta ſeptuaginta millia armatorum tradidit ei.* Idem, ſed fruſtra, ſpectabat Auguſtus apud Dionem Caſſ. lib. XLIX: Ἐπὶ οὖν τούτους ὁ Καῖσαρ τότε στρατεύσας, τὸ μὲν πρῶτον οὐκέτι ἥρπαζε, καίπερ καὶ τὰς κώμας αὐτῶν τὰς ἐν τοῖς πεδίοις ἐκλιπόντων (ἤλπιζε γὰρ ἐθέλοντας αὐτοὺς ἐπάξεσθαι) ὡς δὲ καὶ προσχωροῦντα αὐτὸν πρὸς Σισκίαν ἐλύπησαν, ὠργίσθη, καὶ τήν τε χώραν σφῶν ἔκαιε, καὶ πάνθ' ὅσα ἐδύνατο λείαν ἐποιεῖτο: *Enimuero Cæſar in Pãnonios profectus, primùm à rapinis ſe continuit, quamuis ij pagos in campeſtribus ſitos deſeruerant, quòd ſperabat ſe eos citra vim ſibi adiungere poſſe: ſed quum ad Hiſciam accedentem eum læſiſſent, ira correptus, agrum eorum vſſit, prædaſque quas potuit maximas egit.* Nec alio attenderat Hannibal. Liv. XXXIV: *Dum hæc aliis locis ab Romanis geruntur, iam Tarentum peruenerat Annibal, cum maxima omnium quacumque ierat, clade. in Tarentino demum agro pacatum incedere agmen cæpit. nihil ibi violatum, neq; vſquam via exceſſum eſt. apparebatq; non id modeſtia militum aut ducis, niſi ad conciliandos Tarentinorum animos fieri.* Poſſe autem tale quid ſeruari docemur illo Liuij lib. XLIV: *Martius poſtquam patêre omnia in omnes partes animaduertit, ſecundis caſtris peruenit ad Dium; metariq; ſub ipſo templo, ne quid ſacro in loco violaretur, iuſſit.* Certè ſi religio Harpyis iſtis & roſtrum tollit & vngues, cur non idem poſſit diſciplina? Quare etſi referat Max. Tyrius Serm. XIV: Πόλεμος μὲν, διδάσκαλος ἀδικίας, γεωργία δὲ, δικαιοσύνης. ὁ μὲν γὰρ πλεονέκτης τί ἐστι καὶ ἐπὶ τὰ ἀλλότρια ἄγει. καὶ αὐτὸς αὐτοῦ κράτιστα ἔχει, ἐπειδὰν τὰ μέγιστα ἀδικῇ, καὶ ἀδικῶν εὐτυχεῖ: *Bellum eſt iniuriæ magiſter, agricultura iuſtitiæ: bellator rapiendi ſtudium ſequitur, & alienis*

ſtenis inhiat bonis, tuncq; putat ſecum optimè agi, vbi maximè iniuriæ eſt, quumq; per iniuriam voti compos efficitur. Aſſeueretque αὐτόπλεια Hecuba in Comœdiâ nominis ſui Euripideâ:

——— Ἐν γὰρ μυρίῳ στρατεύματι
Ἀκόλαστος ὄχλος, ναυτική τ' ἀναρχία,
Κρείσσων πυρὸς· κακὸς δ' ὁ μή τι δρῶν κακόν:
———*In infinito enim exercitu*
Indomita turba, nauticaq; licentia
Violentior igne. malus verò habetur qui non aliquid facit mali.

Liuiusque adeò libro XXXVIII. meminerit, *libidinis & auaritiæ militaris*, tamquam ſupra modum extremæ: vtraque tamen probè compeſcetur, ſi licuerit per ipſum Ducem; hoc eſt ſi præiuerit bono exemplo, & leges ſuas exercuerit. Hinc Xenophon lib. III. Hiſtor Græc: de Dercyllide: Καὶ εὐθὺς μὲν τοσούτῳ διέφερεν ἐς τὸ ἄρχειν τοῦ Θίμβρωνος, ὥστε παρήγαγε τὸ στράτευμα διὰ τῆς Φιλίας χώρας μέχρι τῆς Φαρναβάζου αἰολίδος, μηδὲν βλάψας τοὺς ξυμμάχους: *Tantum verò vel primo belli initio Thimbrone præſtabat imperandi ſcientia, vt copias per amicorũ fines vsq; in AEolidem Pharnabazo ſubiectam, ſocijs nullo detrimento adfectis, duceret.* Quod ne cui alij rei acceptum feratur; audiamus obſecro vnum de eodẽ illo exercitu militem: Ἡμεῖς μὲν ἐσμὲν οἱ αὐτοὶ νῦν τε καὶ πέρυσιν. ἄρχων δέ, ἄλλος μὲν νῦν, ἄλλος δὲ τὸ παρελθόν. τὸ οὖν αἴτιον τοῦ νῦν μὴ ἐξαμαρτάνειν, τότε δὲ αὐτοὶ ἤδη ἱκανοὶ ἐστὲ γιγνώσκειν: *Nos quidem, Lacedamonii, nunc iidem ſumus, qui anno ſuperiore fuimus: ſed alium nunc imperatorem habemus, quam prius. Quapropter ipſi iam ſatis perſpicere poteſtis, quamobrem id temporis deliquerimus, nunc omnis expertes culpæ ſimus.* Et aut omnia me fallunt, aut idem tangit Tacitus lib. II. Hiſt: *Non Italia adiri, nec loca ſedeſque patria videbantur: tamquam externa litora & urbes hoſtium urere, vaſtare, rapere, eo atrocius quod nihil uſquam provisum adverſum metus. pleni agri, aperta domus, occurſantes domini iuxta coniuges & liberos, ſecuritate pacis, & belli malo circumveniebantur.* Idcirco non miror cùm lego apud Velleium lib. poſter: *Putares Sullam veniſſe in Italiam, non belli vindicem, ſed pacis auctorem: tanta cum quiete exercitum per Calabriam, Apuliamque cum ſingulari curâ frugum, agrorum, hominum, urbium, perduxit in Campaniam.* Apud Ciceronem pro lege Manilia, de Cn. Pompeio: *Cuius legiones ſic in Aſiam pervenerunt, ut non modo manus tanti exercitus, ſed ne veſtigium quidem cuiquam pacato nocuiſſe dicatur?* Apud Frontinum lib. 2. Stratagem. cap. II: *Imperator Caſar Auguſtus Germanicus, eo bello, quo victis hoſtibus cognomen Germanici meruit, cùm in finibus Vbiorum caſtella poneret, pro fructibus eorum locorum, que vallo comprehendebat, pretium ſolvi iuſsit, atque ea iuſtitia fa*

T

mâ omnium fidem aſtrinxit. Apud Lampridium de Alexandro Severo: *Iniit Parthicam expeditionem: quam tantâ diſciplinâ, tantâ reverentiâ ſui egit; ut non milites, ſed Senatores tranſire dicerentur. Quacunque iter legiones faciebant, tribuni accincti, centuriones verecundi, milites amabiles erant: ipſum verò ob hac tot & tanta bona provinciales ut Deum ſuſcipiebant.* Apud Zoſimum lib. III: Μεθ᾽ ὅσης μὲν οὖν ἡσυχίας καὶ ἀβλαβείας τὴν ὁδὸν ἅπασαν οἱ στρατιῶται διώδευσαν, λέγειν οὐκ ἀναγκαῖον. οὐδὲ γὰρ ἦν εἰκὸς, ἀπηχές τι πρᾶξαι τοὺς ὑπὸ Ἰουλιανῷ βασιλεῖ τεταγμένους: *Quanta quidem cum tranquillitate, ac religione, totum hoc iter confecerint milites, non eſt neceſſe dicere. Nec enim conſentaneum erat, eos inſolentius ac præter rationem decori quidquam admittere qui ſub Imperatore Iuliano militabant.* Apud Pacatum Panegyr. Theodoſ. dicto: *Gothus ille & Hunnus & Alanus reſpondebat ad nomen, & alternabat excubias, & notari infrequens ferebat. Nullus tumultus, nulla confuſio, nulla direptio ut à barbaro erat: quin ſi quando difficilior frumentaria res fuiſſet, inopiam patienter ferebat, & quam numero arctârat annonam, comparcendo laxabat, pro omni præmio omnique mercede id unum repoſcens, ut tuus diceretur.* Apud Claudianum lib. I. de Laud. Stiliconis:

In quo tam vario vocum, generumque tumultu
Tanta quies, iuriſque metus ſervator honeſti
Te moderante fuit, nullis ut vinea furtis,
Vt ſeges ereptâ fraudaret meſſe colonum,
Vt nihil aut ſævum rabies, aut turpe libido
Suaderet: placidi ſervirent legibus enſes.

Apud Suidam de Beliſario: Ἐς δὲ τοὺς ἀγροίκους, ὅτι δὴ τοσαύτῃ φειδοῖ τε καὶ προνοίᾳ ἐχρῆτο, ὥστε βιασθῆναι μὲν αὐτοὺς οὐδὲν πώποτε στρατηγοῦντος Βελισαρίου τετύχηκεν. ἀπεδίδοντο γὰρ αὐτοῖς κατὰ γνώμην τὰ ὤνια πάντα. καὶ ἡνίκα ἀκμάζοι τὰ λήϊα, ἐς τὸ ἀκριβὲς διεφύλασσε, μή τινι παριοῦσα ἡ ἵππος λυμήνηται. τῶν δὲ ὡραίων ἐν τοῖς δένδρεσιν ὄντων ἅψασθαι αὐτῶν οὐδενὶ τὸ παράπαν ἐξῆν: *Agricolis autem ita parcebat, ita conſultum volebat, ut nunquam Beliſario exercitum ducente, vis ulla eis illata fuerit. Nam res venales exanimi ſententia diſtrahebant: & adulto frumento ne ullus equus noceret, diligentiſſimè cavebat. Fructus porrò arborum attingere licebat nemini.* Imò, ſit mihi admodum credibile illud Frontini lib. IV. cap. III: *Vniverſi quoq; exercitus notabilis ſæpè fuit continentia, ſicuti eius, qui ſub Marco Scauro meruit: namq; memoriæ tradidit Scaurus, pomiferam arborem, quam in pede caſtrorum fuerat complexa metatio, poſtero die abeunte exercitu intactis fructibus relictam.*

Interim, abſit negem coniunctum iſtud cum aliquâ difficultate; præſertim ſub ducibus aut vitæ ſolutioris, aut prudentiæ minus conſideratæ. In-

Digitized by Google

tæ. Inde namque eſt quod habemus in Polybio libro quarto: Ὑπεκρίνοντο μὲν, βούλεσθαι μηδὲν ἀδίκημα ποιεῖν εἰς τοὺς ἀχαιούς. οὐ δυνάμενοι δὲ τὸ πλῆθος ἀπέχεσθαι τῆς χώρας διὰ τὴν πρὸς τὰς ὠφελείας ἀκρασίαν, κακοποιοῦντες αὐτοὺς καὶ λυμαινόμενοι διήεσαν, μέχρι παρεγενήθησαν εἰς τὴν Φυγαλέαν. ποιησάμενοι δὲ τὴν ὁρμὴν, ἐντεῦθεν αἰφνιδίως καὶ θρασέως ἐνέβαλον εἰς τὴν τῶν μεσσηνίων χώραν, οὔτε τῆς ὑπαρχούσης αὐτῆς ἐκ παλαιῶν χρόνων πρὸς τοὺς μεσσηνίους φιλίας καὶ συμμαχίας οὐδ᾿ ἡντινοῦν ποιησάμενοι πρόνοιαν, οὔτε τῶν κοινῶν ὡρισμένων δικαίων παρ᾿ ἀνθρώποις. ἅπαντα δ᾿ ἐν ἐλάττονι θέμενοι τῆς σφετέρας πλεονεξίας, ἀδεῶς ἐπόρθουν, οὐ τολμώντων ἐπεξιέναι καθόλου τῶν μεσσηνίων: *Edictum erat, ne qua inter eundum Achais iniuria inferretur. Sed quis multitudini ſtatuat modum? Vaſtant, diripiuntq́ omnia, tandem Phigaleam perueniunt. Hinc facto in Meſſenios impetu, nullâ ratione veteris amicitiæ habitâ, neglectoq; diuino & humano iure, populabundi per agrum diſcurrunt, omnia ferro igniq́; vaſtantes; Meſſenijs, quod impares viribus eſſent, ſeſe intra mœnia continentibus.* In Dione Caſſio de Auguſti militibus l.b. XLVI: Τοιαύτη μὲν οὖν γνώμη ὡς καὶ διὰ φιλίας τῆς χώρας ἤεσαν. ἐκακουργεῖτο δὲ ὑπὸ τοῦ πλήθους, τῆς τε θρασύτητος αὐτῶν, οὐδενὸς πολέμου βραχύτερα: *Eo animo per prouinciam tamquam amicam ſibi, profecti ſunt: quamquam ob multitudinem ac ferociam militum ei non minus quàm in bello damni iniunctum fuit.* Eademque cauſsâ apud Ammianum lib. XVIII: *Omnes venêre Moguntiacum. vbi Florentino & Lupicino Seueri ſucceſſore deſtinatè certantibus, per pontem illic conſtitutum tranſiri debere; retinebatur firmiſsimè Cæſar: aſſerens pacatorum terras non debere calcari; ne, vt ſæpe contigit, per inciuilitatem militis occurrentia vaſtantis, abruptè fœdera frangerentur.* Ad quæ item commodè adplicemus iſta Caſſiodori lib. IV. Epiſt. XXXVI: *Atque ideo illuſtris magnificentia tua prouincialibus Alpium Cottiarum aſſem publicum per tertiam indictionem nos relaxaſſe cognoſcat: quos tranſiens noſter exercitus more fluminis, dum irrigat, oppreſsit. Nam licet pro generali ſecuritate frumenti adunatione proruperit, præteriens tamen iſtorum culta vaſtauit. Radit enim ſemper fluuius alueum ſuum, & licet molliter egrediens vicina facundet, illud tamen reddit ſterile, quo collectus influxerit. Vnde neceſſe fuit, ciuica vaſtatione deiectis porrigere dextram ſalutarem.* Remedium autem aliquod huic rei ſi ducantur raptim; vt çanes, qui Nilum bibunt. Ante oculos Annibal ſit. de quo Polybius: Τῷ γὰρ εἰς ἀλλοτρίαν καθιέντι χώραν στρατόπεδα, καὶ παραδόξοις ἐγχειροῦντι πράγμασιν, εἷς τρόπος ἐστὶν οὗτος σωτηρίας, τὸ συνεχῶς καινοποιεῖν ἀεὶ τῶν συμμάχων ἐλπίδας: *Nam ducenti per alienam patriam exercitum, & magnas res molienti, vnus modus ſalutis erat, ſocios in fide retinere.* Cui meritò certent iſti Neroniani. Liuij libro XXVII: *Modeſtiâ certare milites, ne quid vltra vſum neceſſarium ſumerent, nihil morari, nec ab ſignis ab-*

Digitized by Google

ſiſtere. cibum capientes diem ac noctem tre, vix quod ſatis ad naturale deſiderium corporum eſſet, quieti dare. Longe alij, qui à Vitellio ſub Fabio Valente in Italiam mittebantur; Taciti libro I. Hiſtor: *Lento deinde agmine, per fines Allobrogum & Vocontiorum ductus exercitus: ipſa itinerum ſpatia, & ſtatiuorum mutationes venditante duce, fœdis pactionibus aduerſus poſſeſſores agrorum, & magiſtratus ciuitatum: adeo minaciter, vt Luco (municipium id Vocontiorum eſt) faces admoueret, donec pecunia mitigaretur, quoties pecunia materia deeſſet, & ſtupris & adulterijs exorabatur. Sic ad alpes peruentum.* Benè itaque Onoſander cap. VI: Τῶν δὲ δυνάμεων ἐκπεπληρωμένων, μήτ' ἐπὶ τῆς συμμαχίδος καθεζόμενος ἐγχρονιζέτω χώρας· τοὺς γὰρ ἰδίους ἀναλώσει καρποὺς, καὶ ζημιώσει πλέον τοὺς φίλους, ἢ τοὺς πολεμίους. μεταγέτω δ' ὡς θᾶττον, ἐὰν ἀκίνδυνον ᾖ, οἴκοι τὰς δυνάμεις: *Collectis contractiſq. omnibus copijs, in fœderatis ſocijsq. regionibus, diu cunctando, feriatus ne deſideat, nam amicos maiore quàm hoſtes mulctaret detrimento. Inde igitur armatam manum, ſi commodum eſt & licet, confeſtim abducat.* Sed enim caue quis heic rem putet habere factam, in quem competat clauſula eiuſdem Onoſandri: Φροντιζέτω δὲ περί τε ἀγορᾶς, καὶ τῆς τῶν ἐμπόρων, καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, παραπομπῆς, ἵνα ἀκινδύνως τῆς παρουσίας (φίσιν ὅτως ἀόκνοις παρακομίζωσι τὸν εἰς τὰ ἐπιτήδεια φόρτον: *Erit etiam boni Imperatoris, curare vt mercatoribus liber & ſecurus terra mariq. annona conuehenda pateat aditus; vt plena ſecuritate, impigri, neceſſarias merces commodius apportent.* Optimè. nam etiamſi aſſeueratè enuntiet de Anthemij exercitu Sidonius verſu 278:

Cui deeſſet cum ſæpè Ceres, ſemperq. Lyæus:
Diſciplina tamen non deſuit;

Agnoſcas tamen poëtam magis quàm hiſtoricum. Planè quidam λοχαγῶν apud Xenoph. lib. VI. Hiſt. Græc. ingerunt duci ſuo Mnaſippo: ὅτι οὐ ῥάδιον εἴη μὴ διδόντα τὰ ἐπιτήδεια πειθομένους παρέχειν: *Non facilè contineri poſſe in officio militem ab eo qui neceſſaria non ſubminiſtrat.* Ideoque de Herode prouidè Ioſephus lib. XV. Antiq. cap. XII: Πάντων δὲ αὐτῷ προκεχωρηκότων εἰς δέον ὧν ἠλπίκει, τὰς μὲν ἐν αὐτῇ τῇ βασιλείᾳ ταραχὰς οὐδ' ὁποσοῦν δὲ ὑποψίας εἶχεν, ἑκατέρωθεν ὑπηκόους παρασκευασάμενος, φόβῳ μὲν ὢν ἀπαραίτητος εἰς τὰς τιμωρίας, τῇ ἐπιμελείᾳ δὲ μεγαλόψυχος ἐν ταῖς περιπετείαις [illegible] *Ita omnibus ordinatis ex ſententia, nullos amplius in regno ſuo motus timuit, duobus potiſſimum modis ſubditos in officio continens, timore ſuppliciorum quæ nemini remittebat; & liberalitate quâ prouidebat publicis neceſſitatibus.* Penſiculatè Caſſiodorus lib. IV. Epiſt. XIII: *Diſciplinam ſiquidem non poteſt ſeruare ieiunus exercitus, dum quod deeſt, ſemper præſumit armatus. Habeat quod emat, ne cogatur cogitare, quod auferat. Neceſſitas moderamen non diligit: nec poteſt imperari multis, quod nequeant cuſtodire*

ſtodire

Digitized by Google

ſtodire pauciſſimi. Nec incircumſpectè Æſchines περὶ παραπρεσβ.: Τρίτον δὲ αὐτοὺς καθεῖλεν ἡ τοῖς ἀπορουμένοις στρατοπέδοις συνήθως παρακολουθοῦσα στάσις: *Tertio loco eos euertit ſeditio, quæ exercitus penuriâ laborantes familiariter comitari ſolet.* Valet enim iſto caſu dictum Menandri:

> Πολλοὺς δ' ἀνάγκην γὰρ πονηροὺς οἶδ' ἐγὼ,
> Ὅταν ἀτυχήσωσι γεγονότας, οὐ φύσει.
> Ὄντας τοιούτους. ———
> *Ego multos noui malos propter neceſſitatem*
> *Factos in aduerſâ fortunâ, cùm non naturâ*
> *Huiuſmodi eſſent.* ———

Exempla reperire non difficile. Tale eſt quod narrat de Demetrio in vita eius Plutarchus: Καὶ καταβὰς εἰς Ταρσὸν, ἐβούλετο μὲν ἀπέχεσθαι τῆς χώρας, οὔσης ὑπὸ Σελεύκῳ τότε καὶ πρόφασιν ἐκείνῳ μηδεμίαν παρασχεῖν. ὡς δὲ ἦν ἀμήχανον, ἐν ταῖς ἐσχάταις ὄντων ἀπορίαις τῶν στρατιωτῶν; *Vt Tharſum deſcendit, cupiuit quidem abſtinere à prædando, quia ea regio tunc in ditione erat Seleuci, neque anſam illi prebere vllam: verùm quòd fieri id non poſſet in vltimâ militum inopiâ, &c.* De Philippo Liuius lib. XL: *Socij erant; ſed propter inopiam haud ſecus quam hoſtium fines Macedones populati ſunt: rapiendo enim paſſim villas primùm, deinde quoſdam vicos etiam euaſtarunt, non ſine magno pudore regis, cùm ſociorum voces nequicquam Deos ſociales nomenque ſuum implorantes audiret.*

Addideratque conſilium coercendi intra terminos Imperij. Lib. I. Annal.

PRobè ſubigebatur in cote Prudentiæ Auguſtus, vbi ἀκούσας ἦν ὅτι Ἀλέξανδρος δύο καὶ τριάκοντα γεγονὼς ἔτη κατεστραμμένος τὰ πλεῖστα, διηπόρει τί ποιήσει τὸν λοιπὸν χρόνον, ἐθαύμαζεν εἰ μὴ μεῖζον Ἀλέξανδρος ἔργον ἡγεῖτο τοῦ κτήσασθαι μεγάλην ἡγεμονίαν, τὸ διατάξαι τὴν ὑπάρχουσαν: *Audito Alexandrum, cùm annos natus* XXXII. *pleraque ſubegiſſet, anxium fuiſſe de materiâ agendi ad reliquum tempus: Miror, inquit, Alexandrum non exiſtimaſſe maioris eſſe operæ imperium partum benè conſtituere, quàm parare;* Plutarch. in Apophth. Vltimum enim iſtud tam verum eſt, vt obtineat vicem prouerbij. Certe ſine vllâ circuitione effert Florus lib. II. cap. XVII: *Plus eſt Prouinciam retinere quàm facere.* Cui adſonat Panegyr. II. in Stilicon. Claudianus:

> ——— *Plus eſt ſeruaſſe repertum,*
> *Quàm quæſiſſe nouum.*

Nec aliud ſibi vult Iambus P. Syri:

Fortunam citius reperias quàm retineas.

Cauſſam huius rei, expreſſit Ouidius lib. II. de arte amandi verſ. 21:

Nec minor eſt virtus quàm quærere, parta tueri:
Caſus ineſt illic: hic erit artis opus.

Et ſic eſt. Velut in rebus omnibus, ſic in imperijs, ſuus eſt modus: quem ſi excedis; ruet aut manibus alienis, aut tuis aut etiam nullis. Planè iuxta Pindarum Olymp. Oda. XIII:

Ἕπεται δ᾽ ἐν ἑκάστῳ μέτρον. νοῆ-
σαι δὲ, καιρὸς ἄριστος.

Conſentaneus eſt in quaq; re modus,
Quem intelligere opportunitas optima eſt.

Pièque Albutius apud Senecam Suaſoria I: *Aliquis etiam magnitudini modus eſt. Non procedit vltra ſpatia ſua cælum. Maria intra terminos ſuos agitantur. Quicquid ad ſummum venit, incremento non reliquit locum.* Et penſiculatè Ariſtoteles VII. Polit. capite IV: Ἐστί τι καὶ πόλεσι μεγέθους μέτρον, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων πάντων, ζώων, φυτῶν, ὀργάνων. καὶ γὰρ τούτων ἕκαστον, οὔτε λίαν μικρὸν, οὔτε κατὰ μέγεθος ὑπερβάλλον ἕξει τὴν αὑτοῦ δύναμιν· ἀλλ᾽ ὁτὲ μὲν, ὅλως ἐστερημένον ἔσται τῆς φύσεως, ὁτὲ δὲ, φαύλως ἔχον· οἷον, πλοῖον σπιθαμιαῖον μὲν, οὐκ ἔσται πλοῖον ὅλως, οὐδὲ δυοῖν σταδίοιν. εἰς δέ τι μέγεθος ἐλθὸν, ὁτὲ μὲν διὰ σμικρότητα φαύλην ποιήσει τὴν ναυτιλίαν, ὁτὲ δὲ, διὰ τὴν ὑπερβολήν: *Aliquis eſt etiam ciuitatibus magnitudinis modus, quemadmodum & aliarum rerum omnium; animantium, plantarum ſeu arborum, inſtrumentorum iuſta magnitudo eſt. etenim unumquicque horum neque ſi nimis puſillum ſit, neq; ſi magnitudine modum ſuperet, poteſtatem aut vim ſuam incolumem conſervabit: ſed interdum naturâ ſuâ prorſus orbatum erit, aliàs nullam utilitatem afferet. exempli cauſa nauigium palmi quidem unius longitudinem non ſuperans, aut uſque ad duorum ſtadiorum longitudinem porrectum, non erit omnino navigium: ad quandam verò magnitudinem progreſſum, modò propter parvitatem, navigationem incommodam reddet, modò propter magnitudinem immoderatam atque immenſam.* Ita ille. Quod ipſum commodè extendamus ad omnem Remp. ad omne regnum. Expoſitè Darii regis Legati Alexandro; *Reſpice quantum poſt te reliqueris, intuere quantum petas. Periculoſum eſt prægrave imperium, difficile eſt continere quod capere non poſſis. Vides ne ut navigia quæ modum excedunt, regi nequeant? neſcio an Darius ideò tam multa amiſerit, quia nimiæ opes magnæ iacturæ locum faciunt. Facilius eſt quædam vincere, quam tueri. Quàm hercule expeditius manus noſtra rapiunt, quàm continent?* Curtius lib. IV: Eandem ſimilitudinē haud abſurdè ad exercitus maiores trahit Seneca, quā

Princi-

Digitized by Google

Principibus inculcare nihil vetat, quamvis alioqui extet libro VI. de Beneficiis cap. XXXI: *Cùm bellum Græciæ indiceret Xerxes, animum tumentem, oblitumque quàm caducis confideret, nemo non impulit. Alius aiebat, non laturos nuntium belli, & ad primam adventus famam, terga verſuros. Alius nihil eſſe dubij, quin illâ mole non vinci ſolùm Græcia, ſed obrui poſſit: magis verendum, ne vacuas deſertasque urbes invenirent, & profugis hoſtibus vaſtæ ſolitudines relinquerentur; non habituris, ubi tantas vires exercere poſſent. Alius, illi vix rerum naturam ſufficere, anguſta eſſe claſſibus maria, militi caſtra, explicandis equeſtribus copiis campeſtria; vix patere cælum ſatis ad emittenda omni manu tela. Cùm in hunc modum multa undique iactarentur, quæ hominem nimia æſtimatione ſui furentem concitarent, Demaratus Lacedæmonius ſolus dixit, ipſam illam quâ ſibi placeret multitudinem indigeſtam & gravem, metuendam eſſe ducenti: non enim vires habere, ſed pondus: immodica nunquam regi poſſe: nec diu durare, quicquid regi non poteſt. In primo, inquit, ſtatim monte Lacones obiecti, dabunt tibi ſui experimentum. Tot iſta gentium millia trecenti morabuntur; hærebunt in veſtigio fixi, & commiſſas ſibi anguſtias tuebuntur, & corporibus & penè totius generis humani ruentis impetum, pauciſſimi ſuſtinebunt. Cùm te mutatis legibus ſuis natura tranſmiſerit, in ſemitâ hærebis, & æſtimabis futura damna, cùm computaveris quanti Thermopylarum anguſta conſtiterint. Scies te fugari poſſe, cùm ſcieris poſſe retineri. Cedent quidem tibi pluribus locis velut torrentis more ablati, cuius cum magno terrore prima vis defluit: deinde hinc atque illinc coorientur, & tuis te viribus prement. Verum eſt quod dicitur; maiorem belli apparatum eſſe, quàm qui recipi ab his regionibus poſſit, quas oppugnare conſtituis. Sed hæc res contra nos eſt. Ob hoc ipſum te Græcia vincet, quia non capit. Vti toto te non potes. Præterea, quæ una rebus ſalus eſt; occurrere ad primos rerum impetus, & inclinatis opem ferre non poteris, nec fulcire ac firmare labantia. Multo ante vinceris, quàm victum eſſe te ſentias. Ceterum non eſt, quod exercitum tuum ob hoc ſuſtineri putes non poſſe, quia numerus eius duci quoque ignotus eſt. Nihil tam magnum eſt, quod perire non poſſit: cui naſcitur in perniciem, ut alia quieſcant, ex ipſâ magnitudine ſuâ cauſa. Acciderunt quæ Demaratus prædixerat. Divina atque humana impellentem, & mutantem quicquid obſtiterat, trecenti ſtare iuſſerunt: ſtratusque per totam paſſim Græciam Xerxes intellexit, quantum ab exercitu turba diſtaret. Itaque Xerxes pudore quam damno miſerior, Demarato gratias egit, quod ſolus ſibi verum dixiſſet.* Pie igitur ac prudenter Artabanus eidem Xerxi lib. VII. Herod: Ὁρᾷς ὡς τὰ ὑπερέχοντα ζῶα κεραυνοῖ ὁ θεὸς, οὐδὲ ἐᾷ φαντάζεσθαι, τὰ δὲ σμικρὰ, οὐδέ μιν κνίζει; ὁρᾷς δὲ ὡς ἐς οἰκήματα τὰ μέγιστα ἀεὶ καὶ δένδρεα, τὰ τοιαῦτ' ἀποσκήπτει βέλεα; φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέ-

χοντα

χεῖρα πάντα κολούειν. οὕτω δὴ καὶ στρατὸς πολλὸς ὑπὸ ὀλίγου διαφθείρεται κατὰ τοιόνδε· ἐπεάν σφι ὁ θεὸς φθονήσας φόβον ἐμβάλῃ, ἢ βροντήν, δι' ὧν ἐφθάρησαν ἀναξίως ἑωυτῶν. οὐ γὰρ ἐᾷ φρονέειν ἄλλον μέγα ὁ θεὸς ἢ ἑωυτόν: *Vides ut pragrandia animalia fulmine deus ferit, nec ſinit inſoleſcere: parva verò nihil lædit? Vides ut magna ſemper ædificia magnasq́ arbores huiusmodi fulminum tela pereunt? Gaudet enim Deus eminentiſſima quæque deprimere. Vnde & ingens exercitus ab exiguo profligatur, quoties deus iis quibus invidet, aut metum incutit aut tonitrum. Propterea quidam ſecus ac dignitas ſua poſtulabat, in calamitatem inciderunt, quia Deus neminem altum quàm ſeipſum ſinit magnificè de ſe ſentire.* Belleque de his talibus dicitur illud Lucani libro I. verſu 81:

In ſe magna ruunt: lætis hunc numina rebus
Creſcendi poſuère modum.

item Senecæ Epiſt. XCI: *Quæ domeſticis bellis ſteterant regna, quæ externa, impellente nullo ruunt.* Graviter Dion Chryſoſtomus Oratione XVII: περὶ πλεονεξ: Ὁ δὲ Ἡσίοδος καὶ πλέον εἶναι τοῦ παντός φησι τὸ ἥμισυ, τὰς ἐκ τοῦ πλεονεκτεῖν βλάβας εἶναι καὶ ζημίας λογιζόμενος. τίς γὰρ πώποτε ἢ βασιλεὺς ἢ δυνάστης ἢ δῆμος ἐπιχειρήσας ὑπερβῆναι τὸ δίκαιον καὶ τοῦ πλείονος ὀρεχθῆναι, οὐχ ἅπασαν μὲν τὴν ὑπάρχουσαν εὐδαιμονίαν ἀπέβαλε. μεγάλαις δὲ καὶ ἀμηχάνοις ἐχρήσατο συμφοραῖς. ἅπασι δὲ τοῖς μετ' αὐτὸν παραδείγματα ἐμφανῆ τῆς ἀνθρωπίας καὶ τῆς πονηρίας κατέλιπεν, ἢ τίς τῶν ἐλαττοῦσθαι βουλομένων καὶ τὴν δοκοῦσαν ἧτταν ῥᾳδίως ὑπομένειν, οὐ πολλαπλάσια μὲν τῶν ἄλλων ἐκτήσατο αὐτομάτως αὐτῷ καὶ δίχα πόνου περιγινόμενα πλεῖστον δὲ χρόνον τὴν εὐημερίαν κατέσχεν. ἀσφαλέστατα δὲ ἐχρήσατο τοῖς παρὰ τῆς τύχης ἀγαθοῖς: *Heſiodus autem dimidium dicit eſſe plus toto, avaritiæ, opinor, damna & detrimenta perpendens. Quis enim unquam aut rex aut dynaſta, aut populus, conatus iuſtam menſuram tranſgredi, & plura appetere, non omnem præſentem felicitatem perdidit, magnisque & difficilibus afflictus eſt calamitatibus, omnibus poſteris clara exempla inhumanitatis & pravitatis derelinquens? Aut quis fuit, paucioribus volens eſſe contentus, iacturamque viſam facilè perferre, qui non copioſiora quàm alij poſſederit, ultro ipſi & abſque labore accedentia plurimumque temporis felicitatem retinuerit, tutiſſimèque uſus ſit bonis à fortuna datis?* Nemo hercle nemo. quippe & heîc,

Quanto quisque ſibi plura negaverit
A diis plura feret.

Τούτους ζηλώσωμεν, μὴ τῶν δαιτυμόνων τοὺς ἀπληστοτέρους, ἢ τῶν ἐμπόρων, ὧν οἱ μὲν ἀμέτρως ἐμφορηθέντες τῶν προκειμένων, οἱ δὲ τὴν ναῦν φορτίσαντες, ἧττον ἐρράγησαν καὶ συγκατέδυσαν, ἢ τῆς ἀπληστίας ἀπέλαυσαν, ἵνα μικρὰ κερδάνωσι τὰ μεγάλα ζημιωθέντες: *Hos æmulemur, non inexplebiliores convivas aut mercatores,*

qui par-

qui partim immodicis epulis ingurgitati, partim nimijs mercibus onerata naue, ventrem potius diſruperint, ac nauem ſecum demerſerint, quàm vt ex hac inexplebili aviditate fructum vllum capiant. Ita dum parua lucra captant, graviſſimis damnis afficiuntur: Nazianzenus Id ne accideret Romanis, probè ſibi cauit Scipio Africanus: *Qui cenſor, cùm luſtrum conderet, inque ſolito fieri ſacrificio ſcriba ex publicis tabulis ſolenne ei precationis carmen praeiret, quo Dij immortales vt populi Rom. res meliores amplioresq; facerent, rogabantur: Satis, inquit, bona ac magna ſunt, itaque precor vt eas perpetuò incolumes ſeruent. Ac protinus in publicis tabulis ad hunc modum carmen emendari iuſſit. Quâ votorum verecundiâ deinceps cenſores in condendis luſtris vſi ſunt. Prudenter enim ſenſit tunc incrementum Romano imperio petendum fuiſſe, cum intra ſeptimum lapidem triumphi quaerebantur: Maiorem autem totius terrarum orbis partem poſſidenti, vt auidum eſſet quicquam vltrà appetere; ita abundè felix, ſi nihil ex eo quod obtinebat, amitteret*; Valerius Maximus lib. IV. cap. I. Itaque prouidè T. Quintius lib. XXVI. Liuij: *Si vtilem, inquit, poſſeſſionem eius inſulae cenſerem Achais eſſe, auctor eſſem Senatui populoq; Romano, vt eam vos habere ſinerent. Ceterùm ſicut teſtudinem, vbi collecta in ſuum tegimen eſt, tutam ad omnes ictus video eſſe: vbi exerit partes aliquas, quodcumque nudauit, obnoxium atq; infirmum habere: haud diſſimiliter vos Achai clauſos vndiq; mari, qua intra Peloponneſi ſint terminos, ea & iungere vobis, & iuncta tueri facile: ſimul auiditate plura amplectendi hinc excedatis; nuda vobis omnia, quae extra ſint, & expoſita ad omnes ictus eſſe.* Huius moderationis fingitur Heliod. lib. IX. Æthiop. Hydaſpes. Οὐ πάσχω τὸ τῶν πολλῶν πάθος, οὐδὲ ἐπεξάγω τὴν τύχην πρὸς πλεονεξίαν, οὐδὲ εἰς ἄπειρον ἐκτείνω τὴν ἀρχὴν διὰ τὴν νίκην, ἀλλ' ὅροις ἀρκοῦμαι οἷς ἔθετο ἐξ ἀρχῆς ἡ φύσις, τὴν Αἴγυπτον ἀπὸ τῆς Αἰθιοπίας τοῖς καταῤῥάκταις ἀποκρίνασα: *Non abutor fortunâ, ad cupiditatem plus prae ceteris habendi: neq; in immenſum prolato imperium, propter victoriam: ſed contentus ſum finibus, quos initio natura poſuit, AEgyptum ab AEthiopiâ cataractis diſcernens.* Nec alium introducit Antoninum Pium Dio apud Suidam: Ἐν γε μὴν τοῖς πολεμικοῖς ἀπὸ τοῦ δικαίου μᾶλλον, ἢ τοῦ κερδαλέου δόξαν θηρώμενος, φυλάττειν σώους, ἤπερ εἰς μέγεθος ἐκφέρειν τοὺς τῆς ἀρχῆς ἐγίνωσκεν ὅρους: *In re militari potius ex iuſtitiâ, quàm emolumento gloriam quaerens, magis incolumes ſeruandos, quàm amplificandos imperij fines ſtatuebat.* Nec aliam mentem Auguſto, patet ex tabulis eius ſupremis; quibus inter alia, *addiderat conſilium, coercendi intra terminos, imperij*, vt loquitur Tacitus lib. I. Annal. Nam quod ſubijcit, *incertum metu, an per inuidiam*; fruſtrà ambigit. metum fuiſſe, euincit facilè viri eius ſapientia. & id alioqui diſertè teſtatur Dio Libro LVI: Γνώμην παυτοῖς ἔδωκε, τοῖς τε παροῦσιν ἀρκεσθῆναι, καὶ μηδαμῶς ἐπὶ πλεῖον τὸ

ἀρχὴν ἐπαυξῆσαι ἐθελῆσαι. δυσφύλακτόν τι γὰρ αὐτὴν ἔσεσθαι ἔφη. τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς ὄντως ἀεί ποτε οὐ λόγῳ μόνον ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ἐτήρησε. παρὸν γοῦν αὐτῷ πολλὰ ἐκ τοῦ βαρβαρικοῦ προσκτήσασθαι, οὐκ ἠθέλησε. ταῦτα μὲν αἱ ἐντολαὶ εἶχον: *Conſilium eis dedit vt contenti præſenti fortuna, non cuperent fines imperij proferre : quippe cùm difficulter imperium tantum ſeruari poßit, periculum fore, ne plura appetendo, parta quoque amitterent. Hoc eum non verbis modò, ſed re etiam ſervaſſe conſtat. namque etſi plurima barbarorum ſui iuris poterat efficere, numquam tamen voluit.* Ideoque etiam in oratione eiuſdem funebri Tiberius, eodem Dionis libro: Τί δὲ τὸ τοῖς ἅπαξ ἀναγκαίως κτηθεῖσιν ἀρκεσθῆναι αὐτὸν, καὶ μηδὲν ἕτερον προσκατεργάσασθαι ἐθελῆσαι. ἐξ οὗ πλειόνων ἂν δόξαντες ἄρχειν, καὶ τὰ ὄντα ἀπωλέσαμεν: *Quis, quòd contentus his, quæ ſemel neceßitate ita poſtulante adepti fuiſſemus, noluit præterea alia à nobis quæri, ne dum extendere imperium cuperemus, etiam antè parta amitteremus?* Nec aliâ de cauſsâ hanc Auguſto adfingit ſententiam in Cæſaribus ſuis Iulianus: Οὐ γὰρ ταῖς ἀμέτροις ἐπιθυμίαις εἴκων, ἐπικτᾶσθαι πάντως αὐτῇ διενοήθην. ὅρια δὲ δισσὰ, ὥσπερ ὑπὸ τῆς φύσεως ἀποδεδομένα, Ἴστρον καὶ Εὐφράτην ποταμοὺς ἐθέμην: *Nec enim, immoderatis cupiditatibus morem gerens, omniaq; parare & dominio eius adiungere ſuſcepi; ſed duos imperio noſtro limites, tamquam à naturâ fixos & datos, Iſtrum & Euphratem, ſtatui.* Magna igitur cum ratione Florus libro & cap. vltimo: *Difficilius eſt prouincias obtinere, quàm facere: viribus parantur, iure retinentur.* Cuius aſſertioni vadem ſe ſtatuit Plutarchus Orat. I I. de Fort. Alexandri: Λαβεῖν καὶ ἀναθέσθαι δύναμιν, καὶ πλοῦτον καὶ ἀρχὴν, καὶ γυναικός ἐστι καὶ παιδός. Ὀάρσῃ καὶ Δαρείῳ Βαγώας ὁ εὐνοῦχος ἀράμενος ἐπέθηκε τὴν Περσῶν βασιλείαν· τὸ δὲ, λαβόντα μεγάλην ἐξουσίαν ἐνεγκεῖν, καὶ μεταχειρίσασθαι, καὶ μὴ συντριβῆναι μηδὲ διαστραφῆναι τῷ βάρει καὶ μεγέθει τῶν πραγμάτων, ἀνδρός ἐστιν ἀρετὴν καὶ νοῦν καὶ φρόνημα ἔχοντος: *Potentiam, diuitias, imperium, vel puer poteſt alicui imponere. Oarſæ & Dario Bagoas diadema arreptum, cumque eo regnum Perſicum impoſuit. Vt autem is, qui magnam eſt adeptus potentiam, tolerare eam, & adminiſtrare poßit, neq; mole rerum conteratur aut ſubuertatur, viri eſt virtute, mente, altoq; animo præditi.* Quæ totidē elementis reperias in Xenoph. Cyropædiâ lib. VI: Μέγα μὲν γὰρ, οἶμαι, ἔργον καὶ τὸ ἀρχὴν καταπρᾶξαι, πολὺ δὲ ἔτι μεῖζον τὸ λαβόντα διασώσασθαι. τὸ μὲν γὰρ λαβεῖν, πολλάκις τῷ τόλμαν μόνον παρασχομένῳ ἐγένετο. τὸ δὲ λαβόντα κατέχειν, οὐκέτι τοῦτο ἄνευ σωφροσύνης, οὐδ' ἄνευ ἐγκρατείας, οὐδ' ἄνευ πολλῆς ἐπιμελείας γίγνεται: *Quippe magnum equidem aliquid eſſe arbitror, imperium parare: ſed multo maius id, quod ſis adeptus, conſeruare. Nam adipiſci ſæpius etiam illi contigit qui audaciam duntaxat adhiberet: ſed retinere, quod adeptus ſit, id verò non tam ſine temperantiâ, nec ſine continentiâ, nec ſine multo ſtudio fieri ſolet.* Exēpla cupimus? Ingerit Xerxi Artabanus, Herodoti lib. VII:

Ἐγὼ

Digitized by Google

Ἐγὼ μὲν ὦ βασιλεῦ, οἷα ἄνθρωπος ἰδών τε πολλὰ καὶ μεγάλα πεσόντα πράγματα ὑπὸ ἡσσόνων, οὐκ εἴων σε τὰ πάντα τῇ ἡλικίῃ εἴκειν· ἐπιστάμενος ὡς κακὸν εἴη τὸ πολλῶν ἐπιθυμέειν· μεμνημένος μὲν τὸν ἐπὶ Μασσαγέτας Κύρου στόλον ὡς ἔπρηξε, μεμνημένος δὲ καὶ τὸν ἐπ' Αἰθίοπας τοῦ Καμβύσεω, συστρατευόμενος δὲ καὶ Δαρείῳ ἐπὶ Σκύθας. ἐπιστάμενος ὦν ταῦτα, γνώμην εἶχον, ἀτρεμίζοντά σε μακαριστὸν εἶναι πρὸς πάντων ἀνθρώπων &c. *Ego certè, rex, qui multos quorũ res ampliores eſſent, ab illis quorum res anguſtiores erant, ſuperatos vidiſſem, te per omnia morem ætati gerere non ſinebam; gnarus rem eſſe malam multa concupiſcere: memoria tenens quomodo cum exercitu Cyri contra Maſſagetas actum eſſet; quomodo cum exercitu Cambyſis contra Aethiopes; qui etiam cum Dario militaui aduerſus Scythas. Hæc ſciens ego, ſentiebam te (ſi quieſceres) omnium hominum beatiſſimum.* Affirmat Plato lib. III. de Legib. eos qui olim apud Argos & Meſſenen regnũ obtinebant, & ſeipſos vnà & vniuerſam Græcorũ potentiam euertiſſe atque peſſum dediſſe; Οὐκ ἀγνοήσαντες τὸν Ἡσίοδον ὀρθότατα λέγοντα, ὡς τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς πολλάκις ἐστὶ πλέον. ὁπόταν ᾖ τὸ μὲν ὅλον λαμβάνειν, ζημιῶδες τὸ δ' ἥμισυ, μέτριον, τότε τὸ μέτριον τοῦ ἀμέτρου πλέον ἡγήσατο, ἄμεινον ὂν χείρονος: *quod ignorarent Heſiodum rectè dicere Dimidium ſæpenumero toto præſtare. quandoquidem damnoſum eſt rem totam accipere; dimidium tantùm accipere, moderatum eſt: moderatũ verò immodico & immoderato, tanquam potius peiori, ſanè antecellit.* Recenſetque Dio Pruſæus Orat. XVII: Ὁ πάνυ Ξέρξης ὁ τῆς ἑτέρας ἠπείρου κύριος, ἐπειδὴ καὶ τῆς Ἑλλάδος ἐπεθύμησε, καὶ τοσοῦτον στόλον καὶ τοσαύτας μυριάδας συναγαγὼν ἐπήγαγεν, ἅπασαν μὲν αἰσχρῶς ἀπέβαλε τὴν δύναμιν. μόλις δὲ τὸ σῶμα ἔσχυσε διασῶσαι φεύγων αὐτός, πορθουμένης δὲ μετὰ ταῦτα τῆς χώρας καὶ τῶν πόλεων τῶν ἐπὶ θαλάττῃ, φέρειν ἠναγκάζετο. καὶ μὴν Πολυκράτη φασὶ, ἕως μὲν Σάμου μόνης ἦρχεν, εὐδαιμονέστατον ἁπάντων γενέσθαι. βουλόμενον δέ τι καὶ περὶ τῶν πέραν πολυπραγμονεῖν διαπλεύσαντα πρὸς Ὀρόντην ὡς χρήματα λάβοι, μὴ δὲ ῥᾳδίου γε θανάτου τυχεῖν· ἀλλὰ ἀνασκολοπισθέντα ὑπὸ τοῦ βαρβάρου διαφθαρῆναι: *At Xerxes, alterius continentis dominus; poſtquam etiam Græciam concupiuerat, & tantam claſſem & hominum myriades congregans adduxerat in Græciam, omnem turpiter perdidit exercitum, vixque ſuum ipſius corpus fugiens ſaluare valuit. & poſt hæc cùm vaſtaretur regio, ciuitatesq́ maritimæ, coactus eſt ferre. Quin & Polycratem aiunt, donec Sami vnius tenuit imperium, feliciſſimum omnium fuiſſe. Cùm vellet autem & rebus transmarinis ſe immiſcere, nauigaſſetq́ ad Orontem, vt pecunias acciperet, nec facilem mortem nactus eſt, ſed in crucem actus à barbaro perijt.* Nec eſt quod multorum ſæculorum moram cogites; ruunt ſubitò. De Agide ſanè Plutarchus in vita eius: Μεγίστων μὲν ἐν ἐλαχίστῳ χρόνῳ πραγμάτων ἐπικρατήσας, καὶ μετὰ μικρὸν ὅλης ὁμοῦ τι μιᾷ περιόδῳ Πελοποννήσου κύριος γενέσθαι δεήσας, ταχὺ δ' αὖθις ἐκπεσὼν ἁπάντων: *Ita qui bre-*

Digitized by Google

viſſimo ſpatio maximas perpetravit res, & parum abſuit quin univerſa uno ambitu potitus ſit Peloponneſo, puncto temporis rurſus ab omnibus excidit. De Pyrrho Iuſtinus libro XXVI: *Nec quiſquam Pyrrhum, quà tuliſſet impetum, ſuſtinere valuit. Sed ut ad devincenda regna invictus habebatur, ita devictis acquiſituque celeriter carebat: tanto melius ſtudebat acquirere imperia, quàm retinere.* Perperam. nam benè apud Caſſiodorum Theodoricus lib. I. Var. Ep. XXV: *Nil prodeſt initia rei ſolidare, ſi valebit præſumptio ordinata deſtruere. Illa ſunt enim robuſta, illa diuturna, quæ prudentia incipit, & cura cuſtodit. Atque ideò non minor in conſervandis rebus, quàm in inveniendis adhibenda cautela eſt. quia de initis prædicatio debetur invento: de cuſtoditis autem acquiritur laudata perfectio.* Videmus ergo, citò partum dilabi. & ut durarent; tamen

——nimia omnia nimium exhibent negotium
Hominibus ex ſe,

inquit ex vero mulier Plautina Pænulo. Inde querelæ Flori libro III. cap. XII: *Ac neſcio an ſatius fuerit populo Romano, Siciliâ, & Africâ cõtento fuiſſe, aut his etiam ipſis carère dominanti in Italiâ ſuâ, quàm eò magnitudinis creſcere, ut viribus ſuis conficeretur. Quæ enim res alia furores civiles peperit, quàm nimia Felicitas? Syria prima nos victa corrupit: mox Aſiatica, Pergameni regis hæreditas. Illæ opes atque divitiæ afflixere ſæculi mores, merſamque vitiis ſuis quaſi ſentinâ, rempublicam peſſum dedère.* Nec levior Romæ ipſius gemitus apud Claudianum de bello Gildon. ver. 103:

——heu proſpera fata!
Quid mihi ſeptenos montes, turbamque dediſtis,
Quæ parvo non poſſet ali? felicior eſſem
Anguſtis opibus. mallem tolerare Sabinos,
Et Veios. brevior duxi ſecurius ævum.
Ipſa nocet moles. utinam remeare liceret
Ad veteres fines, & mœnia pauperis Anci!
Sufficerent Etruſca mihi, Campanaque culta,
Et Quincti, Curiique ſeges, patriaque petenti
Ruſticus & proprias ferret dictator ariſtas.

At eleganti gravitate Themiſtius Orat. ad Valentem Imperat. de Pace: Ἄκουε γὰρ Πλάτωνος τοῦ θεσπεσίου ὅτι μήτε Κῦρος μήτε Δαρεῖος βασιλεὺς ἦν, πολλῷ δὲ μᾶλλον τὸν Ἀλέξανδρον οὐκ ἂν ἔφη. ἐοίκασι γὰρ ἅπαντες οὗτοι, καθάπερ ζώματος, τῆς ἀρχῆς, ὅπως μὲν τὸ ἔξωθεν φανήσεται, προϊδεῖν, ὅπως δὲ καὶ ἔνδοθεν ὑγιαίνοι, μὴ φροντίσαι. καὶ δῆτα συμβέβηκεν αὐτοῖς. στρατηγοῖς μὲν γενέσθαι, βασιλεῦσι δὲ μή. ἔστι δὲ στρατηγίας μὲν ἔπαινος ἡ τῶν πολεμίων καταστροφὴ, βασιλείας δὲ, ἡ τῶν ὑπηκόων εὐδαιμονία: *Divinum enim Platonem audi, qui Cyrum*

rum ac Dareium reges fuiſſe negat; multoque magis, ne Alexandrum quidem regis nomine dignatus fuiſſet. Similes enim hi omnes videntur illis, qui corpora foris benè habere ut adpareant, curant; ut autem intus quoque ſana recteque conſtituta ſint, nihil penſi habent. Eodem modo hi regna adminiſtrarunt: Itaque ipſis hoc iure obtigit, ut belli duces fuerint; ſed non reges. Eſt enim ducis quidem propria laus hoſtes profligare: at regis, cives ſuos felices efficere ac beatos. Sed iam tempus vertere vela, aut potius repetere portum; ita legendo littus, ut

Alter remus aquas, alter mihi radat arenas.

Id quo fiat iucundius, admittemus, loco cantus nautici, fabulam Appiani è præfatione hiſtoriæ ſuæ: ὅλως τε δὴ δι' εὐβουλίαν τὰ κράτιστα τῆς θαλάσσης ἔχοντες, αὔξειν ἐθέλουσι μᾶλλον, ἢ τὴν ἀρχὴν ἐς ἄπειρον ἐκφέρειν ἐπὶ βάρβαρα ἔθνη πενιχρὰ καὶ ἀκερδῆ. ὧν ἐγὼ τινας εἶδον ἐν Ῥώμῃ πρεσβευομένους τε καὶ διδόντας ἑαυτοὺς ὑπηκόοις εἶναι, καὶ οὐ δεξάμενον βασιλέα ἄνδρας οὐδὲν αὐτῷ χρησίμους ἐσομένους. ἔθνεσί τε ἄλλοις ἀπείροις τὸ πλῆθος αὐτοὶ διδόασι τοὺς βασιλέας, οὐδὲ αὐτῶν εἰς τὴν ἀρχὴν δεόμενοι. καὶ τῶν ὑπηκόων ἐνίοις προσαναλίσκουσιν, αἰδούμενοι, καίπερ ἐπιζημίους ὄντας, ἀποθέσθαι: *In ſummâ, ut ſunt prudentes, contenti maritimis regionibus, omnium optimis, malunt has excolere, quàm imperium in infinitum proferre ad gentes barbaras, inopes domi, & nil lucri afferentes dominis. Quarum aliquot ego vidi in vrbem legatos veniſſe, vt ſe ſuosq; populares dederent, nec receptos ab imperatore, vt ipſi inutiles. innumeris enim alijs gentibus ipſi dant reges, quòd imperium his opus non habeat: & ſunt prouinciæ in quas inſumendum eſt, cùm pudeat quamuis damnoſas abijcere.* Appiano ſic ſuccinet Pauſanias ex Atticis ſuis: Ῥωμαίοις δὲ Θρᾴκη τε πᾶσά ἐστιν ὑποχείριος καὶ Κελτῶν ὅσον μὲν ἀχρεῖον νομίζοντες διά τε ὑπερβάλλον ψῦχος καὶ γῆς φαυλότητα, ἑκουσίως παρεῶσιν, ὅσα δὲ ἀξιόκτητα ἔχουσι καὶ τούτων: *Nunc autem & Thracia tota, & quicquid Gallici nominis eſt, Romano imperio paret: ſed Galliæ bene cultas tantùm partes, quibus imperarent, dignas iudicantes: reliquas, quæ nulli vſui viſæ ſunt, quòd aut immodicis frigoribus, aut ſoli ſterilitate laborarent, conſultò miſſas fecerunt* Pauſaniam excipiet Ariſtides Orat. in Romam: ἐκφεύγει δὲ ὑμᾶς οὐδέν, οὐ πόλις, οὐκ ἔθνος, οὐ λιμήν, οὐ χωρίον, πλὴν εἴ τινων ἄρα ἀχρηστίαν κατέγνωτε: *Quid quod nihil vos effugit, non vrbs, non gens, non portus, non locus vllus, niſi quem pro inutili habueritis?* Et verò quid de triumviris iſtis cenſebimus? Lepida dicere: non vera. nam queî quæſo vera? recitant voces famæ, opinionemque vulgi. Id vt etiam mihi credatis; venite quæſo & per tranſennam introſpicite in arcana imperij; immiſſis oculis in Spartiani Hadrianum. Cernitis ne Imperatoris illius pectus apertum? Si ſic, legitis vtique ibidem & iſthæc: *Adeptus imperium, ad priſcum ſe ſtatim morem in-*

Digitized by Google

ſtituit, & tenendæ per orbem terrarum paci operam intendit. nam deficientibus his nationibus quas Traianus ſubegerat, Mauri laceſſebant, Sarmatæ bellum inferebant, Britanni teneri ſub Romanâ ditione non poterant; Ægyptus ſeditionibus vrgebatur; Lycia deniq; ac Palæſtina rebelles animos efferebant. Quare omnia trans Euphratem ac Tigrim reliquit; exemplo, vt aiebat, Catonis, qui Macedonas liberos pronunciauit, quia teneri non poterant. Scilicet multi vocem vſurpant vulpeculæ Æſopicæ; de qua ſic Gabrias:

Κερδὼ βότρυν βλέπουσα μακρᾶς ἀμπέλου·
Πρὸς ὕψος ἦρτο, καὶ καμοῦσα πολλάκις
Ἐλεῖν, ἀπεῖπε· πρὸς δ' ἑαυτὴν ταῦτ' ἔφη.
Μὴ κάμνε, ῥάγες ὀμφακίζουσι μάλα.
Vulpes racemum videns vitis,
In altum eleuabatur. cumq; ſæpe laboraſſet
Vt caperet, defatigata eſt: ſed ſecum hæc locuta eſt,
Ne labora; acini vuæ admodum exacerbeſcunt.

Non Medicinam ſed cladem. &c. Lib. I. Annal.

MIrè delector Apollonij conſilio, lib. V. Philoſtrati: Τὸ ἐξεῖναί σοι πᾶν ὅ, τι βούλει, δεδιθι. σωφρονέστερον γὰρ αὐτῷ χρήσῃ. μὴ τέμνε τῶν ἀσταχύων τοὺς ὑψηλούς τε, καὶ ὑπεραίροντας: ἄδικος γὰρ ὁ τοῦ Ἀριστοτέλους λόγος, ἀλλὰ τὸ δύσνουν ἐξαίρει μᾶλλον, ὥσπερ τὰς ἀκάνθας τῶν λῃίων. Καὶ φοβερὸς δόκει τοῖς νεώτερα πλάττουσι, μὴ ἐν τῷ τιμωρεῖσθαι ἀλλ' ἐν τῷ τιμωρήσεσθαι: *Ne tibi liceat, quodcumq; volueris, caue: ſic enim rebus modeſtius vtêris. Eminentiores ſpicas, quæcumq; ſupra cæteras ſe attollunt, non amputato. Iniuſta enim eſt in hoc Ariſtotelis ratio. ſed difficiles homines, moleſtosq; potius tamquam ſpinas è ſegetibus aufer, & res nouas molientibus terribilem te oſtende, minitando tamen magis, quam puniendo.* Et quid ni ſic facias ô Princeps, ſiue peccauerit hoſtis, ſiue ciuis?

Ætherij patris exemplo: qui cuncta ſonoro
Concutiens tonitru, Cyclopum ſpicula differt
In ſcopulos & monſtra maris; noſtriq; cruoris
Parcus, in Oetæis exercet fulmina ſilvis.

Quod ipſum Claudiani, ſumptum apparet ab Ouidianis illis.

Si quoties peccent homines, ſua fulmina mittat.
Iupiter, exiguo tempore inermis erit.
Nunc vbi detonuit, ſtrepituq; exterruit orbem,
Purum diſcuſſis aëra reddit aquis.

Secutus iſtud Demetrius, teſtante Plutarcho in vita eius: Καὶ παρελθών, ἀνάτασιν μὲν καὶ φόβον ὡς τὰ δεινότατα πεισομένοις παρέχειν. ἀνελὼν δὲ τελος καὶ-

δικα καὶ μεταστήσας τινὰς, ἀφῆκε τοὺς ἄλλους: *Vrbem ingreſſus, minas & terrorem vt ſæuiſſimè in eos conſuiturus præ ſe tulit; ſed tredecim interfectis & nonnullis in exilium pulſis liberauit noxâ cæteros.* Nec alienus ab hoc more Auguſtus, ſi fides Ouidio lib. v. de Ponto Eleg. III.:

Multa metu pœnæ, pœnâ qui pauca coercet,
Et iacit invitâ fulmina rara manu.

Et tale quid laudat quoque in Candiano Greg. Nanzianus Epiſt. CXCIV: Τὸ δὲ σὸν ξίφος, φοβερὸν μὲν, ὡς πλῆξον. ὡς δὲ οὐ πλῆσσον, ἀνάθημα: *Tuus gladius terrorem quidem adfert, tanquam percuſſurus; tanquam autem non percutiens, votiuum donum eſt.* Prædicat etiam de Theodoſio & Arcadio Symmachus lib. x. Epiſt. XLVII: *Grauia ſubiectis ſæpe minitamini, acuendi potius ſtudio, quam nocendi.* Cui rationi, optimo iure accedit iſta quâ vſus Imp. Titus, Egeſippi libro IV. cap. IV: *Ipſe vrbem ingreſſus, minis magis quàm ſupplicio affeciſſe contentus pacis perturbatores, remiſit omnibus, ne quis vel odio, vel domeſticis excitatus negotijs, innoxios in inuidiam deduceret, & grauiſſimi criminis pulſaret atrocitate: cùm multò tolerabilius ſit id, quod incertum eſt, formidini participis conſcientiæ derelinquere, quàm condemnare innoxium. Sæpe enim reum corrigit metus: pœna autem innocentis ſine ullo remedio correctionis eſt.* Et verum eſt. Sapienterque apud Dionem lib. LV Liuia: Οὐ πάντα τοι τὸ ξίφος διαπράττεται. μέγα γὰρ ἂν ἦν ἀγαθὸν, εἰ σωφρονίζειν τε τινὰς καὶ πείθειν, ἢ καὶ καταναγκάζειν φιλεῖν τινὰ ἀληθῶς ἐδύνατο: ἀλλὰ τὸ μὲν σῶμά τινος φθείρειεν ἄν, τὰς δὲ δὴ τῶν ἄλλων ψυχὰς ἀλλοτριώσειεν. οὐ γὰρ ἐξ ὧν ἂν ἕτεροι τιμωρηθῶσι, προσφιλέστεροί τινι, ἀλλ' ἐξ ὧν ἂν αὐτοὶ φοβηθῶσιν, ἐχθίους γίγνονται. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἔχει. οἱ δὲ δὴ συγγνώμης τινὸς τυχόντες, καὶ μετανοοῦσιν, αἰσχυνόμενοι αὖθίς τι τοὺς εὐεργέτας ἀδικῆσαι. καὶ πολλὰ αὐτοῖς ἀνθυπουργοῦσιν, ἐλπίζοντες πλείω ἀνθυποίσεσθαι. ὑφ' οὗ γὰρ ἄν τις ἀδικηθέντος τι σωθῇ, τοῦτον εὖ παθόντα, οὐδὲν ὅ,τι οὐκ εὐεργετήσειν ἑαυτὸν ἡγεῖται: *Non omnia gladius conficit. magnum enim bonum is fuiſſet, ſi emendare homines, ac perſuadere valeret & ad ſuſcipiendum ſincerum amorem adigere: ſed ut corpus abolere alicuius poteſt; ita cæterorum animos à cædis auctore avertit, qui non propter ſupplicium ſumptum vindicem amare, ſed ob metum mali odiſſe ſolent. Contrà quibus delicti venia eſt donata, pænitudine ducti, benefactorem lædere in poſterum verentur; ſed ſpe conſequendi maiora præmia eum ſuis officiis colunt. Videlicet qui iniuriâ affectus, ſalutem eam inferenti conceſſerit, eũ omnes putant beneficia ſummopere compenſaturum.* Quibus minimè aliena Plutarchi iſthæc περὶ ἀοργησ: Ἔπειτα πολλοὺς ὁρῶν αὐτῷ τῷ μὴ κολάζεσθαι πολλάκις αἰδουμένους κακοὺς εἶναι, καὶ μεταβολῆς ἀρχὴν τὴν συγγνώμην μᾶλλον ἢ τὴν τιμωρίαν λαμβάνοντας, καὶ νὴ Δία δουλεύοντας ἑτέροις ἀπὸ νεύματος σιωπῇ καὶ προθυμότερον, ἢ μετὰ πληγῶν καὶ μαστιγμάτων ἑτέροις, ἐπειθόμην ἡγεμονικώτερον εἶναι τοῦ θυμοῦ τὸν λογισμόν:

Hoc

Hoc etiam videns multos impunitate eò adduci, ut mali eſſe vereantur; & mutandorum morum initium veniam potiùs quàm pœnam iis præbuiſſe: aliiſque eos tacitè ad nutum promptius quàm aliis verberantibus & flagellantibus ſervire: perſuaſi mihi, ad imperandum plus conducere rationem irâ. Pulchrè igitur Appianus in Mithridaticis. ὁ δὲ Σύλλας τοὺς μὲν ἀτίμους, περιφανῶς ἀγωνισαμένους, ἐξέλυσε τῆς ἀτιμίας, τοὺς δ' ἄλλους ἐδωρήσατο πολλοῖς: *Sylla ignominioſos ob operam tunc egregiè navatam abſolvit, cæteros ornavit donis militaribus.* Effectè etiã crudelis ille alioquin Dictator, teſte Polyæno lib. VIII: Σύλλας ἐν τῷ συμμαχικῷ πολέμῳ, τῶν στρατιωτῶν στρατηγικὸν ἄνδρα, καὶ πρεσβύτην Ἀλβῖνον λίθοις καὶ ξύλοις διαχρησαμένων, οὐκ ἐπεξῆλθεν ἀλλὰ παρεῖδε τοὺς ἀποκτείναντας, φάσκων, ποιεῖν αὐτοὺς ἐν τούτῳ προθυμοτέρους ἐς τὸν πόλεμον, ὡς ὀφείλοντας ὑπὲρ ἁμαρτήματος μεγάλου, διὰ μεγάλης ἀνδραγαθίας ἀπολογήσασθαι. τοιγάρτοι καὶ ἐν ταῖς μάχαις πολλῷ γενναιότερον ἠγωνίσαντο. ὥστε καὶ λήθην ἐμποιῆσαι τῆς εἰς τὸν Ἀλβῖνον παρανομίας: *Sylla in bello ſociali viri militaris & ætate provecti Albini, lapidibus ac fuſtibus interempti, mortem non ultus eſt: ſed auctores cædis neglexit, inquiens ſe eos alacriores hac re ad pugnandum reddere, cum inſigne peccatum inſigni aliqua fortitudine expiare deberent. Itaque in pugnis multo virilius dimicabant, ut oblivionem ſuo in Albinum ſceleri inducerent.* Vnde rectè vituperatur ille lib. I. Hiſt. Tacito: *Cæcina belli avidus, proximam quamque culpam; antequam pœniteret, ultum ibat.* Apertè verò laudatur Agricola ab eodem: *Nec pœnâ ſemper, ſed ſæpe pœnitentia contentus eſſe.* Extenuant quidẽ ferè culpas ſuas homines, aut transferunt in alios, præcipuè conſtituti in ultimis: cui ſcænæ ſerviunt, Mandonius quidem Livii lib. XXVIII: *Fatalem rabiem temporis eius accuſat, cùm velut contagione quâdam peſtiferâ non Illergetes modò & Lacetani, ſed caſtra quoque Romana inſanierint. ſuam quidem & fratris, & reliquorum popularium eam conditionem eſſe: ut aut, ſi ita videatur, reddant ſpiritum P. Scipioni, ab eodem illo acceptum: aut ſervati bis uni debitam vitam pro eo in perpetuum devoveant. antea in cauſâ ſuâ fiduciam ſibi fuiſſe nondum expertâ clementiâ eius: nunc contrà, nullam in cauſâ, omnem in miſericordiâ victoris ſpem repoſitam habere.* Hiſpani verò lib. XXIX: *Quibus culpam in auctores belli Indibilem, ceteroſque principes, quorum plerique in acie cecidiſſent, conferentibus, tradentibuſque arma & dedentibus ſeſe, reſponſum eſt: In deditionem ita accipi eos, ſi Mandonium ceteroſque belli concitatores tradidiſſent vivos: ſin minus, exercitus ſe in agrum Illergetum Auſetanorumque & deinceps aliorum populorum ducturos.* Eodem uſi colore Carthaginenſes lib. XXX: *Conveniens oratio tam humili adorationi fuit, non culpam purgantium, ſed transferentium initium culpæ in Annibalem, impotentiaque eius fautores. veniam civitati petebant, civium temeritate bis iam antè everſæ, incolumi;*

Digitized by Google

incolumi futuræ iterum hoſtium beneficio. Hançque perſonam pulcrè tuetur Zeno interceſſor Magnetum Livii lib. XXXV: *Ab Quintio legatisque aliis flens petiit, ne unius amentiam, civitati aßignarent. ſuo quemque periculo furere. Magnetas non libertatem modò, ſed omnia quæ hominibus ſancta caraque ſint, T. Quintio & populo Romano debere. nihil quemquam à diis immortalibus precari poſſe, quod non Magnetes ab illis haberent: & in corpora ſua citius per furorem ſævituros, quàm ut Romanam amicitiam violarent.* Nec impingunt in fabulæ decorum, Hiſpaniæ oppida; de quibus ſic idem lib. XLIII: *Civitateſque complures eo nuncio audito, in deditionem venerũt. quibus purgantibus ſeſe, culpamque in duorum amentiam conferentibus, qui ſe ultro ad pœnam ipſi obtuliſſent, cùm veniam dediſſet Prætor, &c.* Congruenter huic etiam mimo cives Artacinæ, Curtii libro II: *Ille omnibus præparatis, regis expectabat adventum, captæ urbis titulo (ſicut par erat) cedens. Igitur Alexander turres admoveri iubet. ipſoque aſpectu territi Barbari è muris ſupinas manus tendentes, orare cœperunt, ut iram in Satibarzanem defectionis autorem reſervaret, ſupplicibus ſemet dedentibus parceret. Rex datâ veniâ, non obſidionem modò ſolvit, ſed omnia ſua incolis reddidit.* Interim ſi & cuncta æquâ lance examinemus, res ita quoque ſe habet. plerumque culpa heîc omnis, non tam populi, quàm aliquot turbonum. Exploratè Quintius Livii lib. XXXIV: *Atenim cum Philippo Argivi ſenſerunt. Remittimus hoc tibi, ne noſtram vicem iraſcaris. ſatis compertum habemus, duorum, aut ſummum trium in eâ re, non civitatis culpam eſſe: tam herclè, quàm in te tuoque præſidio accerſendo accipiendoque in arcem, nihil ſit publico conſilio actum. Theſſalos & Phocenſes & Locrenſes conſenſu omnium ſcimus partium Philippi fuiſſe.* Eiuſdemq; cenſuræ æmulus C. Decimius, Livii lib. XLV: *Culpam non penes populum, ſed penes paucos concitatores vulgi eſſe dixit. eos venalem linguam habentes decreta plena regiæ aſſentationis feciſſe, & eas legationes miſiſſe, quarum Rhodios ſemper non minus puderet, quàm pœniteret: quæ omnia, ſi poteſtas populo foret, in capita noxiorum verſura.* Præclarus itaque Iulianus circa Aquileienſes, apud Ammianum lib. XXI: *Portis recluſis omnes effuſi ſuſcipere læti pacificum ducem, ſeq́ purgantes; Nigrinum totius furoris autorem paucoſque alios obtulerunt, eorum ſupplicio crimen læſæ maieſtatis & urbis ærumnas expiari poſcentes. Paucis denique poſt diebus exploratius ſpectato negotio, Mamertino tum iudicante præfecto prætorio, Nigrinus ut acerrimus belli inſtinctor exuſtus eſt vivus. Romulus verò poſt eum & Saboſtius curiales, convicti ſine reſpectu periculi ſtudia ſeviſſe discordiarum, pœnali conſumpti ſunt ferro. Reſidui omnes abierunt innoxii, quos in certaminum rabiem neceßitas egerat, non voluntas. Id enim æquitate penſata ſtatuerat placabilis Imperator & clemens.* Peritèque Scipi

Livii libro XXVIII: *Multitudo omnis, ſicut natura maris per ſe immobilis eſt, ut venti & auræ cient, aut tranquilli, aut procelloſi: & cauſa in vobis atque origo omnis furoris penes auctores eſt; vos contagione inſaniſtis.* A quibus minimè ſeparo illa eiuſdem libri XXXVIII: *Athenienſis legatus Leon, Iceſiæ filius, eloquentiâ etiam dicitur mouiſſe: qui vulgatâ ſimilitudine, mari tranquillo, quod ventis concitaretur, æquiparando multitudinem AEtolorum, vſus, cùm in fide Romanæ ſocietatis manſiſſent, inſitâ gentis tranquillitate quieſſe eos aiebat. poſteaquam ſtare ab Aſiâ Thoas & Dicæarchus, ab Europâ Menetas & Damocritus cæpiſſent, tum illam tempeſtatem coortam, quæ ad Antiochum eos, ſicuti in ſcopulum, intuliſſet.* Nam ecce Curtius lib. VII. de Maracandanis: *Spitamenes transfuga, præſidio Macedonum inde deiecto, muris vrbis eius incluſerat ſe, haud oppidanis conſilium defectionis approbantibus. Sequi tamen videbantur, quia prohibere non poterant.* Et veroſimile eſt tales fuiſſe Leontinos. quos ita compellat per epiſtolam Phalaris: Εἰ καταλῦσαι με τὸν πρὸς ὑμᾶς ὀρέγεσθε πόλεμον μηδὲν αἰδεσθέντες, ἐκδοτέ μοι Λυκῖνον, ἵνα τὴν ὀργὴν ἅπασαν εἰς τοῦτον ἀφεὶς, παύσωμαι τοῦ πρὸς τὴν πόλιν θυμοῦ. χρήσομαι δὲ οὐδὲν αὐτῷ χαλεπώτερον, ἢ πάντας ὑμᾶς ἐπίσταμαι βουλομένους: *Si me cupitis bellum quod aduerſum vos gero diſſoluere; nihil reveriti, dedite mihi Lycinum; vt omni in eum effuſâ irâ ciuitati iraſci deſinam. Nihil enim atrocius illi ſum facturus, quàm vos omnes velle ſcio.* Certè huius notæ introducit Athenienſes Velleius lib. II: *Ceterum tum oppreſſi Mithridatis armis homines miſerrimæ conditionis: cùm ab inimicis tenerentur, oppugnabantur ab amicis; & animos extra mœnia, corpora, neceſſitati ſeruientes, intra muros habebant.* Sed vt fortè plures deliquerint, an ideo plectendi? Omnes omnes, ſi ſequaris Iuſtiniani iam penè naufragi exemplum, de quo Zonaras tomo III: Τῶν δὲ συμπλεόντων ἐπαγγείλασθαι τῷ θεῷ συμβουλευόντων αὐτῷ, εἰ περισωθείη καὶ τὴν ἀρχὴν ἀπολήψοιτο, μήτι κακὸν τοῖς κατ' αὐτοῦ γενομένοις ἐπενεγκεῖν. ἐκείνῳ εἰ φείσομαι τούτων, ἔφη, τινὸς, αὐτίκα καταποντισθείην ὧδε: *Monitus igitur ab iis qui vnà navigabant, vt votum faceret Deo, ſe ſi euaſiſſet incolumis & regnum recepiſſet, veniam omnibus ſuis aduerſariis daturum: reſpondit; Si cui illorum pepercero, ſtatim hic ſubmergar.* Non etiam ſi Deum, cuius es expreſſa imago, ô Rex. quin imò, niſi contrà feceris; iniquè, periculoſè, damnoſè feceris. Iniquè. *Nunquam enim ad contumaciam pari conſenſu multitudo prorumpit, ſed incitatur à paucis, qui vitiorum ſcelerumq; impunitatem ſperant peccare cum pluribus*, vt loquitur lib. III. cap. IV. Vegetius. Cn. ſpectè Cneio Pompeio Sthenius apud Plutarchum in Apophthegm. ... ἐναντίας γενομένους μερίδος ... ἀποφαίνειν ἀπαντ... δημαγωγοῦ φήσαντος, οὐ δίκαια ... ἀνθ' ἑνὸς αἰτ... τοῦτον δὲ αὐτὸν εἶναι

τοὺς μὲν φίλους πείσαντα, τοὺς δὲ ἐχθροὺς βιασάμενον ἑλέσθαι τὰ Μαρίου. θαυμάσας ὁ Πομπήϊος ἔφη συγγνώμην ἔχειν Μαμερτίνοις, ὑπὸ τοιούτου πεισθεῖσιν ἀνδρὸς, ὃς τὴν πατρίδα τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς προτιμᾷ, καὶ τήν τε πόλιν καὶ τὸν Σθέννιον ἀπέλυσεν: *Mamertinos, quòd ab aduerſariis ſtetiſſent, vniuerſos neci dedere conſtituerat. Tum Sthenius, qui orator eâ in ciuitate principatum tenuerat, iniuſtè agere Pompeium dixit, qui ob vnum ſontem multos innocentes vellet occidere. ſe ſolum in culpa eſſe qui amicis perſuaſiſſet, inimicosq́ vi adegiſſet ad Marianam factionem defendendam. Miratus Pompeius hominem, Gratiam ſe delicti facere Mamertinis pronuntiauit, talem ſecutis virum, qui patriam ſuâ vita haberet priorem: ignouitq́ & ciuitati & Sthenio.* Periculosè. quia nimirum tales, iuxta Iuuenalem Satyrâ II:

Defendit numerus, iunctiq́ umbone phalanges.

Ecce enim, de plebe Ro. ſcribit Liuius lib. II: *Concitati homines, veluti ad prælium ſe expediunt: apparebatq́ omne diſcrimen adeſſe, nihil cuiquam ſanctum; non publici fore, non priuati iuris. Huic tanta tempeſtati cùm ſe Conſules obtuliſſent, facile experti ſunt, parum tutam maieſtatem ſine viribus eſſe. Violatis lictoribus, faſcibus fractu è foro in curiam compelluntur; incerti quatenus Volero exerceret victoriam.* De milite Rom. Tacitus lib. I. Annal: *Nauportum miſſi, ob itinera, & pontes, & alios vſus, poſtquam turbatum in caſtris accepêre; vexilla conuellunt, direptisq́ proximis vicis, ipſoq́ Nauporto quod municipii inſtar erat, retinentes centuriones irriſu & contumeliis, poſtremo verberibus inſectantur, præcipuâ in Aufidienum Rufum præfectum caſtrorum ira. quem direptum vehiculo, ſarcinis grauant, aguntq́ &c.* Vnde natum illud Senecæ lib. II. De Ira cap. X: *In ſingulos ſeueritas imperatoris diſtringitur: at neceſſaria venia eſt, vbi totus deſeruit exercitus. Quid tollit iram ſapientis? turba peccantium. Intelligit quàm iniquum ſit, & periculoſum, iraſci publico vitio.* Gnarum iſtud Caligulæ; ideoque ad vota deſcendit. Suetonius in vita eius cap. XXX: *Infenſus turba fauenti aduerſus ſtadium ſuum exclamauit: Vtinam populus Rom. vnam ceruicem haberet!* Inde & illud Lucani lib. V:

——Quicquid multis peccatur inultum eſt.

Damnoſè. quia ipſum te debilitas: te inquam ipſum. Valdè ſapienter tibi hoc dicet Manuel Imper. cap. XLIII: Ὕδραν τέμνεις, παροιμία· τὸ ἀνέφικτον δηλοῦσα. καὶ ὁ τὸ ἴδιον θέμενος πρὸ τῶν κοινῇ συμφερόντων, πρὸς ἑαυτὸν ἐφέλκεται ταύτην τὴν εἰκόνα· ἐν γὰρ τῷ κοινῷ καλῷ καὶ τὸ ἑκάστου συνήπτεται. καθ' ἕνα μέν τοι πράττειν οὐκ ἐνδέχεται, οὔτε ἰδιώτην οὔτ' ἄρχοντα. Δεῖ γὰρ δὴ τὴν κεφαλὴν τῶν μελῶν φροντίζειν καὶ κήδεσθαι, καὶ τῆς κεφαλῆς ἐπιμελεῖσθαι τὰ μέλη, εἰ δεῖ τὸ ζῶον συνίστασθαι, καὶ τὴν ὁλοκληρίαν ἑαυτῷ περισώζειν. τό τε γὰρ τμηθὲν τῶν μελῶν, τῆς κοινότητος ἐκστὰν, καὶ καθ' αὑτὸ γεγονὸς; αὐτῷ γε τούτῳ νενέκρωται. καὶ κεφαλὴ τῶν

Digitized by Google

μελῶν χωρισθεῖσα, τοῦτ' ἂν εὐθὺς πάθοι. ζωὴ γὰρ οὔτε κεφαλῇ οὔτε μέλεσι, χωρίς: *Mos vulgo receptus eſt, vt Hydram reſecare dicatur, qui rem, quam nequit adſequi, molitur. Hanc imaginem in ſe transfert, qui priuata commoda publicis anteponit. nam vniuſcuiuſque bonum, publico continetur. Seorſum certe nec homini priuato, nec principi eſſe beato licet. Caput enim gerere curam membrorum oportet, ac viciſſim membra capitis habere rationem; ſi ſaluum eſſe debet animal, integrumq́ conſeruari. Nam membrum, quod reſectum eſt poſteaquam reliquorum à ſocietate reuulſum, ſeorſum eſſe cepit; hoc ipſo ſcilicet eſt mortuum. Idem capiti à membris dirempto contingere neceſſe eſt. quippe nec caput, nec membra, viuere ſeorſum poſſunt.* Diuinè & Arriani Epictetus libro III. cap. IV: Οἱ γεωργοὶ τὸν Δία οὐ λοιδοροῦσιν, ὅταν ἐμποδίζωνται ὑπ' αὐτοῦ; οἱ ναῦται οὐ λοιδοροῦσι: τὸν Καίσαρα παύονται λοιδοροῦντες; τί οὖν; οὐ γινώσκει ὁ Ζεύς; τῷ Καίσαρι οὐκ ἀπαγγέλλονται τὰ λεγόμενα; τί οὖν ποιεῖ; οἶδεν ὅτι ἂν πάντας τοὺς λοιδοροῦντας κολάζῃ, οὐκ ἕξει τίνων ἄρξει: *Nonne agricolæ Ioui maledicunt, cum ab illo impediuntur? Nautæ non conuitiantur? nunquid maledicere Cæſari deſinunt? Ignorat hoc Iupiter? non renuntiatur Cæſari, quid dicatur? Quid ergò facit? Scit ſi omnes conuiciatores ſupplicio afficeret, ſe quibus imperaret non habiturum.* Hucque ſpectabat ille qui Syllam monebat, imponendum tandem aliquando finem proſcriptioni, ſi non aliâ de cauſsâ: at ideo tamen ut eſſent quibus poſſet imperare. Cui dicto alluſit Seneca de Auguſto loquens lib. I. de Clement cap. 10: *Ignouit abauus tuus victis. nam ſi non ignouiſſet, quibus imperaſſet? Salluſtium, & Cocceios & Duillios, & totam cohortem primam interioris admiſſionis, ex aduerſariorum caſtris conſcripſit. Nam Domitios, Meſſallas, Aſinios, Cicerones, & quicquid floris erat in ciuitate, clementiæ ſuæ debebat.* Iis adſident iſta Pauli Diaconi lib. V: *Genſericus de rerum ſucceſſu tumidus, dum etiam apud ſuos ſuperbiret, valida aduerſus eum conſpiratio eſt facta. Quorum molitione detectâ, diuerſis ab eo excruciati perire ſupplicijs. Horum ſiquidem funeribus non minus virium amiſit, quàm ſi exuperatus belli certamine fuiſſet.* Nec non hæc Choniatæ: Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος εἰσεληλύθει τὸ πόλισμα, καὶ ἐνηυλίσατο ἔνδοθεν, οὔθ' ὡς βασιλεὺς πρᾳῢς καὶ σώζων ὑπηκόοις οὖσι πάλαι, καὶ αὖθις ἐσομένοις, κἂν πρὸς καιρὸν ἀπέστησαν, τοῖς προσοικοῦσιν ἐχρήσατο, οὔθ' ὡς ὁμοφυέσιν ἀνδράσιν ἡμέρως προσενήνεκται. ἀλλ' ὡς ἀρχηγὸς καὶ θὴρ ἀπόσιτος ἱκανῶς ἀσπαστοῖς προσπεσὼν καὶ ἀπημάντοις θρέμμασι, τοῦ μὲν αὐχένα κατέαξεν, ἄλλου δὲ ἐλάφυσεν ἔγκατα, καὶ ἄλλως ἔθετο χειρίστως ἕτερον, τὰ δὲ λοιπὰ κρημνοῖς καὶ ὄρεσι καὶ βαράθροις διασπαρέντα παρέπεμψεν. οὕτω καὶ τότε βασιλεὺς Ἀνδρόνικος, μὴ προσηγησαμένης ὁμολογίας τε καὶ σπονδῆς μετὰ τοῦ τῶν πρυσαέων πληρώματος, ἢ ἑκουσίας προσβάσεως παραδοχῆς, ἀλλὰ πολέμῳ ἡλωκυίας τῆς πόλεως, πολλοὺς οὐ μάλιστα διέφθειρε καὶ ἠφάνισεν, εἰς πολυειδεῖς καὶ πολυτρόπους κολάσεις τὸ τοῦ θυμοῦ καταμερίσας ἀλλόκοτον:

Vrbem

Digitized by Google

Vrbem ingreſſus Andronicus, non vt clemens Imperator, & eorum qui & olim ſubditi fuerant, & rurſus futuri erant, quamvis ad tempus defeciſſent, conſeruator, Pruſaenſes tractauit; nec vt hominum, qui iiſdem elementis conſtent, rationem habuit: ſed vt famelicus leo incuſtoditos greges adortus, aliis colla frangit, aliarum viſcera deuorat, alias aliter miſerrimè conficit, reliquas in montes & praecipitia agit. ita tum Andronicus, quod Pruſa non deditione, ſed vi potitus erat, plurimos peſſimo exitio perdidit: multiplices cruciatus & varia tormenta commentus. Nempe huiuſmodi carnificibus impingi debebat illud Lucani lib. I:

Heu quantum potuit terrae pelagoq; parari
Hoc, quem ciuiles hauſerunt, ſanguine, dextrae!

Quantò longiùs ab talibus diuertit Themiſtocles! qui vt refert Ariſtides in vita eius: Καὶ λακεδαιμονίων ἐθελόντων ἐκσπόνδους τὰς πόλεις ποιεῖν ὅσαι μετὰ τῶν ἐναντίων ἐγένοντο, ἀντεῖπε καὶ διεκώλυσε. νομίζων ὅμοιόν τι συμβήσεσθαι, τῷ τὴν ἑλλάδα ἔκσπονδον αὐτὴν ὑφ' αὑτῆς ἀποφανθῆναι. πλέον γὰρ ἢ τριάκοντα πόλεις ἔδει τῇ συμφορᾷ ταύτῃ περιπεσεῖν. οὔκουν ἡγεῖτο προσήκειν ἀτυχηκυῖαν τὴν ἑλλάδα λαμπρῶς οὕτω καὶ τῶν ἐχθρῶν κρείττω γεγονέναι, τοσούτῳ ἐλάττονα ἢ πρότερον γενέσθαι: *Cùm Lacedaemonii ciuitates eas, quae cum hoſtibus ſe coniunxerant de foedere vellent tollère, contradixit ac prohibuit, quòd exiſtimaret id perinde futurum, quaſi à ſeipsâ Graecia de foedere tolleretur. ſiquidem plura quàm triginta oppida fuerant eam calamitatem ſubitura. Quocirca putabat indecorum fore, ſi Graecia, quae tam ſplendida fuiſſet vſa fortuna, hoſteſq; deviciſſet, tantâ ſui parte minor fieret.* Cuius veſtigiis hi inhaeſerunt de quibus Iuſtinus lib. V: *Cum multi delendum Athenienſium nomen, vrbemq; incendio conſumendam cenſerent, negarunt ſe Spartani, ex duobus Graeciae oculis, alterum eruturos.* Factum cedro dignum. Sed & gemmâ meliore notanda ſententia, quâ Cimon Spartanis ſubueniendum arbitrabatur contra Meſſenios: Παρακαλῶν μήτε τὴν Ἑλλάδα χωλὴν, μήτε τὴν πόλιν ἑτερόζυγα περιϊδεῖν γεγενημένην: *Adhortatus ne Graeciam claudam reddi, neu Vrbem ſinerent deſtitui ſociâ*; Plutarch. in vitâ eius. Ebori quoque incidendi verſus Lucani lib. II:

Sylla quoque immenſis acceſſit cladibus ultor:
Ille quod exiguum reſtabat ſanguinis Vrbi
Hauſit: dumq; nimis iam putrida membra recidit,
Exceſſit medicina modum, nimiumq; ſecuta eſt,
Quà morbi duxere, manus: periêre nocentes;
Sed cùm iam ſoli poſſent ſupereſſe nocentes.

Quibus ipſis, emblematis loco, ſeruiat ſententia Ariſtidis Leuctricâ primâ: Ἔστι γὰρ ἔστι καὶ ἀμυνομένους ἀμέτρως ἀδικεῖν. κἄν τις εἰς τὰς τιμωρίας ἀναπληρῇ, πρὸς τἀδικήματα πυρὶς ὑπερβεβληκότος ἄρχει πάλιν: *Poſſunt enim, poſſunt*

Digitized by Google

etiam iÿ, qui ſe vlciſcuntur, modum egredi: ac ſi quis in vltione peragendâ vſq; ad iniuriam procedat, ſecundus fit auctor. Et eius quidem criminis notatur Auguſtus Floro lib. IV. cap. VI: *Cæſar percuſſoribus patris contentus fuit. Hæc quoq; niſi multa fuiſſet, etiam iuſta cædes haberetur.* Carpitur item poëtico Ouidij flagello Ægypſus lib. I. de Ponto Elegia IX:

Nec prius abſceſſit, meritâ quàm cæde nocentum
Se nimis vlciſcens, extitit ipſe nocens.

Longè aliter Titus. militibus qui contra mandatum eius malè pugnârant; omnibus ad vnum ignouit. Ioſephus lib. ε. captiv. Iud. cap. ιβ. Περιχυθέντα δὲ τὰ τάγματα τῷ τίτῳ περὶ τῶν στρατιωτῶν ἱκέτευε, καὶ τὴν ὀλίγων προπέτειαν χαρίσασθαι τῇ πάντων εὐπειθείᾳ κατηντιβόλουν. ἀναλήψεσθαι γὰρ αὐτοὺς τὸ παρὸν πταῖσμα, ταῖς εἰς τὸ μέλλον ἀρεταῖς. πείθεται καῖσαρ ἅμα ταῖς τε ἱκεσίαις, καὶ τῷ συμφέροντι· τὴν μὲν γὰρ τοῦ καθ' ἑνὸς τιμωρίαν ᾤετο χρῆναι μέχρις ἔργου προχωρεῖν. τὴν δὲ ἐπὶ πλήθους, μέχρι λόγου. τοῖς μὲν οὖν στρατιώταις διηλλάττετο πολλὰ νουθετήσας αὖθις εἶναι φρονιμωτέρους: *Circumfuſæ verò legiones Titum pro commilitonibus obſecrabant: paucorumq; temeritatem condonari cunctorum obedientia præcabantur, emendaturos enim peccatum præſens, futuræ compenſatione virtutis. Placatus eſt Cæſar, vtilitate ſimul ac precibus. namq; vnius hominis animaduerſionem vſq; ad factum promouendam putabat, multitudinis verò ad veniam. Militibus quidem reconciliatus eſt; multum monens vt poſt hac prudentius agerent.* Imò eis qui contra omne ius diuinum atq; humanum captiuis viſcera aperuerant, auri eruendi cauſsâ, pepercit inuitus, ob multitudinem, Egeſippus lib. V. cap. XXIV: *Impediuit hoc vindictæ ſeueritatem, quia innumeri reperti tanto furore obnoxÿ: ideoq; Titus, qui vallare circumfuſo exercitu Syros & Arabes propoſuerat, contemplatione multitudinis revocavit ſententiam: ut ſuperioris delicti gratiam faceret, & ne poſteà committeretur, pœnam denuntiaret, verborumq; auſteritate grauiori ſuos argueret, quòd auro ſuccincti & argento, pretioſiſq; telis nitentes, nec arma ſua erubeſcerent, vt tanto ſe dedecore dehoneſtarent. At verò Syros & Arabes increpare, quod immemores Romani nominis, dictu quoque horrida excogitaſſent: veniſſe eos ad belli ſocietatem, non ad exercitium flagitiorum.* Proin non ſine horrore verborũ de Caligula inquit Tranquillus capite XLVIII: *Priuſquam prouincia decederet conſilium inÿt nefandæ atrocitatis, legiones, quæ poſt exceſſum Auguſti ſeditionem olim mouerant, contrucidandi: quòd & patrem ſuum Germanicum ducem, & ſe infantem tunc obſediſſent: Vixq; à tam præcipiti cogitatione reuocatus, inhiberi nullo potuit modo, quin decimare velle perſeueraret. Vocatas itaque ad concionem inermes, atque etiam gladÿs depoſitis, equitatu armato circumſedit. Sed cum videret, ſuſpectâ re pleroſq; dilabi ad reſumenda ſi qua vis fieret, arma, profugit concione.*

cione. Eiuſdem furoris, deſcribitur Mauritius Zonaræ Tomo III: Κομεντίολον δὲ στείλας ὁ βασιλεὺς κατὰ τοῦ χαγάνου μετὰ πολυπληθοῦς στρατιᾶς, λέγεται ἐντείλασθαι αὐτῷ, προδοῦναι τοῖς ἐναντίοις τὸ στρατιωτικὸν, διά τινας στάσεις καὶ ἀταξίας, τούτοις μνησικακῶν. καὶ συμβαλὼν τοῖς βαρβάροις ἀσυντάκτως ὁ Κομεντίολος, αὐτὸς μὲν μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν, εἰς φυγὴν ἐτράπη, πρὸς τοῦτο προπαρασκευασάμενος. τῶν δὲ λοιπῶν οἱ μὲν ἔπεσον, οἱ δὲ ἐζωγρήθησαν. εἶναι δὲ τοὺς ζωγρηθέντας φασὶ, περὶ δώδεκα χιλιάδας: *Imperator, miſſo Commentiolo cum numeroſiſſimo exercitu mandaſſe fertur, ut legiones, quibus ob ſeditiones quaſdam & tumultus infenſus erat, proderet hoſtibus. Itaque temerè cum Barbaris congreſſus Commentiolus, ipſe cum ſuis fugam, cui ſe ante pararat, capeſſit: cæteris partim cæſis, partim captis, ad numerum duodecim millium.* Nec ſanior Mauritii ſucceſſor; de quo idẽ auctor: Ἐπὶ πᾶσι δὲ ὁ ἀλάστωρ Φωκᾶς ἐν ἵππων ἁμίλλῃ τῶν δήμων πρὸς αὐτόν τι ἀποσκωψάντων ἐκμανεὶς, πολλοὺς μὲν ἀνεῖλε. πολλοὺς δὲ ἠκρωτηρίασεν, ἐνίους μέντοι καὶ κατεπόντωσε, πλείστους δὲ καὶ τῷ ἐπάρχῳ παρέδωκεν, ἵνα κολάσῃ αὐτούς: οἱ ἐν τῷ πραιτωρίῳ καθείρχθησαν. οἱ δὲ ὄχλοι ὁμοῦ γενόμενοι, ἐνέπρησαν τὸ πραιτώριον, καὶ οἱ καθειργμένοι διέφυγον: *Super hæc omnia peſtis humani generis Phocas, cùm neſcio quid populi in eum cavillati eſſent, furore percitus multos occidit, multos truncavit, nonnullos in mari demerſit, ſed plurimos præfecto ad ſupplicium in prætorio cuſtodiendos tradidit, quo à multitudine incenſo, illi diffugêrunt.* Peior his adhuc Theodoſius: Ἀπὸ γὰρ Κωνσταντίνου πόλεως ἐπὶ Ῥώμην ὁ βασιλεὺς τὴν ὁδοιπορίαν ποιούμενος, ἐν Θεσσαλονίκῃ κατὰ πάροδον γέγονε. τῶν δὲ στρατιωτῶν αὐτοῦ ταραξάντων τὴν πόλιν, διά τινα μικρὰ, ἐστασίασαν οἱ Θεσσαλονικεῖς· καὶ τὸν μὲν βασιλέα ὕβρισαν, τινὰς δὲ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ ἐλιθοβόλησαν. ὁ βασιλεὺς δὲ ταῦτα μαθὼν, καὶ τὴν ῥύμην τοῦ θυμοῦ μὴ ἐνεγκὼν, τῷ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως ἐκείνης τὴν ψῆφον τῆς τιμωρίας ἐπέτρεψεν. ὃς τὴν τοιαύτην ἐξουσίαν εἰληφὼς, οἷα δὴ αὐτόνομος τύραννος, ἄδικα ξίφη κατὰ πάντων ἐγύμνωσε, καὶ τοὺς ἀθῴους μετὰ τῶν ὑπευθύνων κατέκτεινε χιλιάδας ἑπτά· ὡς δέ τινες, πεντεκαίδεκα: *Nam cùm Imperator Conſtantinopoli Romam proficiſcens, eo itinere Theſſalonicam diverteiſſet, militeſque urbem quibuſdam reb. conturbaſſent, Theſſalonicenſes ſeditione factâ Imperatorem iniuriis affecêrunt, & quoſdam eius præfectos lapidibus obruerunt. Imperator re inauditâ, iræ impetum non ſuſtinens, præfecto urbis eius facinus id vincandum commiſit. Is tantum potentiæ adeptus, ut erat legibus ſolutus tyrannus, iniuſtos gladios contra cives ſtrinxit, inſonteſque una cum ſontibus trucidavit, millia hominum* VII, *vel (ut alij tradunt)* XV. ita refert Cedrenus. Cui quem componamus niſi Syllam? Senecæ verba ſunt lib. I. de Clement. cap. XII: *Et L. Syllam appellari tyrannum quid prohibet? cui occidendi finem fecit inopia hoſtium. Deſcenderit licet è dictaturâ ſuâ & ſe togæ reddiderit: quis tamen unquam tyrannus tam avidè humanum ſanguinem bibit, quam ille, qui ſeptem millia*

civium

Google

civium Romanorum contrucidari iuſsit? Et cùm in vicino ad ædem Bellonæ ſedens exaudiſſet conclamationem tot millium ſub gladio gementium, exterrito Senatu: Hoc agamus, inquit, P.C. Seditioſi pauculi meo iuſſu occidũtur. *non eſt mentitus: pauci Sullæ videbantur.* Deque eodem monſtro Lucanus lib. II. verſu 199:

> *Tot ſimul infeſto iuvenes occumbere leto*
> *Sæpe fames, pelagique furor, ſubitaque ruinæ,*
> *Aut cæli, terræque lues, aut bellica clades:*
> *Nunquam pœna fuit.*

quæ ultima verba, editionis noviſſimæ auctor, non magis intellexit, quàm ſi Punica eſſent. at nunc & pueris patent, præſertim ſi comparẽtur cum his quibus librum I de Clementia claudit Seneca: *Hæc divina potentia eſt, gregatim ac publicè ſervare: multos autem occidere, & indiſcretos, incendij ac ruinæ potentia eſt.* Ad hæc reſpexit Germanicus lib. I. Taciti: *Mox ingreſſus caſtra Germanicus, non medicinam illud plurimis cum lacrymis, ſed cladem adpellans.* O voces auro ſcribendæ, non ſucco iſto viliore! Sed & columnâ dignum Senatus decretum in milites Romanos qui de Capuâ clam occupandâ conſultaverant, poſteaque ſeceſſerant: de quibus ſic meminit Livius libro VII: *Dictator equo citato ad urbem revectus, auctoribus Patribus tulit ad populum in luco Petiliano, ne cui militum fraudi ſeceſſio eſſet. oravit etiam bonâ venia Quirites, ne quis eam rem ioco ſeriove cuiquam exprobraret. Lex quoque ſacrata militaris lata eſt, ne cuius militis ſcripti nomen, niſi ipſo volente deleretur.* Quæ ipſa non inutiliter examinabimus ad hæc Taciti lib. IV. Hiſt: *Donec Cerialis mulceret animos, fato acta dictitans, quæ militum ducumve diſcordiâ, vel fraude hoſtium eveniſſent. Primum illum ſtipendiorum & ſacramenti diem haberent: Priorum facinorum neq; imperatorem, neque ſe meminiſſe. Tunc recepti in eadem caſtra, & edictum per manipulos, ne quis in certamine iurgióve ſeditionem aut cladem commilitoni obiectaret.* Memorabile etiam Tullij factum, qui Albanos reos ita ipſemet excuſat: *Nec ea culpa, quam arguo, omnium Albanorum eſt. ducem ſecuti ſunt; vt & vos, ſi quò ego inde agmen declinare voluiſſem, feciſſetis. Metius ille eſt ductor itineris huius, Metius idem huius machinator belli, Metius fœderis Romani Albaniq; ruptor. audeat deinde talia alius, niſi in hunc inſigne tam iam documentum mortalibus dedero*: Liuius lib. I. Eiuſdem prudentiæ ſpecimen recenſetur Appiano fine libri de Punico bello: Ἀννίβου δὲ ἀποπλεύσαντος, ἡ βουλὴ τοῖς μὲν ἄλλοις ἔθνεσι τῆς Ἰταλίας ὅσοι μετέθεντο πρὸς ἐκεῖνον, συνέγνω τῶν γεγονότων, καὶ ἀμνηστίαν ἐψηφίσατο: *Annibale digreſſo, Senatus Italicis omnibus populis, qui ad Pœnum defecerant, veniam dedit, reſque omnes anteactas oblivione ſempiternâ delendas cenſuit*

Digitized by Google

venſuit. Ergo in peccato communi, dū modò ei aliquid adfuerit prætextus iuſti vel quaſi, nec tam deliberatò cuncta facta ſunt, quàm impetu aut alio quo animi morbo; venia detur omnibus: ſin minus; penè omnibus. Ita dico, *penè.* Haud ideo quod, iuxta Senecam lib. I. de Clementia cap. II: *tam omnibus ignoſcere crudelitas eſt quàm nulli*: ſed, ut unius alteriuſque ſanguine reliquorum ſanciatur ſecuritas; qui abſque eo, ſemper penduli, ſe dilatos potius putabunt quàm dimiſſos. quod arcanum alibi excuſſimus. Erunt autem piaculares iſti, aut ſcelere aut dignitate priores. Vegetius lib. III. cap. IV: *Quòd ſi fieri medicinam neceſſitas extrema perſuaſerit, rectius eſt, more maiorum, in autores criminum vindicari: ut ad omnes metus, ad paucos pœna perveniat.* Liuius libro XXVIII: *Certabaturque ſententiis, utrum in auctores tantùm ſeditionis (erant autem hi numero haud plus quàm quinq; & triginta) animadverteretur, an plurium ſupplicio vindicanda tam fœdi exempli defectio magis quàm ſeditio eſſet. Vicit ſententia lenior, ut unde orta culpa eſſet, ibi pœna conſiſteret. ad multitudinem, caſtigationem ſatis eſſe.* Idem lib. XLV: *Cum magno aſſenſu auditus eſt, non magis eo quod multitudinis noxam elevabat, quàm quod culpam in auctores verterat. Itaque cùm principes eorum Romanis reſponderent, nequaquam tamen tam grata oratio eorum fuit, qui quæ Popilius obiecerat diluere utcumque conati ſunt, quàm eorum qui Decimo in auctoribus ad piaculum noxa obiiciendis aſſenſi ſunt.* Curtius lib. X. de Alexandro: *Deſiluit deinde frendens de tribunali, & in medium armatorum agmen ſe immiſit, notatos quoque qui ferociſſimè oblocuti erant, ſingulos manu corripuit: nec auſos repugnare XIII. aſſervandos cuſtodibus corporis tradidit.* Tacitus lib. XII. Annal: *Et Brigantes quidem, paucis qui arma cæptabant interfectis, in reliquos datâ veniâ, reſedêre.* Regulus apud Livium lib. XXVI: *A Q. Fulvio ſecuri percuſſos magis quorum dignitas inter alios, quàm quorum culpa eminebat.* Iuſtinus de Maleo lib. XVIII: *Punitis auctoribus miſerorum civium, iniurioſi exilij omnibus ſe veniam dare dicit. atque ita decem Senatoribus interfectis, urbem legibus ſuis reddidit.* De Antiocho Tacitus libro XII. Annal: *Troſobore paucisque primoribus interfectis, ceteros clementia compoſuit.* Et ſic tamen ô rex lentus eſto, imo lentiſſimus, adm ſſâ nō auribus magis quàm animis voce Imperatoris Manuelis cap. LXXXV: Ἐοικέναι γὰρ δή, κἀκεῖ τὸ βασιλεύειν, τῷ τυραννεῖν. διέστατον δὲ ἀλλήλων ὅσον οὐδ᾽ εἰπεῖν εὐχερές. τῷ μὲν γὰρ τυράννῳ τὸ δουλώσασθαι, τὸ τοὺς ὑπ᾽ ἐκείνῳ χαμαιευνῆ ἐστι· κἂν ἰσχὺν περιλάβῃ τὸ κοινὸν, ὀνειροπολεῖ τὴν αὐτοῦ καθαίρεσιν, ὁ δὲ ἀληθῶς βασιλεὺς, τοῖς ὑποτεταγμένοις οἱ πλήθεσι, πατρὸς, ποιμένος, ἰατροῦ, διδασκάλου, καὶ εἴ τι σχῆμα δυνάμει σώζειν, τόπον σώζων τυγχάνει, νομίζων δὲ ἐν τῷ κοινῷ σωίζεσθαι τὸ κεινοῦ συμφέρειν, καὶ χρηστῶν διακονῶν, καὶ μιμούμενος αὐτὸν μᾶλλον τῶν διακο-

νεῖν, ἢ τῷ ἄρχειν, χαίρει βελτιῶν τὴν ἀρχὴν τῶν βελτιουμένων ἀμείνων: *Quædam inter regium dominatum, & tyrannidem, eſſe ſimilitudo videtur: ſed tantùm à ſe invicem diſcrepant, quantum ne dicendo quidem explicari facile poteſt. Tyrannus in eo potentiam ſuam ſitam putat, ſi ſuos ipſe ſubditos debilitet: ac ſi res publica robur aliquod adquirat, everſionem protinus ipſe ſuam ſomniat. Verus autem rex, erga ſubiectos ſibi populos, patris, paſtoris, medici, doctoris, & ſi qua ſaluti conſulere perſona poteſt, eius locum obtinet. quumque commodum ſuum contineri publico putet, & Chriſti miniſter ſit & magis illum imitetur inſerviendo, quàm imperando: plus voluptatis capit regnum melius efficiendo, quam illi, ad quos eius rei fructus pervenit.* Gemmeam ſententiam! cuiuſq; virtutes cum fructu ſummo experiatur rex, ſive ei res fuerit cum ſuis, ſive cum hoſtibus. Nam ſanè non tam eſt Medeæ dictum, quam Pietatis, apud Senecam verſ. 222:

——— hoc reges habent
Magnificum & ingens, nulla quod rapiat dies,
Prodeſſe miſeris, ſupplices fido Lare
Protegere———

Nec alterius pectoris verbum Heracliti, de quo lib. XXI. Ammianus: *Eminere inter præcipuas laudes, quum poteſtas in gradu, velut ſub iugum miſſâ nocendi ſæviendique cupiditate & iraſcendi, in arce victoris animi trophæum erexit glorioſum.* Et huic ſanè rei omnes attendêre quibus ſpiritus magni. De Alexandro narrat Curtius lib. IX: *Alexander quamquam belli autoribus iure poterat iraſci, tamen omnibus venia data & obſidibus acceptis, ad proximam deinde urbem caſtra movit.* Maioris adhuc animi Scipio. Livius lib. XXVIII: *Scipio multis invectus in præſentem Mandonium, abſentemque Indibilem verbis, illos quidem merito perituros fuiſſe ipſorum maleficio, ait: victuros ſuo atque populi Romani beneficio. ceterum ſe neque arma iis adempturum (quippe ea pignora timentium rebellionem eſſe, ſe libera arma relinquere, ſolutoſque metu animos) neque ſe in obſides innoxios, ſed in ipſos ſi defecerint, ſæviturum: nec ab inermi, ſed ab armato hoſte pœnas expetiturum. utramque fortunam expertis permittere ſeſe, utrum propitios, an iratos habere Romanos mallent.* O fortem! & queî aliter faciant reges? Veriverbium utique eſt Themiſtii, Oratione X ad Valentinianum: ὅτι μᾶλλον θεῷ παραπλήσιοι τῶν ἀναιρούντων οἱ σώζοντες, *Eos potius Deo eſſe quàm ſimillimos, qui morti deſtinatos in vitâ ſervant, quàm qui neci tradunt:* Præclaraque Senecæ oratio lib. I. cap. ult. de Clement: *Quod iſtud, Dij boni, malum eſt, occidere, ſævire, delectari ſono catenarum, & civium capita decidere, quocunque ventum eſt, multum ſanguinis fundere, aſpectu ſuo terrere ac fugare? Quæ alia vita eſſet, ſi leones urſique regnarent? Si ſerpentibus in nos, ac noxiſ-*

ſimo

ſimo cuique animali daretur poteſtas? Illa rationis expertia, & à nobis immanitatis crimine damnata, abſtinent ſuis: & tuta eſt etiam inter feras ſimilitudo. Apud homines tantum nec à neceſſariis quidem rabies temperat ſibi, ſed externa ſuaque in æquo habet, quo poſſit exercitatior à ſingulorum cadibus, deinde in exitia gentium ſerpere. & iniicere tectis ignem; aratrum vetuſtis urbibus inducere, potentiam putat: & unum occidi, aut alterum, parum imperatorium credit: niſi eodem tempore grex miſerorum ſubiectus ſtetit, crudelitatem ſuam in ordinem coactam putat. Felicitas illa, multis ſalutem dare, & ad vitam ab ipſa morte revocare, & mereri clementiâ civicam. Nullum ornamentum principis faſtigio dignius pulchriusque eſt, quam illa Corona OB. CIVES. SERVATOS *Non hoſtilia arma detracta victis, non currus barbarorum ſanguine cruenti, non parta bello ſpolia.* Cui quem iungam niſi Plutarchum? ſic loquentem περὶ ἀπαιδεύτου: Καὶ τὸν θεῶν τὸν βασιλέα μειλίχιον, Ἀθηναῖοι δὲ μαιμάκτην, οἶμαι, καλοῦσι· τὸ δὲ κολαστικὸν, ἐριννυῶδες καὶ δαιμονικὸν, οὐ θεῖον δὲ, οὐδὲ ὀλύμπιον. ὥσπερ οὖν ἐπὶ τοῦ Φιλίππου τις εἶπε κατασκάψαντος Ὄλυνθον, Ἀλλ᾽ οὐκ ἂν οἰκίσαι γε πόλιν ἐκεῖνος δυνήσαιτο τηλικαύτην, οὕτως ἐστὶν εἰπεῖν πρὸς τὸν θυμὸν, Ἀνατρέψαι μὲν δύνασαι, καὶ διαφθεῖραι καὶ καταβαλεῖν· ἀναστῆσαι δὲ καὶ σῶσαι, καὶ φείσασθαι καὶ καρτερῆσαι, πρᾳότητος ἐστὶ καὶ συγγνώμης καὶ μετριοπαθείας, καὶ Καμίλλου καὶ Μετέλλου καὶ Ἀριστείδου, καὶ Σωκράτους· τὸ δ᾽ ἐμφῦναι καὶ δακεῖν, μυρμηκῶδες καὶ μυῶδες: *Etiam deorum regem Meilichium, quaſi mitem & blandum, Athenienſes Mæmacten, puto, vocant. At ſupplicia exigendi vis non divina, non cæleſtis eſt ſed Furiis & geniis convenit. Quo igitur modo de Philippo, cum is Olynthum excidiſſet, quidam dixit, At certè tantam is urbem condere non poſſet: ita etiam ira dicere licebit, Evertere potes perdere, deiicere: at erigere, ſeruare, parcere, tolerare, manſuetudinis eſt, indulgentiæ, moderationis, & Camilli opus, Metelli, Ariſtidæ, Socratis: inhærere autem & mordere, formicarum eſt & muſcarum.* Et verò ſi fructum ſpectes rei tam p[illegible]væ, invenies minimè parvum: Vno victo omnes vincis. Curtius lib. v[illegible]: *Hic et Craterus & Erigius occurrunt. præfectum Taurorum gentis Phradatem adduxerant. Hic quoque in fidem receptus, multis exemplo fuit experiendi clementiam regis.* Idem lib. IX: *Obſides ducebantur ante agmen: quos cùm è muris agnoviſſent, utpote gentis eiuſdem, in colloquium convocaverunt. Illi clementiam regis, ſimulque vim commemorando, ad deditionem eos compulêre. cæteraſq; urbes ſimili modo deditas in fidem accepit.* Hirtius lib. VIII. de bello Gallico: *Bituriges cùm ſibi viderent clementiâ Cæſaris reditum patere in eius amicitiam, finitimasque civitates ſine ullâ pœnâ dediſſe obſides, atque in fidem receptas eſſe, idem fecerunt.* Livius lib. XXXV: *Romanorum maximè reſpectus civitates movit, & virtutem nuper in bello, & in victoriâ iuſtitiam benignitatemque expertas.* Lib. XXXVI: *quos placida oratione territos cùm permulſiſſet, ad ſpem vulgatæ clementiæ aliquot populi Acarna-*

Digitized by Google

nia defecerunt. Lib. XXXVII: *Celeriter auctoribus Athenienſibus frequens ab Hypatâ legatio Aetolorum venit. & ſpem pacis eis ſermo etiam Africani, quem priorem adierunt, auxit, commemorantis, multos gentes populosque in Hiſpaniâ primus, deinde in Africa in fidem ſuam veniſſe: in omnibus ſe maiora clementiæ benignitatisq́; quam virtutis bellicæ monimenta reliquiſſe.* Lib. XLIIII: *Ad perpauca vi opus fuit, cetera voluntate dedita, & in his recepti mille & quingenti diſpoſiti per præſidia milites Romani. Magno uſui Carvilius Spoletinus erat in colloquiis, dicendo nihil in ipſos ſævitum.* Lib. XLIV: *tradiderunt ſe; deinceps & urbes regionis eius idem faciebant, adiuvante inclinationem animorum clementia in omnes & iuſtitia prætoris Romani.* Sed quid Romanam arborem tantum concutio? omnium ſcriptorum horti abundant huiuſmodi fructu. Colligimus ex Thucydidis libro quarto: Ἐς τὸν χρόνον ὕστερον μετὰ τὰ ἐκ Σικελίας πόλεμον, ἡ τότε Βρασίδου ἀρετὴ καὶ ξύνεσις, τῶν μὲν πείρᾳ αἰσθομένων, τῶν δὲ ἀκοῇ νομισάντων, μάλιστα ἐπιθυμίαν ἐνεποίει τοῖς Ἀθηναίων ξυμμάχοις ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους. πρῶτος γὰρ ἐξελθὼν, καὶ δόξας εἶναι κατὰ πάντα ἀγαθὸς ἐλπίδα ἐγκατέλιπε βέβαιον ὡς καὶ οἱ ἄλλοι τοιοῦτοί εἰσι: *Atque multo poſt in bello, quod res in Sicilia geſtas eſt inſequutum, illa Braſidæ virtus, & prudentia, qua tunc eſt vſus, quòd alij quidem, reipſa experti fuiſſent, alij verò famâ iudicarent, Athenienſium ſocios, amicitiæ Lacedæmoniorum maximè cupidos effecit. Nam cum primus illinc prodijſſet, ac omnibus in rebus vir bonus viſus fuiſſet, firmam opinionem reliquit eius eſſe ſimiles & alios.* Suppeditat item Diod. Siculus lib. XIII Ὁ δὲ Κίμων καταπλεύσας εἰς τὴν Κύπρον καὶ θαλαττοκρατῶν Κίτιον μὲν καὶ Μαλὸν ἐξεπολιόρκησε, καὶ τοῖς κρατηθεῖσι φιλανθρώπως προσηνέχθη: *Cimon igitur Cypro applicans, iam nauticæ rei, vt videbatur, dominus, Cetium, Malumq́; oppida vi expugnat: tũ ſingulari aduerſus victos humanitate uſus, aliorũ animos populorũ clementia pellicere & ad defectionem ſollicitare pergit.* Occurritq; in Xenophontis Ageſilao; vbi de eo poſt multa benigna ſubijcit iſta: Καὶ τὸ κατὰ κράτος ἀναλώτων τειχέων τῇ φιλανθρωπίᾳ ὑπὸ χεῖρα ἐποιεῖτο: *Etiam oppida quadam nulla vi expugnabilia, ſuam in poteſtatem clementia redigebat.* Et tantum quidem apparuit emolumenti in hac moderatione, vt eius laruâ ſeſe etiam loricârint, qui non tales. Vt Annibal Polybij lib. III: Γενόμενος δὲ κύριος τῆς φρουρᾶς καὶ τοῦ σίτου παραθέσεως, τούτῳ μὲν πρὸς τὸ παρὸν ἐχρήσατο, τοὺς δὲ παραληφθέντας ἄνδρας ἀβλαβεῖς μεθ᾽ ἑαυτοῦ προῆγε, δεῖγμα βουλόμενος ἐκφέρειν τοῦ τῆς σφετέρας προαιρέσεως, πρὸς τὸ μὴ δεδιότας ἀπελπίζειν τὴν παρ᾽ αὐτοῦ σωτηρίαν, τοὺς ἀπὸ τῶν καιρῶν καταλαμβανομένους: *Vbi militibus, qui præſidio præerant, frumentoq́; omni potitus, hoc quidem in præſentem neceſſitatem vtitur, illos verò ſecum incolumes ducit: vt famâ clementiæ vulgatâ, cæteri ſe in poſterum liberius Carthaginienſibus dederent.* Vt Maſaniſſa Liuij lib. XXIX. *Recuperato regno*

paterno Maſaniſſæ, quia ſibi cum Syphace haud paulò maiorem reſtare dimicationem cernebat, optimum ratus cum fratre patruele gratiam reconciliare, miſſis qui & puero ſpem facerent: ſi in fidem Maſaniſſæ ſeſe permiſiſſet, futurum in eodem honore quo apud Galam Deſalces quondam fuiſſet: & qui Mezetulo præter impunitatem ſua omnia cum fide reſtitui ſponderent: ambos præoptantes exilio modicam domi fortunam, omnia, ne id fieret, Carthagenienſibus de induſtria agentibus, ad ſeſe perduxit. Vt Legatus ille, cuius mentio eiuſdem Liuij libro XLIII: *Eâdem æſtate, quâ in Theſſalia equeſtri pugna vicère Romani, legatus in Illyricum à conſule miſſus, opulentia duo oppida vi atque armis coegit in deditionem, omniaque iis ſua conceſſit, ut opinione clementiæ eos qui Carnuntem munitam vrbem incolebant, alliceret, &c.* Hæc cùm ſe ita habeant; haud abſurdè finiemus caput floridis iſtis Themiſtij oratione ad Valentinianum Imperat: Καὶ τὸ βασιλέων ἔργον, εἰς τοιοῦτον ἐπαληθεύεται, ὅταν παρακινήσαντας καταλάβωσι τοὺς βαρβάρους, τὸ μὴ πρόρριζον ἐκκόπτειν παντελῶς τὸ συμπλήρωμα τῆς φύσεως τῆς ἀνθρωπίνης, ἀλλ' ἐπικόψαντας τὴν αὐθάδειαν, σώζειν ἤδη καὶ περιστέλλειν, ὡς τῆς ἀρχῆς μοῖραν γεγενημένους. ἔχει γὰρ οὕτως· ὅστις μὲν ἀχρείων ἐπέξεισιν ἀπαυθαδιασαμένοις τι τοῖς βαρβάροις, οὗτος Ῥωμαίων μόνον ἑαυτὸν βασιλέα ποιεῖ· ὅστις δὲ κρατήσας μὲν, φείδεται δὲ, οἶδεν ἑαυτὸν βασιλέα πάντων ἀνθρώπων, καὶ μᾶλλον ἐκείνων οὓς διετήρησε καὶ διέσωσεν, ἐξὸν ἀνελεῖν παντελῶς. ὡς ἔγωγε οὐδὲ τὸν κομψὸν Ἀγαμέμνονα φαίην ἂν λέγειν βασιλικῶς, ἐπιτιμῶντα τῷ ἀδελφῷ μαλαττομένῳ πρὸς τὴν ἱκετείαν, καὶ πικρὰν οὕτως εὐχὴν καὶ ἀλλόκοτον προσευχόμενον, μηδένα τῶν Τρώων διαφυγεῖν, ἀλλὰ καὶ τοὺς οὔπω τεχθέντας ἀπολέσθαι πρὸ τοῦ γενέσθαι. ἀλλ', ὡς ἔοικεν, οὐκ ἦν τῶν εὐρυκρείων ἀληθινὸς, ἀλλ' Ἀργείων μόνων βασιλεὺς καὶ Μυκηναίων, ἀνθρώπων δὲ οὔ. καίτοιγε Ὅμηρος ὅταν αὐτὸς ὀνομάζῃ τὸν Δία πατέρα, οὐ τῶν Ἑλλήνων μὲν λέγει πατέρα, τοὺς βαρβάρους δὲ ἐξαιρεῖται· ἀλλ' ἁπλῶς φησι, πατέρα θεῶν καὶ ἀνθρώπων. ὅστις οὖν καὶ τῶν ἐπὶ γῆς βασιλέων οὐ Ῥωμαίοις μόνον, ὡς πατὴρ, προστενιώκε δὲ, ἀλλ' ἤδη καὶ Σκύθαις, οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ Διὸς ζηλωτὴς, καὶ οὗτος ὁ φιλάνθρωπος ἀτεχνῶς: *Et imperatorum (qui quidem ſibi hoc nomen iure competere volent) officium iſtud eſt, cum deuictos in ſuam poteſtatem redegerunt barbaros, non eos radicitus exſcindere, quòd velut humani generis aliquam expleant lacunam, ſed reſectâ tantum illorum proterviâ & audaciâ, ſeruare in vitâ, & tueri, vt qui pars Imperij iam ſint facti. Ita enim res ſe habet: quiſquis inexorabiliter ad necem uſque perſequitur bello à ſuâ peruicaciâ nonnihil ceſſantes barbaros, hic ſe Romanorum Principem ſolùm facit: qui verò barbaris illis ſuperior evadit, parcere autem loco novit, is ſe principem omnium totius humani generis nationum conſtituit: potiſſimum verò eorum, quos ita incolumes conſervârit, cum iure belli necis poteſtatem in eos haberet. Adeò ſplendidum illum tactatorem, Agamemnonem, regie ſentire aut loqui nego: cum fratrem ideò reprehendit, quod ſupplici Adra-*

Digitized by Google

ſto ſe mitem & clementem oſtenderit; cumq; uſque adeò acerbum & ab omni humanitate alienum atq; abſurdum votum facit, ne quiſquam Troianorum fugâ dilaberetur, ſed etiam illi qui in utero materno adhuc geſtarentur, antequam in lucem ederentur, perderentur. Non igitur verè erat latè imperans, ſed Argiuorum & Mycenarum duntaxat regulus, non autem hominum rex. Atqui Homerus quoties Iouem nominat, non Græcorum tantum, barbaris excluſis, patrem, ſed plenius,

——divûmque hominumque parentem,

vocat. Quiſquis itaque principum, qui in terris agunt, non Romanis ſolùm ſe patrem exhibet, ſed & Scythis; hic Iouis æmulus eſt, & hominum amator.

Inopi quantò longiorem vitam, tantò plus ſupplicij fore. &c. Lib. XII. Annal.

PArum conſulunt famæ ſuæ Principes tam præſenti, quàm poſtumæ, quib. ea eſt odij vehementia, ut inimicos ſuos ac perduelles radicitus periiſſe cupiunt, non modò deletis urbibus eorum ac corporibus, ſed nomine etiam & memoriâ. Quippe nihil utroq; ſæculo lucrantur, præter titulum crudelium, ac ne ſic quidem plenè obtinent quod eis erat in votis; ſiue deſiderabant hanc cladem diu viuere in ore famæ, in animis hominum; ſiue adeò eſſe exemplum quo deterrerentur cæteri mortales. Iſtud autem quò promptius adſequerentur, erat imitandi ipſis Livia Auguſti, de qua Tacitus lib. IV. Annal: *Florentes priuignos cum per occultum ſubvertiſſet, miſericordiam erga afflictos palam oſtentabat.* Tale quid ſecutus Avidius Caſſius, qui Vulcatio teſte, *multis deſertoribus manus excidit, alijs crura incidit ac poplites, dicens maius exemplum eſſe, viuentis miſerabiliter criminoſi quàm occiſi.* Eidemque rei attenderunt Græci, qui Caryatibus occiſis, ipſorum vxores rapuere in ſeruitutem: *Nec ſunt paſſi ſtolas nec ornatus matronales deponere; ut non uno triumpho ducerentur; ſed æterno ſeruitutis exemplo graui contumeliâ preſſæ, pœnas dare viderentur pro ciuitate:* Vitruuius Architect. lib. I. Nec aliò ſpectabat ſententia Thraſeæ, damnantis Antiſtium, ſeruata Tacito libro XIV. Annal: *Quin inſulâ publicatis bonis quò longius vitam traxiſſet, eò priuatim miſerior, & publicè clementiæ maximum exemplum futurum.* Idem in mentibus libertorum Claudij dum ei conſuadent deliberanti de pœnâ Mithridatis: *Arriperet oblata, & ſeruaret exulem; cui inopi quantò longiorem vitam, tantò plus ſupplicij fore*; Tacit. lib. XII. Annal. Nec ad alium ſcopum dirigitur telum Gotarzis, eodem librante Tacito ibidem: *Ille non propinquum, neq; Arſacis de gente, ſed alienige-*

nam

nam & Romanum increpans, Meherdatem auribus deciſis viuere iubet; oſtentui clementiæ ſuæ, & in nos dehoneſtamento. Vnde diſertè de liberis quorum parentes conuicti crimine maieſtatis, Impp. Arcadius & Honorius Cod. lib. IX. Tit. VIII: *Sint perpetuò egentes & pauperes: infamia eos paterna ſemper comitetur. ad nullos prorſus honores, ad nulla ſacramenta perueniant. ſint poſtremò tales, vt his perpetuâ egeſtate ſordentibus, ſit & mors ſolatium & vita ſupplicium:* Huc quoque reſpexit ſenex Plauti Trinummo:

De mendico malè meretur, qui ei dat quod edit, aut quod bibat.
Nam & illud quod dat perdit, & illi producit vitam ad miſeriam.

Verùm abſit ut velim poteſtatem aliquam imitari ullum exemplum horũ quæ modò poſui. Si ſapuerint; ſequentur magis Romanos quorum meminit in Iugurthinâ Salluſtius: *Noſtri maiores delubra Deorum pietate, domos ſuas gloriâ decorabant: neq; victis quicquam præter iniuriæ licentiam eripiebant.* Verum eum dicere, ex infinitis colligamus Auctorum locis. vnum tantũ adducã mixtæ ſeueritatis ac moderationis, circa Capuanos, conſignatum Liu. lib. XXVI: *De urbe agroq; reliqua conſultatio fuit: quibuſdam delendã cenſentibus prævalidã, propinquam, inimicã. Ceterùm præſens utilitas vicit. nam propter agrum, quẽ omni fertilitate terræ ſatis conſtabat primũ in Italia eſſe, vrbs ſeruata eſt, ut eſſet aliqua aratorũ ſedes. urbi frequentandæ multitudo incolarum libertinorumque & inſtitorum opificumq; retenta. ager omnis & tecta publica populi Romani facta. Ceterùm habitari tantum, tamquam vrbem, Capuam, frequentariq; placuit: corpus nullum ciuitatis, nec ſenatus, nec plebis concilium, nec magiſtratus eſſe. ſine conſilio publico, ſine imperio multitudinem nullius rei inter ſe ſociam ad cõſenſum inhabilem fore; præfectum ad iura reddenda ab Roma quotannis miſſuros. Ita ad Capuam res compoſitæ conſilio ab omni parte laudabili, ſeverè & celeriter in maximè noxios animadverſum: multitudo civium diſſipata in nullam ſpem reditus: non ſævitum incendiis ruinisq; in tecta innoxia, murosque; & cum emolumento quæſita etiam apud ſocios lenitatis ſpecies incolumitate urbis nobiliſſimæ opulentiſſimæque. cuius ruinis omnis Campania, omnes qui Campaniam circa accolunt, populi ingemuiſſent, confeſſio expreſſa hoſti, quanta vis in Romanis ad expetendas pænas ab infidelibus ſociis, & quàm nihil in Annibale auxilij ad receptos in fidem tuendos eſſet.* Quod factum, ſi cui adhuc crudius quàm ut imitandum videatur, eũ ego virum maximũ vocauerim, dignumque auſcultare conſilio quo Auguſtum reddidit moderatiſſimũ Livia, cuius his verbis meminit Seneca lib. I. Clem. cap. IX: *L. Cinna deprehenſus eſt. iam nocere tibi non poteſt: prodeſſe famæ tuæ poteſt &c.* Et verò, mi Princeps, ſi animo es, eo quo populis tuis haberi vis, attende obſecro his eiuſdem Philoſophi verbis cap. XXI: *Vltio duas res præſtare ſolet: aut ſolatium affert ei qui accipit iniuriam, aut in reliquum ſecuritatem. Principu*

Digitized by Google

cipis maior eſt fortuna, quàm ut tali ſolatio egeat; manifeſtiorque vis, quàm ut alieno malo opinionem ſibi virium quærat. Hoc dico, cum ab inferioribus petitus violatusq; eſt. Nam ſi, quos pares aliquando habuit, infrà ſe videt, ſatis vindicatus eſt. Regem & ſervus occidit, & ſerpens, & ſagitta. Servavit quidem nemo, niſi maior eo quem ſervavit. Vti itaque animosè debet tanto munere Deorum, dandi auferendique vitam potens: in his præſertim, quos ſcit aliquando ſuo faſtigio obſtitiſſe: hoc arbitrium adeptus, ultionem implevit, perfecitq; quantum vera pœnæ ſatis erat. Perdidit enim vitam, qui debet: & quiſquis ex alto ad inimici pedes abiectus, alienam de capite ſuo ſententiam expectavit, in ſervatoris ſui gloriam vivet, plusq; nomini eius conferet incolumis, quam ſi ex oculis ablatus eſſet. Aſſiduum enim ſpectaculum alienæ virtutis eſt. in triumpho, citò tranſiſſet. Si verò regnum quoque ſuum tutò relinqui apud eum potuit, reponique eò unde deciderat; ingenti incremento ſurgit laus eius, qui contentus fuit, ex rege victo nihil præter gloriam ſumere. Hoc eſt etiam ex victoria ſua triumphare, teſtarique, nihil ſe quod dignum eſſet victore, apud victos inveniſſe. Cum civibus & ignotis atque humilibus eo moderatius agendum eſt, quò minoris eſt afflixiſſe eos. Quibuſdam libenter parcas: à quibuſdam te vindicare faſtidias, & non aliter quam ab animalibus parvis & obterentem inquinantibus, reducenda manus eſt. At in iis qui in ore civitatis ſervati punitique erunt, occaſione notæ clementiæ utendum eſt. O voces, quibus decorè ipſamet utatur Pietas, ipſamet Iuſtitia! natas certè in cælo! Et ipſis quidem tanquam ex profeſſo obſecutus eſt Imp. Antoninus. ut patet ex oratione eius epiſtolari ad Senatum, quã ſic excepit Vulcatius: *Nunc quod ad defectionem Caſſianam pertinet, vos oro atque obſecro P. C. ut cenſurâ veſtrâ depoſitâ, meamque pietatem clementiamque ſervetis, imò veſtram: neq; quemquam ullum ſenatus occidat. Nemo ſenatorum puniatur, nullus fundatur viri nobilis ſanguis, deportati redeant, proſcripti bona recipiant. Vtinam poſſem multos etiam ab inferis excitare. Non enim unquam placet in Imperatore vindicta ſui doloris: quæ etſi iuſtior fuerit, acrior videtur. Quare filiis Avidij Caßij, & genero, & uxori veniam dabitis. Et quid dico veniam? quum illi nihil fecerint. Vivant igitur ſecuri; ſcientes ſub Marco ſe vivere. Vivant in patrimonio parentum pro parte donato: auro, argento, veſtibus fruantur: ſint divites, ſint ſecuri, ſint vagi & liberi, & per ora omniũ ubique populorum circumferant veſtræ pietatis exemplum. Nec magna hæc eſt P. C. clementia; veniam proſcriptorum liberis & coniugibus dari. Ego verò à vobis peto ut conſcios Senatorij ordinis & equeſtris, à cæde, à proſcriptione, à timore, ab infamiâ, ab invidiâ, & poſtremo ab omni vindicetis iniuriâ: detisq; hoc meis temporibus, ut in cauſſa tyrannidis, qui in tumultu cecidit, probetur occiſus.* Nec peior illo Conſtantinus Magnus. Vt enim placet Aurelio Victori; *Cunctos hoſtes, honore ac fortunâ manentibus, texit, recepitque, &c.* Paris

clementiæ iure habendus Titus Veſpaſianus; cuius iſtud memorabile in Suetonio cap. IX: *Pontificatum maximum ideo ſe profeſſus accipere, vt puras ſeruaret manus, fidem præſtitit; nec auctor poſthac cuiuſquam necis, nec conſcius: quamuis interdum vlciſcendi cauſſa non deeſſet: ſed periturum ſe potius quam perditurum adiurans &c.* Sed quid opus exemplis? Infinita ſunt æui veteris; hodierni pauca. multumque putarem, ſi eò adduci poſſent potentes, ut æmularentur Timoleontis factum, ſiue eius de quo ſic Plutar. in vitâ ipſius: Λεπτίνης δ' ὁ τυραννοῦντος Ἀπολλωνίας καὶ συχνῶν ἄλλων πολιχνίων, ὡς ἐκινδύνευε κατὰ κράτος ἁλῶναι, παραδόντος αὑτόν, φεισάμενος εἰς Κόρινθον ἀπέστειλεν, καλὸν ἡγούμενος ἐν τῇ μητροπόλει τοὺς τῆς Σικελίας τυράννους ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ἀποθεωρεῖσθαι φυγαδικῶς καὶ ταπεινῶς ζῶντας: *Leptini Apolloniæ & oppidulorum nonnullorum aliorum tyranno, cum in diſcrimine eſſet, ne vi veniret in poteſtatem, dedenti ſe pepercit, miſitq́ eum Corinthum: viſendum ratus conſpici à Græcis in auctore originis vrbe exules Siciliæ tyrannos & abiectam vitam degentes.* Siue illius, de quo ita Probus Æmilius: *Dionyſium cùm interficere poſſet, noluit, tutòq́ Corinthum perueniret effecit; quod vtrunq́ Dionyſiorum opibus Corinthij ſæpe adiuti fuerant: cuius benignitatis memoriam volebat extare: & quod eam præclaram victoriam ducebat, in qua plus eſſet clementiæ quam crudelitatis. poſtremò, ut non ſolùm auribus acciperetur, ſed etiam oculis cerneretur, quem & ex quanto regno, ad quam fortunam detraxiſſet.* Nec malè ageretur cum ſæculo, ſi modò accederent Theoderico regi, de quo ſic in Panegyrico Ennodius: *Stat ante oculos meos Bulgarûm ductor, libertatem dexterâ tuâ tuente proſtratus, nec extinctus, ne periret monumentis: nec intactus; vt viueret arrogantia, in gente indomitâ domeſticus adſtipulator ſuperfuturi roboris tui &c.* Nam ſupra votum fuerit, ſi adſpirarent ad moderationē Antigoni, celebratam Iuſtino fine lib. XXVIII: *Antigonus autem, cæſis occidione Spartanis, fortunam tantæ urbis miſeratus, à direptione milites prohibuit; veniamq́ his qui ſuperfuerant, dedit, præfatus bellum ſe cum Cleomene, non cum Spartanis habuiſſe: cuius fuga omnis ira eius finita ſit: nec minori ſibi gloriæ fore, ſi ab eo ſeruata Lacedæmon à quo ſolo capta ſit, proderetur. Parcere igitur ſe ſolo urbis ac tectis, quoniam homines quibus parceret, non ſuperfuiſſent.* Probum facinus; ac quod tale magis apparebit, ſi opponatur illi Xerxis, de quo idem Trogi abbreuiator lib. II: *Poſt hæc Theſpias, & Platæas & Athenas vacuas hominibus incendit: & quoniam ferro in homines non poterat, in ædificia igne graſſatur.* Crudeliter ſimul & ſtultè! quæ poſtrema nota elucebit magis, ſi meminerimus verborum Curtij lib. V: *Perſepoli per vinolentiam à Thaide & Macedonibus incenſâ: Alexandrum ipſum, vt primum grauatam ebrietate mentem quies reddidit, pœnituiſſe conſtat, & dixiſſe: Maiores pœnas Perſas Græcis dituros fuiſſe, ſi ipſum in ſolio regiâq́ Xerxis, conſpicere coacti eſſent.* Ita planè. Vnde con-

Z

cinnè Florus lib. II. cap. XV: *Cato inexplebili odio delendam eſſe Carthaginem, & cum de alio conſuleretur, pronuntiabat. Scipio Naſica ſeruandam, ne metu ablato æmula urbis, luxuriari felicitas vrbis inciperet. Medium Senatus elegit; ut vrbs tantum loco moueretur. Nihil enim ſpecioſius videbatur, quàm eſſe Carthaginem quæ non timeretur.* Nec abſurde idem ſcriptor lib. IV. cap. ult: *Reliquias fuſi exercitus validiſſima civitas Lancia excepit: vbi adeo certatum eſt, ut cum in captam urbem faces poſcerentur, ægrè dux impetrarit veniam, ut victoria Romana ſtans potius eſſet, quàm incenſa monumentum.* Inde de templo Hieroſolymitano, Sulpitius Seuerus lib. II. Hiſt. Sacræ: *Fertur Titus adhibito conſilio prius deliberaſſe, an templum tanti operis euerteret. Etenim nonnullis videbatur, ædem ſacratam, ultra omnia mortalia illuſtrem, non debere deleri: quæ ſeruata modeſtiæ Romanæ teſtimonium; diruta perennem crudelitatis notã præberet. At contra alij &c.* Nec alior ſum ſpectant iſta Ioſephi lib. ζ. Ἁλώσ. cap. α: Ἐπεὶ δὲ οὔτε φονεύειν, οὔτε διαρπάζειν εἶχεν ἡ στρατιὰ, πάντων τοῖς θυμοῖς ἐπιλιπόντων, οὐ γὰρ δή γε φειδοῖ τινὸς ἔμελλον ἀφέξεσθαι δρᾶν ἔχοντες, κελεύει καῖσαρ ἤδη τήν τε πόλιν ἅπασαν, καὶ τὸν νεὼν κατασκάπτειν, πύργους μὲν ὅσοι τῶν ἄλλων ὑπερανεστήκεσαν, καταλιπόντας, Φασάηλον, ἱππικὸν, μαριάμμην. τεῖχος δ' ὅσον ἦν ἐξ ἑσπέρας τὴν πόλιν περιέχον, τοῦτο μὲν ὅπως εἴη τοῖς ὑπολειφθησομένοις φρουροῖς, στρατόπεδον· τοὺς πύργους δὲ, ἵνα τοῖς ἔπειτα σημαίνωσιν, οἵας πόλεως καὶ τίνα τρόπον ὀχυρᾶς οὕτως, ἐκράτησεν ἡ ῥωμαίων ἀνδραγαθία. τὸν δ' ἄλλον ἅπαντα τῆς πόλεως περίβολον, οὕτως ἐξωμάλισαν οἱ κατασκάπτοντες, ὡς μηδὲ πώποτ' οἰκηθῆναι πίστιν ἂν ἔτι παρασχεῖν τοῖς προσελθοῦσι: *Talis quidem finis Hieroſolymorum obſidionis fuit. Poſtquam verò quos occideret, quidve raperet, non habebat exercitus, quòd iratis animis omnia deerant (nec enim parcendo ſi eſſet quod agerent, abſtinuiſſent) iubet eos Cæſar totam funditus iam eruere civitatem ac templum: relictis quidem turribus, quæ præter alias eminebant, Phaſaelo, & Hippico, & Mariamme: muriq; tanto, quantũ civitatem ab occidente cingebat. Id quidem, vt eſſet caſtrum illic cuſtodiæ cauſa relinquendis: turres autem, ut poſteris indicarent, qualem civitatem, quamve munitiſſimam, Romanorum virtus obtinuiſſet. Alium verò totum ambitum ciuitatis ita complanauere diruentes, vt qui ad eam acceſſiſſent, habitatam aliquando eſſe vix crederent.* Atque ex his puto etiam ſatis liquere; homine, aut vrbe ſeruatâ, ſæpe ſub vultu clementiæ latêre meram immanitatem. Viro quippe generoſo nihil optatius, quàm amiſſæ libertati ne horam quidem ſuperviuere. Sed & idem optet remotum ex oculis omne id, quo ulla ipſi aut nomini eius perpetuetur ignominia. Vnde tot exempla populorum, qui ſe, qui liberos cum parentibus atque vxoribus occidêre; imò patriæ incendio ultrò involvêre. Obuia ſanè in unico Floro; de Saguntinis quidem lib. II. cap. VI: *Interim iam novem menſibus feſſi fame, machinis, ferro & igne; verſa demum in rabiem fide, cum omnibus opibus ſuis ferro*

ferro & igni corrumpunt. De Numantinis lib. eodem cap. XVIII: *Duces ſuos ſeq; patriamq; ferro & veneno, ſubiectoq; vndiq; igne peremerunt.* De feminis Cimbris lib. III. cap. III: *Perinde ſpecioſa mors earum fuit quàm pugna. nam cùm miſsâ ad Marium legatione, libertatem ac ſacerdotium non impetraſſent, nec fas erat; ſuffocatis eliſisq; paßim infantibus ſuis, aut mutuis concidere vulneribus, aut vinculo è crinibus ſuis facto, ab arboribus iugisq; plauſtrorum pependerunt.* De Cantabris lib. IV. cap. XII: *Poſtquam extrema barbari vident, certatim igne, ferro inter epulas, venenoque, quod ibi vulgo ex arboribus taxeis exprimitur, præcepere mortem: ſeque pars maior à captiuitate quæ videbatur vindicauere.* Nihil igitur mirum reſcripſiſſe Aurelio Imp. Zenobiam, à quo petebatur ad deditionem: *Virtute faciendum eſt quicquid in rebus bellicis eſt gerendum. Deditionem meam petis: quaſi neſcias Cleopatram reginam perire maluiſſe, quàm in qualibet viuere dignitate*: Vopiſcus. Ceterum quantum lateat dedecoris in vita deuictorum, probè expreſſit Themiſtius, Orat. VIII. ad Valentem Imp: Τοιγαροῦν μόνος αὐτοκρατόρων καὶ οἷς ἐπιεικέστερον προσηνέχθης, τούτους χαλεπώτερον τετιμώρησαι, εἰς αἰσχύνην καὶ μεταμέλειαν καταστήσας. καὶ τῇ παρ' ἑαυτῶν λύπῃ κολάσας τοὺς πλημμελήσαντας, αἰδουμένους ἐξ ὧν οὐκ ἀντέπαθον κακῶς, οἷα ἠδίκησαν. χαλεπωτέρα γὰρ ἐλευθέρῳ λύπη τῆς διὰ τοῦ σώματος γινομένης, ἡ διὰ τῆς αἰσχύνης ἐστί. σημεῖον δέ. τὰς μὲν γὰρ ὑπομένουσι καὶ ἐγκαρτεροῦσι, δι' αἰσχύνην δὲ προΐενται πολλάκις τὸν βίον: *Quocirca tu ex omnibus imperatoribus noſtris, eos, quibus te (omiſſo rigore) placidũ oſtendiſti, grauius vltus es, pudore illos ſuffundens, & adigens ad pœnitendum, ſuâq; ipſorum, quàm ex facto concepêre, triſtitiâ puniens delinquentes, cum vel inde colligerent, quantum mali, ex quo digno contra ſupplicio affecti non eſſent, perpetraſſent. Intolerabilior enim longe mæſtitia & maceratio eſt liberali indole prædito, cùm erubeſcere, cùm pudêre, quàm corpore pœnam luere, cogitur: hoc euidenti argumento; quia in corpore læſi obfirmato vulnus animo fortiter ſuſtinent ac tolerant: pudore .a. inducti mortem non pauci ſibi conſciuerunt.* His adſident voces eius qui triumvirali proſcriptione ſeruatus à quodam Cæſaris amico exclamauit, cum ſuperbiam eius ferre non poſſet: *Redde me Cæſari. Quouſque dices: Ego te ſeruaui, ego te eripui morti? iſtud, ſi meo arbitrio memini, vita eſt: ſi tuo, mors eſt. Nihil tibi debeo, ſi me ſeruaſti, ut haberes, quem oſtenderes. Quouſque me circumducis? quouſque obliuiſci fortunæ meæ non ſinis? Semel in triumpho ductus eſſem.* refert Seneca lib. II. Benef. cap. XI. Quare etſi alta videtur, minimè tamen talis eſt, oratio Cataracti ad Claudium, lib. XII. Annal. Taciti: *Si ſtatim deditus traderer, neq; mea fortuna, neq; tua gloria inclaruiſſet: & ſupplicium mei obliuio ſequeretur. At ſi incolumem ſeruaueris, æternum exemplar clementiæ ero.* Quid enim eſt velificari alterius famæ propriâ ignominiâ, ſi hoc non eſt? Sed fuit nimirum ex lucicupidis vnus, qualis & Maroboduus

de quo item Tacitus lib. II. Annal: *Conſenuitq́, multum imminutâ claritate, obnimiã viuendi cupidinem.* Nec honeſtiore elogio dimittitur Ciuilis lib. v. Hiſtor: *Non fefellit Ciuilem ea inclinatio, & praeuenire ſtatuit; ſuper tædium malorum, etiam ſpe vitæ, quæ plerumq́ magnos infringit &c.* Ex quo iſtis aperta eſt amarulentia verſus, quo fugam Alarici proſequitur Claudianus, Paneg. VI. Conſ. Hono:

——nec te vitaſſe dolemus:
I gentis potius reliquum, tantisq́ ſuperſtes
Danubij populis, i noſtrum viue tropæum.

Liquetque de firmitudine argumenti quo vtitur tyrannicida Declamatione Quintiliani CCLIII: *Sed illud interim vereor, ne tyrannus ex me petat famam lenitatis. Habet enim apud malos quoq́ multum autoritatis virtus; & forſitan hoc ille ambitioſè faciet, vt poteſtate contentus ſit.* Perſequerer filum capitis mei; ſed cum eius ſit ſubtilitatis, ut haud etiam omnium impleat oculos; abrumpere ſatius eſſet; niſi viderer ei commodè adtexere poſſe iſthæc florida M. Tullij pro Marcello: *Nulla eſt tanta vis, tanta copia, quæ non ferro, ac viribus debilitari, frangiq́ poſſit. Verum animum vincere, iracundiam cohibêre, victoriam temperare, aduerſarium nobilitate, ingenio, virtute præſtantem non modò extollere iacentem, ſed etiam amplificare eius priſtinam dignitatem, hæc qui faciat, non ego eum cum ſummis viris comparo, ſed ſimillimum Deo iudico. Itaq́, C. Cæſar, bellicæ tuæ laudes celebrabuntur, illæ quidem non ſolum noſtris, ſed pæne omnium gentium litteris, atq́ linguis; neq́ ulla umquam ætas de tuis laudibus conticeſcet. Sed tamen eiuſmodi res, neſcio quomodo, etiam dum audiuntur, aut dum leguntur, obſtrepi clamore militum videntur, & tubarum ſono. At verò cùm aliquid clementer, manſuetè, iuſtè moderatè, ſapienter factũ, in iracundiâ præſertim, quæ eſt inimica conſilio, & in victoriâ, quæ naturâ inſolens, & ſuperba eſt, aut audimus, aut legimus, quo ſtudio incendimur, nõ modo in geſtis rebus, ſed etiam in fictis? vt eos ſæpe, quos numquam vidimus, diligamus. Te verò quem præſentem intuemur, cuius mentem, ſenſusq́, & os cernimus, ut quidquid belli fortuna reliquum reip. fecerit, id eſſe ſaluum velis, quibus laudibus efferemus? quibus ſtudijs proſequemur, quâ beneuolentia complectemur? parietes medius fidius, C. Cæſar, ut mihi videtur, huius curiæ tibi gratias agere geſtiunt.* Sic orator ſummus cui meritò ſubnectam concionatorem oris aurei Iohannem. ita enim ipſe Ανδριαντ. κα: Μὴ τοίνυν τοῦτο νομίσῃς, ὡς χείρους ἔσονται αἱ λοιπαὶ πόλεις, οὐκ αὐτὰς κατασκάψας τὰς πόλεις, οὕτως αὐτὰς ἐσωφρόνισας, ὡς νῦν διὰ τὸ ἄδηλον τῶν ἐσομένων προσδοκίας σφοδρότερον πάσης κολάσεως παιδεύσας αὐτάς. μηδὲ περαιτέρω προσενέγκῃς αὐτοῖς τὰς συμφοράς, ἀλλὰ δὸς ἀναπνεῦσαι λοιπόν. τὸ μὲν γὰρ κολάσαι τοὺς ὑπευθύνους, καὶ δίκην ἀπαιτῆσαι τῶν πεπραγμένων, ῥᾴδιον παντὶ καὶ εὔκολον· τὸ δὲ φείσασθαι τῶν ὑβρικότων, καὶ συγγνώμην δοῦναι τοῖς ἀσυγγνωστὰ ἡμαρτηκόσιν, ἐ-

κές πα

Digitized by Google

νόσπους καὶ δεύτερον μόλις ἐστὶν, καὶ μάλιστα ὅταν βασιλεὺς ὁ ὑβρισμένος ᾖ. καὶ τῷ φόβῳ μὲν ὑποτάξαι πόλιν εὔκολον· τὸ δὲ πάντας ἐραστὰς κατασῆσαι, καὶ μετ᾽ εὐνοίας πεῖσαι διακεῖσθαι περὶ τὴν βασιλείαν τὴν σὴν, καὶ μὴ μόνον κοινὰς, ἀλλὰ καὶ ἰδίας ὑπὲρ τῆς σῆς ἀρχῆς ποιεῖσθαι εὐχὰς, δυσκατόρθωτον, κἂν μυρία τις ἀναλώσῃ στρατόπεδα, κἂν ὁτιοῦν ἐργάσηται, οὐκ εὐκόλως τὴν τοσούτων ἀνθρώπων διάθεσιν πρὸς ἑαυτὸν ἐπισπάσασθαι δυνήσεται, ὃ νῦν ῥᾴδιον ἔσται καὶ εὔκολον· οἵ τε γὰρ εὐεργετηθέντες, οἵ τε ἀκούσαντες ὁμοίως τοῖς εὐεργετηθεῖσι περὶ σὲ διακείσονται. πόσων ἂν ἐπρίω χρημάτων, πόσων ἂν ἐπρίω πόνων ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἀνακτήσασθαι, καὶ πεῖσαι τούς τε νῦν ὄντας ἀνθρώπους, τούς τε ἐσομένους ἅπαντας, ὅσα τοῖς αὐτῶν εὔχονται παισὶ, τοσαῦτα καὶ τῇ σῇ κεφαλῇ: *Ne igitur hoc cogites, quòd peiores ſint futuræ ciuitates reliquæ. Non enim ſi ciuitates euertiſſes, ſic eos caſtigaſſes, ut nunc per incertam futurorum expectationem, omni ſupplicio vehementius ipſos puniens. Ne igitur ipſis vlterius calamitates producas, ſed iam reſpirare concedas. Subditos nempe caſtigare, & geſtorum exigere pœnas, facile penitus & promptum: his verò qui contumelias intulerunt, parcere, & his qui veniâ patrauerunt indigna, veniam dare, vnius & vix alterius eſt, & maximè cum rex ſit contumeliam paſſus. Et ciuitatem quidem metu ſubdere facile: omnes autem amatores conſtituere & perſuadere, ut in regnum tuum ſe beneuolè habeant, & non tantum communes, verùm & priuatas pro tuo preces imperio faciant, difficile: licet infinitas quis expendat pecunias, & innumeros exercitus moueat, & quicquid operetur, non facile tot hominum affectionem ad ſeipſum attrahere poterit; quod nunc tibi facile erit & leue. Nam & beneficijs affecti & qui audierint, pariter cũ beneficio affectis erga te beneuole diſponentur. Quot pecunijs emiſſes, quot emiſſes laboribus, breui temporis momento totum orbem acquirere, & omnibus futuris perſuadere, quanta filijs ſuis optant, tanta & capiti tuo optarent?* O præclaras voces! & quibus iure adponi merentur illæ D. Nazianzeni Orat. πρὸς ἄρχοντα ὀργιζόμενον: Χριστῷ συνάρχεις, Χριστῷ καὶ συνδιοικεῖς, παρ᾽ ἐκείνου σοι τὸ ξίφος, οὐκ εἰς ἔργον, ἀλλ᾽ εἰς ἀπειλὴν, ὃ καθαρὸν ἀνάθημα τῷ δεδωκότι φυλάσσοιτο. εἰκὼν εἶ τοῦ θεοῦ, καὶ εἰκόνα διὰ χειρὸς ἄγεις, ἐνταῦθα οἰκονομουμένην, καὶ πρὸς βίον ἄλλον μεθισταμένην, εἰς ὃν πάντες μεταβησόμεθα, μικρὰ παίξαντες, ἐν τῷ τῆς ζωῆς τούτῳ, εἴτε δεσμωτηρίῳ, εἴτε σταδίῳ, εἴτε προχαράγματι, εἴτε σκιάσματι: *Cum Chriſto imperium geris, cum Chriſto munus hoc adminiſtras. Ab illo gladium accepiſti, non tam ut eo utaris, quàm ut mineris ac terreas. Quare tibi videndum eſt, ut illum, tanquam donarium quoddam purum & integrum, ei, qui dedit, ſerues. Imago Dei es: verùm imaginem quoque Dei regis; quæ quidem hîc certâ diſpenſatione gubernatur, ad aliam autem vitam migrat, ad quam omnes quoque concedemus, poſteaquam in hoc vitæ carcere, vel ſtadio, vel præſignatione, vel adumbratione, aliquantiſper luſerimus.* Seuerè D. Gregorius. Cordatè verò Damaſcenus cap. XXV. de Barlaam & Ioſaphat: *Qui magnam*

mirum quam proficiat in prælio ▪ 133.&c.
Dux ipſe ne temerè manu vtatur in prælio 91.&c.
Dux modò ſi ſupereſt, licet omnibus exutus, bellum nōdum profligatum 83.&c.
Dux pro belli initiis, aut timetur, aut ſpernitur 72 73.&c.
Dux patientiâ ſuâ totum ſuſtinet exercitum 121
Dux victus cur facilè adjutores inveniat, 84.86.88
Exemplum ducis, quanti valeat in militibus 120.&c.
Exercitui noxia, vel præfecti cuiuslibet egregij mors 101
in Exercitu minus poſitum, quàm in duce 83.&c.
Exercitus vix ullus, qui ſublato duce vicerit, & quare 102
Eventum pugnæ indicari clamore 108
Fama circumſpectè cuſtodienda 68
Fama poſteris quantum commodet 67
Fama, pace, belloque, regnor. rerumq; publ. tutela 63. &c.
Fama vulnerati occiſive ducis exercitui exitioſa 91.&c.
Fato parricidia imputata 26
Fatū ducis, fatum exercitus 96
Felicitas populi, principi imputata 9 &c.
Fortiſſimum quemque ſolet Mars pignerare 117
Fratrum lites 24
Fugere viſi qui recedebāt 78.79
Genij ciuitatum, ac prouinciarum, ipſi principes 15
Gloria maiorum, ſæpè & poſteros metuendos efficit 67
Homini cur inditum favere læſis & afflictis 84.85
Hoſtes clamore debellati 103.&c.
Hoſtes fulgore armorum territi 115
Hoſtes non ſemper ex impetu æſtimandi 76
Hoſtes vno prælio adverſo plerunque fracti 118
Hoſtiū ager quando vaſtandus, quando non 138.&c.140.&c.
Hoſtium agros interdum penitus vaſtare neceſſe 139
Imperator. *Quæ huc ſpectant, ſub Ducis titulo habes.*
Imperii onus. 36. ei multos ſuccumbere 37
Imperiis ſuis etiam adſit modus 149.&c. alias citò ruent 155.&c.
Imperio magno moderatè vti, difficilè 43
Imperium retinere plus quam facere 149
Impetu minimè bellandum, ſed perſeverantiâ 77.&c.
Inferiorib. favor: ſuperioribus invidia comes 85
Initiis belli maximum momētum, vt dux vel timeatur, vel ſpernatur 72.&c.
Initia magiſtratuum, meliora fine 28.&c.
Inopia ſæpè frenum magiſtratuum pravitati 41
Iuſtitiam vel iniuſtitiam principis imitatur quoque populus 53.56
Laudes ſeculi, laudes principis 16
Licentia, malos facit principes 38.&c.
Luxuriante principe, luxuria capitur populus quoque 54
Magiſtratus erūpunt in malitiam, quam antea inopes occultaverant 42.44.&c.
Magiſtratus malos ſæpè continet pudor ac metus 31
Magiſtratus cur non permaneant tales, quales fore ſpondent initio 30.&c.
Magiſtratus oſtendere virum, ſed & corrumpere 36.&c.
Magiſtratus, vitia & malitiam diſſimulatam oſtendit 31.&c.41.&c.44.
Magiſtratus tenuiores, neceſſitate boni 41.44
Magiſtratuum initia meliora fine 28.29.&c.
Majeſtatis vis 1
Majorum gloria, & poſteris prodeſt 67
Mala temporum, cur ſuppreſſa & ſilentio involuta 18
Metu, magiſtratuum malitia inſita, ſæpè reprimitur 31. 32. nunc orto à domeſticis 33. nunc ab extraneis 34
Miles habeat vocem vaſtam 106
Milites aut capti ſemel aut victi, cur inutiles 116 &c.
Milites raptim ducendi, ſi abſtinere debeant 147.&c.
Milites, quibus deeſt rerum copia, ægrè à rapinâ abſtineant 148
Milites, *vide titulo*, Exercitus.
Militum abſtinentia, rapinaque duci imputanda 138.&c.
Militum tum demum ſumma promptitudo ſi dux præeat 120.&c.
Miſericordia, non cauſſam, ſed fortunam ſpectat 85
Moderatione vim prudenter temperant hoſtes 76
Moderatio in ſumma potentia, res difficilis, & rara 42.&c.
Modus omnium rerum 150 etiam imperiorum 149.&c. aliàs celeriter labūtur 155.&c.
Mores principum, mores populi 47.&c.
Morum ſimilitudo, amicitiam iungit 49
Multi quod ſimul peccavêre, omnium pœna idcirco non rectè ſequatur 158.&c.
Natura trahit imbecillius ad imitationē excellētius 52
Nimis magna ruunt 150. &c.
Nox auget clamorem, & efficit horribiliorem 107.108
Oculi primi in præliis vincūtur 114
Oculorum vis, pellendis hoſtibus 110.&c.
Pacem interdum petit hoſtis, quamvis cogere poſſit 76
Parentibus quātum debeamus 20.21.&c.
Parricidium, per naturam fieri non creditum 26
Perſeverantia bellandū 77.&c.
Pietatis principis, ſectator & populus 53
Philoſophante principe, populus philoſophatur 61.62

Pœna plurium non eſt pœna, ſed peſtis. 158.&c.
Populi bona, malaq́; , cur principi imputata 9.&c.
Populi quidam rege ſuo mutilato, & ipſi ſe mutilavêre : imò ipſi commortui 51.52
Populus ſectatur mores principis 47.&c.
Populus principem, vt præſtantiorem, vel naturæ ductu ſequitur 50
Populus totus ſi delinquat, non ideò totus puniēdus 158. &c.
Populus, vt membra à capite, ſic à principe pendet 50
Potentia, rarò cum moderatione coniuncta 42.43
Præfectorum felicitas & infelicitas à principe 4.&c.
Prælio aduerſo hominum animi deiiciuntur 117
Princeps caput : ſubditi membra ſunt 50
Princeps nec dicto, nec facto, nec cogitatione violandus 19 &c.
Princeps, populi ſui anima ac ſpiritus 51
Princeps transfert autoritatem in duces 4.&c.
Princeps qualiſcunque tolerandus 28
Principatus [illegible] cur nõ reſpondea[illegible] 28.&c.
Principem [illegible]olare, graviùs quam parentem 26
Principem penes, ne graſſentur morbi, ne fiant naufragia, incēdia, terræmotus, &c. 9.&c.
Principes qui inſtituūt, eos ferè bonos efficiunt aut malos 47
Principes, provinciarum ac civitatum Genii 1
Principes, imperio ſæpè corrupti 36.&c.
Principes qui inimicos radicitus euellere cupiunt, parum lucrantur, præter titulum crudelium 174.&c.
Principes rari, qui non quod libet, & licere ſibi putēt 41.&c.
Principes præparantur ad caſum, nunc ab imperii onere, nunc à deliciis 37.38 &c.
Principia belli, iudicant de fine 72 &c.
Principi imputata bona, malaque populi 9.&c.
Principis ſalus, publica ſalus 27
Principis, ſervare ſupplices tam ſuos, quam hoſtes 170
Principis maieſtas à diuinâ ſecunda 1
Principum mores quales, tales & populi 47.&c.
Pudore, ſæpè in magiſtratuum inſita malitia cohibetur 31.32.33
Pugnam ferè omnes nationes auſpicatæ à clamore 105
Pugnæ eventus ex clamore 108
RApace principe, talis & populus 56
Rapina militum à duce origiginem trahit 138
Reges, parentes publici 20
Reges, ſacroſancti ibid.
Regnor rerumq́; public. tutela, & pace, & bello, fama, 63, &c.
Regnorum columnæ, auſpicia 1.2.&c.
Regnorum modus ſit 140.&c.
Regreſſus, multis pro fugâ acceptus 70.79
Religionem principis, amplecti ſolet & populus 53.59
Rerum publicarum columnæ, auſpicia 1.2.&c.
Retrocedere, in prælio ſæpe periculoſiſſimum 71.79.
Rex. *Invenies adnotata ſub Principis titulo.*
SEculi calamitas, & dedecus ſilentio ſuppreſſa 18
Seculi laudes & vituperia, principem, qualis ſit, indicant 16
Servitus homini generoſo morte gravior 180
Similitudo morum, amicitiæ fundamentum 49
Splendor armorum, exſternando hoſti 113
Superiorum, invidia & odium ſequitur 86
TEmporis felicitas, infelicitasque, principi imputata 9.&c.
Timoris vis mira 111
Timor, clamoris obſtaculum 109
Tolerantia ducis, ſalus exercitus 121
VEni, vidi, vici, Iulii Cæſaris 114
Victi, cur non rarò fautores inveniant 85
Victorum vita plena dedecoris 179
Victoria, clamore parta 103.&c.
Victus ſemel miles, deinceps inutilis 116.&c.
Viros oſtendit magiſtratus, & corrumpit 36.&c.
Vir generoſus ignominiæ, & quicquid libertatem minuit, impatiens 178
Viribus non perpenſis bellum ſumere, & non relinquere, turpe & periculoſum 79.&c.
Virtutes principis, ſectatur populus 58.&c.
Vitia corporis in rege ſuo aulici imitati, ſed & animi 52 &c.
Vitia principum, ſectatur deinde populus 53 &c.
Vituperia ſeculi : vituperia principis 16
Vivendi cupiditas magnorum ducum claritudinem obfuſcat 180
Vocis impedimentum timor 109
Vrbes captæ, ſi non evertantur, magis nobilitant victoriam 177.&c.
Vulgi conditio aurea præ principum 40
Vulnus ducis, occidit exercitum 96
Vultum non ſuſtinent, eius in quem peccavêre, conſcii & timidi. 110 111

FINIS.

IANI GRVTERI
varii diſcurſus;
Sive
Prolixiores Commentarii
ad aliquot
inſigniora loca
TACITI.
atque
ONOSANDRI.

Pars altera.

In bibliopolio Commeliniano.

Digitized by Google

Digitized by Google

Sueti aduerſus fortuita aſpectu Principis refoueri.
Lib. x v. Annal.

SCRIBIT Ariſtoteles lib. I X. Ethic. cap. X I: Αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ ὁρᾶν τοὺς φίλους, ἡδὺ, ἄλλως τε καὶ ἀτυχοῦντι, καὶ γίνεταί τις ἐπικουρία πρὸς τὸ μὴ λυπεῖσθαι. παραμυθητικὸν γὰρ ὁ φίλος καὶ τῇ ὄψει, καὶ τῷ λόγῳ, ἐὰν ᾖ ἐπιδέξιος: *Amicorum enim conſpectus, præſertim calamitoſo, iucundus eſt, magnoque ad ſedandum ac tollendum dolorem adiumento. Ineſt enim in amico vis quædam conſolandi, tum aſpectu, tum ſermone, ſi ſit commodus & urbanus.* Quæ nunquam lego, quin etiam extemplò recorder verſuum Philemonis:

Τί ποτ' ἐστὶν ἄρα διότι βούλεταί μ' ἰδεῖν;
Ἢ, καθάπερ οἱ νοσοῦντες, ἀλγοῦντες σφόδρα,
Τὸν ἰατρὸν ἂν ἴδωσιν, οὐκ ἀλγοῦσ' ἔτι.
Οὕτως ἐπάν τις τυγχάνῃ λυπούμενος,
Ἧττον ὀδυνᾶται, φίλον ἐὰν παρόντ' ἴδῃ;
Cuius videre vult rei me gratia?
An ſicut ægri, quos premit gravis dolor,
Medicum ubi viderint, dolère deſinunt:
Sic quando mœror quempiam occupaverit
Adeſſe amicum ſi videt, mœret minus?

Quorum vim cùm excutio; haudquaquam miror, ita acquieſcere Principi ſuo vulgus; ut eo præſente nihil ferè ſibi uſpiā metuat mali, ne in ſummâ quidem calamitate. Quippe ſi ab amico, ab medico, tantum nobis pollicemur; quid ni omnia ſperemus de poteſtate illá quæ hoc cum Deo putatur habere commune, ut *cuncta ſupercilio moueat?* Sanè quemadmodum ubi

---- pater Superum proſpexit ab æthere terras;
Ecce viget, quodcunque videt, mundum reparaſſe
Adſpexiſſe fuit. ſolus fovet omnia nutus: Sidon. in Auitum.

Sic regibus ſimiliter omne ſtatim -- *quicquid voluere peractum eſt.* Cui ſenſui non inconcinnè Mamertinus Panegyr. ad Iulianum Imp: *Scire ſatis eſt cunctas Macedoniæ, Illyrici, Peloponneſi ciuitates unis aut binis epiſtolis maximi Imperatoris induiſſe novatis mœnibus iuventutem.* Nec inconſideratè A-

Digitized by Google

riſtides Orat. de Smyrnâ ad Impp. Romanos: ὅταν γε μὴν ἐνθυμηθῶ πρὸς ἐμαυτὸν ὅτι τῶν πάλαι τις αὐτοκρατόρων παίζων, ὡς λέγεται, μεταξὺ παρεφθέγξατο, μὴ βούλεσθαι Νασαμῶνας εἶναι, ἔπειτα ἀπώλοντο οἱ Νασαμῶνες, οἶμαι περί γε ὑμῶν εἰκότως ἂν ἐλπίζειν ὅτι σπουδάζοντες, καὶ τοῖς ὑμετέροις αὐτῶν ἤθεσι χρώμενοι, καὶ τοσοῦτον μόνον εἰπόντες καὶ προδείξαντες, ὅτι βούλεσθε Σμύρναν εἶναι, ταχέως ἅπασιν ἡμῖν ὃ ποθοῦμεν δείξετε: *Atque cum apud me cogito veterum Imperatorum quendam interim dum talis luderet, ita dixiſſe, Nolo Naſamones eſſe; deinde periiſſe Naſamones; meritò de vobis hoc videor ſperare poſſe, ſi operam detis & veſtris utamini moribus, atq; hoc ſolum prædixeritis, vos velle Smyrnam eſſe; breui omnes optata viſuros eſſe.* Alluſitque rotundè Apuleius lib. VII. Metam: *Deniq; noluit eſſe Caſar Hæmi latronis collegium; & confeſtim interiit. tantum poteſt nutus etiam magni Principis.* Sed & in encomio Andronici ſenioris collocat Gregoras: Οὕτω καὶ βουλεύῃ καὶ διατίθης, ὡς οὐδ' ἔνι οὐδενὶ τῶν ἁπάντων ἐνθυμηθῆναι πρὶν πληρωθῆναι. οὕτω μὴν ῥᾳδίως, ὡς ἔργον εἶναι μᾶλλον οἷς ἔνι πειρωμένοις λόγῳ διεξιέναι, ἢ σοὶ ἔργῳ πληροῦν: *Ita tu quidem & deliberas & disponis omnia, ut nemo omnium prius illa cogitare poſſit, quàm perfecta fuerint: idque adeò facilè; ut difficilius ſit aliis ea commemorare, quàm tibi adminiſtrare.* Atque ea quidem vulgi æſtimatio: quam item expreſsè produxit Ammianus in Iuliano appropinquante Viennæ lib. XV: *Communiumq; remedium ærumnarum in eius locabat aduentu, ſalutarem quendam Genium adfulſiſſe conclamans, nec ſequius arbitrata.* Nec diſſimulavit eam Ioſephus ubi agit de ſe & Iotapatanis, lib. γ. Ἁλώς. cap. 18: Παῖδες γοῦν καὶ γέροντες, καὶ γύναια νηπίων ὀδυρόμενα προσέπιπτον αὐτῷ, καὶ τοῖς ποσὶν ἐμπλεκόμενοι πάντες εἴχοντο, καὶ μετὰ κωκυτῶν κοινωνὸν σφίσι τῆς τύχης μένειν ἱκέτευον, οὐ φθόνῳ τῆς ἐκείνου σωτηρίας, ἔμοιγε δοκεῖν, ἀλλ' ἐλπίδι τῆς αὐτῶν. οὐδὲν γὰρ ἠξίουν πείσεσθαι δεινὸν, Ἰωσήπου μένοντος: *Denique pueri & ſenes, itemq; muliercula cum infantibus flentes ad eius pedes accidebant, eumque omnes complexi tenebant, & ut fortuna ſocius ſibi remaneret, cum ululatibus ſupplicabant: non inuidiâ ſalutis eius, quantum ego arbitror, ſed propriâ ſpe. nihil enim ſe mali, remanente Ioſepho, exiſtimabant eſſe paſſuros.* Et haud aliâ de cauſsâ Suetonio ſcriptum de Tiberio Capreis agente cap. XL: *Statimque reuocante aſſiduâ obteſtatione populo propter cladem quâ apud Fidenas ſupra XX, hominum millia gladiatorio munere Amphitheatri ruinâ perierant; tranſiit in continentem, poteſtatemq; omnibus adeundi ſui fecit.* Similiter & Capitolinus in vitâ M. Anton. Philoſophi: *Sed interpellauit iſtam felicitatem ſecuritatemque Imperatoriam, prima Tiberis inundatio, quæ ſub illis grauiſſima fuit: quæ res & multa urbis ædificia vexauit, & plurimum animalium interemit; & famem grauiſſimam peperit. quæ omnia mala Marcus & Verus ſuâ curâ & præſentiâ temperárunt.* Imò diſertè Liuius de Romanis deprehenſis ad Furculas Caudinas, lib. IX: *Ad Conſules mæſtos, ne aduocantes quidem in*

dem in conſilium (quando nec conſilio nec auxilio locus eſſet) ſuâ ſponte legati ac tribuni conueniunt; militesq; in prætorium verſi, opem quam vix Dii immortales ferre poterant, ab ducibus expoſcunt: Quin & eius Ducis præſentia petita, cuius incuriâ ipſi pereuntes peribant. Plutarchus in vita Craſſi: Τοῦ δὲ Κράσσου, καίπερ αἴτιον ἁπάντων νομίζοντες ἐπόθουν ὅμως τήν τε ὄψιν καὶ τὴν φωνὴν: *Craſſi vero, etſi omnium eum calamitatum auctorem exiſtimarent, conſpectum & vocem deſiderabant tamen.* Et hoc fuit, cur Varronis adventum haud etiam ingratum habuerit Senatus populuſque Romanus poſt cladem Cannenſem: etſi aliorſum trahere nitatur Val. Maximus lib. III. cap. IV: *Miro quoq; gradu Varro ad conſulatum ex macellariâ patris tabernâ conſcendit: Et quidem fortuna parum duxit ſordidiſſimæ mercis capturis alito, XII. faſces largiri; niſi etiam L. Æmilium Paullum dediſſet collegam: Atque ita ſe in eius ſinum infudit, ut cùm apud Cannas culpâ ſuâ vires populi Romani exhauſiſſet, Paullum, qui prælium committere noluerat, occidere pateretur; illum in urbem incolumem reduceret. Quinetiam Senatum gratias ei agentem, quod redire voluiſſet, ante portas eduxit: extuditq; ut grauiſſimæ cladis auctori etiam Dictatura deferretur.* Candidiore iudicio Silius lib. 10. Punic. verſu 626:

Ergo omne effundit longo iam ſe agmine vulgus
Gratantum, magnâque actum ſe credere mente
Teſtantur, quod fiſus avis ſceptrisq; ſuperbis,
Laomedontiadum non deſperaverit urbi.

Nec alia ante ipſum opinione Liuius extremo libri XXII: *Adeò magno animo civitas fuit, ut Conſuli ex tantâ clade, cuius ipſe magna cauſſa fuiſſet, redeunti, & obuiam itum frequenter ab omnibus ordinibus ſit; & gratiæ actæ, quod de Rep. non deſperauiſſet; cui ſi Carthaginenſium ductor fuiſſet, nihil recuſandum ſupplicij foret.* Atque ex iſtis liquet quid momenti habeat prætextus Neronis apud Tacitum; omittentis peregrinationem: *Deſeruit inceptum, cunctas ſibi curas amore patriæ leviore dictitans. vidiſſe ciuium mæſtos vultus, audire ſecretas querimonias, quòd tantum aditurus eſſet iter; cuius ne modicos quidem egreſſus tolerarent: ſueti aduerſum fortuita aſpectu Principis refoueri.* Minusque habet adulationis quàm primo videtur aſpectu, verſus in Auguſtum Horatii, lib. IV. Oda V:

Lucem redde tuæ Dux bone patriæ.
Inſtar veris enim vultus ubi tuus
Adfulſit; populo gratior it dies,
Et ſoles melius nitent &c.

Sanè tantum poterat in exercitu, in prælio, adſpectus ducis, ut omnia in eo poneret miles. quod ipſum licet alibi item attigerim; libet heîc iterum renouare; aliorum tamen Scriptorum auctoritatibus; ne quis obiiciat repeti-

Digitized by Google

tam cramben. Huc itaque reſpexit Dux apud Arrianum Lib. I. Ἀναβασ. Ἀλεξ: Μέμνων ὁ Ῥόδιος παρῄνει μὴ διὰ κινδύνου ἰέναι πρὸς τοὺς Μακεδόνας, τῷ τε πεζῷ πολὺ προέχοντας σφῶν, καὶ αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου παρόντος, αὐτοῖς δὲ ἀπόντος Δαρείου: *Memnon Rhodius monuit non eſſe cum periculo confligendum cum Macedonibus, qui & peditatu ſuperiores eſſent, & præſentem haberent Alexandrum; ipſi verò Darium abſentem.*

ἐπεὶ πολὺ λώϊον ἄνδρες
ἔργῳ ἐπίχονται, ἐπὴν εἰσορόωσιν ἄνακτας:
——nam longe melius homines

Opus aggrediuntur, quando Principes in conſpectu habent. Nec hoc tantum; ſed incenduntur adſpectu eius, ut dixi, quod infinitis auctorum locis docemur, ut & iſtis Curtianis lib. IV: *Curru Darius, Alexander equo vehebatur. Vtrumq; regem delecti tuebantur, ſui immemores. quippe amiſſo rege nec volebant ſalui eſſe nec poterant. nam ante oculos ſui quiſque regis mortem occumbere ducebant egregium.* Nec aliud arguunt illa Plutarchi in Eumene: Ἀντίγονος δὲ παρὰ τῶν ἁλισκομένων ἀκούων τὸν Εὐμενῆ νοσεῖν, καὶ κομίζεσθαι, κακῶς διακείμενον, οὐ μέγα ἔργον ἡγεῖτο συντρίψαι τοὺς ἄλλους ἐκείνου νοσοῦντος. διὸ καὶ παρῆγε δὼν ἐπὶ τὴν μάχην πρεσοῆγε. ὡς δὲ τῶν πολεμίων εἰς τάξιν καθισταμένων παρελάσας κατεῖδε τὸ σχῆμα καὶ τὴν διακόσμησιν, ἐκπλαγεὶς ἐπέστη πλείω χρόνον· εἶτα ὤφθη τὸ φορεῖον ἀπὸ θατέρου κέρως ἐπὶ θάτερον διαφερόμενον. γελάσας οὖν ὁ Ἀντίγονος, ὥσπερ εἰώθει, μέγα, καὶ πρὸς τοὺς φίλους εἰπών, Τοῦτο ἦν τὸ φορεῖον (ὡς ἔοικε) τὸ ἀντιπαραταττόμενον ἡμῖν, εὐθὺς ἀπῆγε τὴν δύναμιν ὀπίσω, καὶ κατεστρατοπέδευσεν: *Antigonus autem ex captiuis audiens implicitum morbo Eumenem, & lecticâ geſtari graviter affectum, haud magni negotii duxit laborante illo alios obterere. quapropter maturauit acie dimicare. Vt verò hoſtium inſtructorum prævectus figuram & ordinem eſt contemplatus, diu attonitus ſubſtitit. Mox lecticâ conſpectâ, quæ ab uno cornu ad alterum circumferebatur, cachinnatus ſuo more Antigonus, ait ad amicos, Hæc nimirum eſt lectica, quæ infeſta nobis ſtat. Inde agmen ilicò retrò reduxit, ac caſtrametatus eſt.* Hinc & de Mithridate rege ſauciato in prælio recenſet Appianus lib. de bellis eiuſdem: Ἕως Τιμόθεος αὐτοῖς ὁ ἰατρὸς ἐπισχὼν τὸ αἷμα, ἐπέδειξεν αὐτοῖς ἐκ μετεώρου· οἷόν τι ἐν Μακεδόσιν ἐν Ἰνδοῖς ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου δεδιόσιν, ὁ Ἀλέξανδρος αὑτὸν ἐπὶ νεὼς θεραπευόμενον ἐπέδειξεν: *Tandem Timotheus medicus cohibito ſanguine, ſublimem eis oſtendit: ſicut olim in Indiâ Macedonibus de Alexandro ſollicitis, rex ipſe in navi ſe curandum præbuit, ut eſſet ſpectaculo omnibus.* Quocirca & de Tito prodit Egeſippus lib. V. Excid. Hier. cap. XXXV: *Ipſe quoq; ſimul deſcẽdere volẽs revocabatur à ſuis, ne in anguſto nocturnis etiã plerumq; tẽporibus, quibus neceſſe erat inſidiantium fraudi occurrere, periculi aliquid in ſe excitaret, cùm amplius proficeret ſi ſpectator belli adeſſet, quò unuſquisq; promptius ſibi decernendum arbitraretur, ſub oculis Cæſaris prælia-*

turo. omnia enim quæ circa templum gererentur, velut in theatro quodam, ex loco Antonia deſuper viſebantur. Iterumque fine capitis: *Nocte plus erat periculi à ſuis. per diem Romanus vehementior aderat; quem totius ſpectator certaminis Titus vel tacitus urgebat.* Sed & multis retrò ſæculis Alexander apud Arrianum lib. II: Καὶ θεατὴς τῶν ἄλλων, ὅτῳ τι λαμπρὸν κατ᾽ ἀρετὴν ἐν τῷ κινδύνῳ ἐτολμᾶτο· καὶ ταύτῃ πρῶτον ᾗ ἐπιτέτακτο Ἀλέξανδρος, ἐλήφθη τὸ τεῖχος &c: *Et alios prout quiſque præclarum aliquod & periculoſum facinus edidiſſet, ſpectabat. atque eâ parte primum quâ premebat Alexander murus captus eſt.* Poſteriori quoque ævo Nicetas de Manuele lib III: Ἐποίει δ᾽ ἁμιλλᾶσθαι καὶ παραβολογώτερον Ῥωμαίους μὲν τὸ ὑπερφέρειν βούλεσθαι τῶν Λατίνων, καὶ κατὰ τὴν τῶν δοράτων ἀγκώνησιν, καὶ βασιλέως αὐτοῦ ὀφθαλμοὶ ἀγωνοθέται τῶν δρωμένων γινόμενοι: *Studia porrò Romanorum atque audaciam, æmulatio Latiniuſque præcellendi cupiditas, & Imperatoris oculi, iudices actorum incendebant.*. Quatenus; expreſſit Liuius, ubi Carthaginem oppugnat Scipio lib. XXVI: *Hortatur, imperat quæ in rem ſunt: quodq; plurimum ad accendendos militum animos intererat, teſtis ſpectatorque virtutis atque ignauiæ cuiuſque adeſt. itaq; in vulnera ac tela ruunt: neque illos muri neque ſuperſtantes armati arcere queunt, quin certatim aſcendant.* Quibus adnecti poteſt Choniatæ & iſtud lib. II. de Manuele Cōnneno: Καινότερον ἀεί τι παρὰ τῶν κακῶς παθόντων Ῥωμαίων προσεφευρίσκετο, φιλοτιμουμένων ἐπὶ ὄψεσι βασιλέως καὶ ἔργα χειρὸς ἀκμαίας ἐνδεικνυμένων, καὶ καρτερίαν ἐν τοῖς δεινοῖς. ἔτι δὲ μεθόδους, ἐν τοῖς ἀπόροις πολλὴν βαθυγνωμοσύνην ἐκείνων κατηγορούσας καὶ ἐμπειρίαν τῶν τακτικῶν: *Romani cladibus excitati, ſubinde noui aliquid in conſpectu Imperatoris excogitant, fortia facinora edunt, tolerantiam ærumnarum declarant, rationibus in re dubiâ inuentis. unde quanta calliditate, & rei militaris uſui valerent, elucebat.* Induunt nimirum Abradatæ ſpiritus, de quo vxor ſua Cyro lib. VII: Αὐτός τε εἶδ᾽ ὅτι οὗτος οὐ τοῦτο ἐνενόει ὅ,τι πείσοιτο, ἀλλὰ τί ἄν σοι ποιήσας χαρίσαιτο: *Et ipſe ſat ſcio, non quid ſibi accideret cogitabat; ſed quibus facinoribus editis tibi gratificaretur.* Quibus ſtabiliamus verba Syneſij lib. de regno: Πᾶς ἐθέλει πονεῖν ὑπὸ μάρτυρι βασιλεῖ: *Nemo ſi teſtem habeat laborum ſuorum Imperatorem, illos defugere ſolet.* & mox ſequentia: Καὶ τίς οὐκ ἂν αἵματος ἀφειδήσειε, βασιλέως αὐτὸν ἐπαινέσοντος; *Quis non prodigus in ſanguine ſuo profundendo, ſi laudatorem habeat Imperatorem, futurus eſſe videatur?* Huic effectui alluſit verſus Virgilianus lib. IX:

Tum verò incumbunt. urget præſentia Turni;
Atq; omnis facibus pubes accingitur atris &c.

Nec aliâ de cauſſa Duces, ſine ſalutis propriæ curâ, notabiles ſe reddebant pugnantibus ſuis. Teſtatur Darius, lib. IV. Curtij: *Ipſe non patrio more ſolum, ſed etiam ut conſpici poſſim, curru vehor: nec recuſo quò minus imitemini me, ſi-*

Digitized by Google

me, ſiue fortitudinis exemplum, ſiue ignaviæ fuero. Cui accommodes Ouidianum diſtichon lib. IV. de Ponto Eleg VII. ad Veſtalem:

——conſpicuus longè fulgentibus armis,
Fortia ne poſſint facta latere, caves!

De Germanico quoque Tacitus lib. II. Annal: *Quin & Inguiomerum tota volitantem acie, fortuna magis quàm virtus deſerebat. & Germanicus, quo magis noſceretur, detraxerat tegimen capiti orabatq; inſiſterent cædibus &c.* Hûc quadrare videtur locus Appiani lib. IV. de bel. civ: Καὶ Κάτων ὁ Κάτωνος, ἐμπίπτων ὅδε τοῖς πολεμίοις πολλάκις, εἶθ' ὑποχωρούντων, ἀναλύσας τὸ κράνος, ἵνα ἢ γνώριμος ἢ εὐάλωτος, ἢ ἀμφότερα εἴη: *Et Cato Catonis illius filius ſæpe ingerens ſe hoſtibus, poſtremò depoſitâ galeâ. ſiue ut agnoſceretur, ſiue ut periret facilius, ſiue utraq; de cauſſâ. &c.* Eſt ergo quod omnibus rideamus cachinnis tenebrionem illum Polyæni lib. VII: Παρισάδης Πόντου βασιλεὺς, ἐν ἄλλῃ μὲν ἐσθῆτι τοὺς στρατιώτας ἐξήταζεν· ἐν ἄλλῃ δὲ πρὸς πολεμίους ἐκινδύνευεν· ἄλλῃ δὲ εἰ φυγῆς καιρὸς ἦν, ἔφευγεν· ἐκτάττων μὲν γὰρ ἐβούλετο εἶναι πᾶσιν ἐπιφανής· κινδυνεύων δὲ μηδενὶ τῶν πολεμίων καταφανής· φεύγων δὲ μήτε τοῖς οἰκείοις, μήτε τοῖς ἐναντίοις γνώριμος: *Pariſades rex Ponti aliam veſtem habere ſolebat, cùm militum inſpectionem faceret, aliam, cùm periculum adverſus hoſtes ſubiret: in aliâ, ſi quando fugam tempus poſtularet, fugiebat. Nam ordines inſtruens ab omnibus cognoſci: periclitans, nemini hoſtium notus eſſe: fugiens autem, neque ſuos neque hoſtes ſcire, quis eſſet, voluit.* O leporem galeatum! parumque gnarum in rebus extremis ſubveniſſe ſæpe admodum ſalutariter toti exercitui nutum Ducis læti ac confidentis. Quapropter optimè inter alia præcipit ductori ſuo Onoſander cap. XIII: Ὅτ' ἂν δέ τις ἐμπίπτῃ δυσθυμία στρατεύμασι καὶ φόβος, ἢ συμμαχίας τοῖς πολεμίοις ἀφιγμένης, ἢ προπτώματος εἰς αὐτοὺς γεγονότος, ὁ στρατηγὸς τότε δεῖ μάλιστα τοῖς στρατιώταις ἱλαρὸς, καὶ γεγηθὼς, καὶ ἀκατάπληκτος φαίνεσθαι. αἱ γὰρ ὄψεις τῶν ἡγεμόνων συμμετασχηματίζουσι τὰς ψυχὰς τῶν ὑποτεταγμένων. καὶ στρατηγοῦ μὲν εὐθύμου, καὶ ἱλαρὸν βλέποντος, ἀναθαρρεῖ καὶ στρατόπεδον, ὡς οὐδενὸς ὄντος δεινοῦ. καταπεπληχότος δὲ καὶ λυπουμένου, συγκαταπίπτουσι ταῖς διανοίαις, ὡς μεγάλου σφίσιν κακοῦ προφαινομένου. διὸ χρὴ πλέον τῷ σχήματι τοῦ προσώπου στρατηγεῖν τὴν τοῦ πλήθους ἀθυμίαν, ἢ τοῖς λόγοις παρηγορεῖν. λόγοις μὲν γὰρ πολλοὶ καὶ ἠπίστησαν, ὡς τοῦ καιροῦ πεπλασμένοις ἕνεκεν. ὄψιν δὲ θαρσοῦσαν ἀνυπόκριτον εἶναι νομίζοντες, ἐπιστώσαντο τὴν ἀφοβίαν: *Si quando pavor aliquis aut metus exercitum inuaſit, vel quia novâ ſociorum acceſſione hoſtium numerus accrevit, vel quia potior quodammodo genius illorum videtur; tum maximè Imperator hilarem, lætum, ac intrepidum vultum militibus oſtendat. Nam ad Imperatoris adſpectum, quaſi ad exemplum, ceterorum animi conformantur. Et magnanimi hilariſque Ducis confidentiores copiæ ſunt; nempe quaſi nihil ſit periculi: contra ſi pavidus ille ac mæſtus appareat, animos ſimul abiiciunt, velut maiore quâdam malitate impendente. ideoque*

ſatius

ſatius erit decorâ & ſuavi vultus compoſitione multitudinis pectora erigere, quàm verbis & concionibus adhortari. nam illis ut è re natâ confictis plerique diffidunt. At verò cùm ſerenam ac ſecuram Imperatoris frontem contuentur, ſimplicem non ſimulatam eſſe exiſtimantes, metum quoque omnem abeſſe debere, perſuaderi ſibi facile patiuntur. Ita Onoſander: quibus detegit vim miſerationis Plutarchi in Gracchis, quâ proſequitur trepidationem Mancini, ὑπὸ τῶν κακῶν οὐδ' ἑαυτὸν ὡς στρατηγός ἐστιν ἐπιγινώσκοντος: *qui ob ærumnarum molem, ne ipſe meminerat ſe eſſe ducem.* Eo enim ſermone indicat, multò minùs ſui meminiſſe ipſum militem. Valet enim ibi Vegetianum dictum lib. III. cap. XXIII: *Neceſſe eſt ad fugam parati ſint, qui Ducem ſuum ſentiunt deſperare.* At deſperat cui vel frons trepida, vel oratio. neque enim ſufficit alterutrum. certe non oratio ſola. Verè namque pronuntiat Achilles Tatius libro. VI. Leucippes: ὁ γὰρ νοῦς οὔ μοι δοκεῖ λελέχθαι καλῶς ἀόρατος εἶναι τὸ παράπαν. φαίνεται γὰρ ἀκριβῶς ὡς ἐν κατόπτρῳ τῷ προσώπῳ. ἡσθείς τε γάρ, ἐξέλαμψεν τοῖς ὀφθαλμοῖς εἰκόνα χαρᾶς. καὶ ἀνιαθεὶς, συνέστειλεν τὸ πρόσωπον εἰς τὴν ὄψιν τῆς συμφορᾶς: *Vt illud mihi non rectè dictum videatur,* MENTEM *omnino cerni non poſſe: in vultu enim tamquam in ſpeculo, perfectè cernitur. Nam ſi læta fuerit, ipſa proculdubiò lætitia in oculis relucet: ſin verò triſtis, contrahitur frons, ægrimoniamque ipſam refert.* Huc reſpicit libro Livii XXI verſus Scipionis ad milites: *Non vereor ne quis me hoc veſtri adhortandi cauſsâ magnificè loqui exiſtimet; ipſum aliter animo affectum eſſe. Licuit mihi &c.* Et turpiter heîc deprehenſus Domitius, teſte Cæſare lib. I. civil: *Literis perlectis, Domitius diſſimulans, in concilio pronuntiat, Pompeium celeriter ſubſidio venturum: hortaturq. eos, ne animo deficiant, quæque uſui ad defendendum oppidum ſint, parent. Ipſe arcanè cum paucis familiaribus ſuis colloquitur, conſiliumque fugæ capere conſtituit. Cùm vultus Domitij cum oratione non conſentiret, atque omnia trepidantius, timidiusque ageret, quàm ſuperioribus diebus conſueſſet, multumque cum ſuis conſultandi cauſa ſecretò præter conſuetudinem colloqueretur, conſilia conventuſque hominum fugeret res diutius tegi, diſſimulariq. non potuit &c.* Nec confirmatè ſatis Cn. Pompeius. ut quidem placuit Lucano, lib. VII. Pharſal:

Vidit ut hoſtiles in rectum exire catervas
Pompeius, nullasq. moras permittere bello,
Sed Superis placuiſſe diem; ſtat corde gelato
Attonitus, tantoque Duci ſic arma timere
Omen erat. premit inde metus.

Omninò verò præter perſonam ſuã Iaſon apud Valeriũ. lib III. Argonaut:

Ipſe etiam Aeſonides (quamquam triſtiſſima rerum
Caſtiganda Duci, vultuque premenda ſereno)

Dulcibus indulget lacrimis, aperitq́; dolorem.

Graviter item impegit Pythagoras apud Livium lib. XXXIV: *Sed inter agenda hæc; pavorem iniectum adventu Romanorum diſsimulare haud quaquam poterat &c.* Plus etiam quam puerilis Taciti Vitellius lib. III. Annal: *Ad omnes nuntios vultu quoque & inceſſu pavidus, dein temulentus.* Proinde non ſine ratione Plutarchus in Demetrio de Antigono, die eo quo periit: ὑψηλὸς γὰρ εἶναι καὶ γαῦρος εἰωθὼς ἐν τοῖς ἀγῶσι, καὶ χρώμενος φωνῇ τε μεγάλῃ καὶ λόγοις σοβαροῖς, πολλάκις δὲ καὶ τῷ παρασκῶψαί τι καὶ γελοῖον εἰπεῖν, τῶν πολεμίων ἐν χερσὶν ὄντων, ἐπιδεικνύμενος εὐστάθειαν καὶ καταφρόνησιν, τότε σύννους ἑωρᾶτο καὶ σιωπηλὸς τὰ πολλά, καὶ τὸν υἱὸν ἀπέδειξε τῷ πλήθει καὶ συνέστησε διάδοχον: *Nam qui eſſe celſus in prælus & exultare conſueverat, & magnâ uti voce verbisque elatis, ſubinde etiam inſtante iam prælio per cavillum ridiculum quippiam iacere ad conſtantiam ſuam & contemptum hoſtium oſtendendum; tunc cogitabundus ferè & taciturnus conſpiciebatur, filiumque ſuum exercitui oſtendit commendavitque, ſucceſſorem deſignans.* Malum prorſus & omen & factum. Quocirca & nos in alia omnia ibimus, audiemusque Logothetæ datum conſilium à Gregorâ lib. VIII: Εἰ γοῦν μὴ διὰ σέ, ἀλλὰ τῶν ὅλων γε εἵνεκα, πρὸς τὸ χαριέστερον ἄμειβε μετὰ τῆς γλώττης ὅλον σαυτόν· μίμησαι τῶν κυβερνητῶν τοὺς χαριεστέρους, οἳ καὶ μελλόντων ἔτι καὶ παρόντων αὖθις τῶν δεινῶν, οὐδαμῇ κατηφὲς δεικνύουσι πρόσωπον, ἀλλ' εἰδότες ὡς ἐν τοῖς αὐτῶν ταμιεύονται χείλεσιν αἱ ζωτικαὶ τῶν συμπλεόντων ἁπάντων ἐλπίδες, ὥσπερ εὐθυμίας ἀεὶ διὰ γλώττης προτείνουσι τούτοις τράπεζαν, καὶ ἐπικροτοῦσι καὶ παραθαρρύνουσι καὶ ταῦτα τῆς μὲν θαλάττης πολλάκις κάτωθεν ὑβριζούσης, τῶν κυμάτων δ' ὑπὲρ πάντα Καύκασον ὑψουμένων, ὑετοῦ πρὸ ὀφθαλμῶν ἱσταμένου: *Si non tuâ, at aliorum cauſſâ, & linguâ tuam & te totum ad hilariorem habitum conformato. Imitare ſolertes gubernatores, qui & adventantibus & iam urgentibus periculis triſtitiam diſsimulant. Nam cùm ſciant ſpem ſalutis vectorum omnium à ſuis pendere labris, eos in ſpem bonam erigunt & confirmant: quamvis ſæpe & mare fundo exæſtuet imo, & præruptus aquæ mons ſupra caput aſtet, & imber violentus e nubibus erumpat, & diſcrimen ante oculos verſetur.* Verba in imas demittenda medullas Ducibus: utpote quibus ſe pares perpetuò præſtitere Rectores optimi. Vnde natum illud Virgilii:

Spem vultu ſimulat, premit alto corde dolorem.

Et ab eadem origine monitum Senecæ Polybio cap. XXIV: *Quod Duces magni faciunt, rebus adflictis, ut hilaritatem de induſtriâ ſimulent, & adverſas res adumbratâ lætitiâ abſcondant; ne militum animi, ſi fractam Ducis ſui mentem viderint, & ipſi collabantur, id nunc tibi quoque faciendum eſt. indue diſsimilem animo tuo vultum, & ſi potes proiice omnem ex te dolorem: ſin minus introrſum abde & contine, ne appareat; & da operam ut fratres tui te imitentur; qui honeſtum putabunt, quodcunque facientem viderint, animumque ex vultu*

tuo

Digitized by Google

tuo ſument. & ſolatium debes eſſe, & ſolator illorum. non poteris autem horum mœrori obſtare, ſi tuo indulſeris. Talis lib. x. Livii Papirius: *Illud memoriæ traditur, non fermè alium ducem lætiorem in acie viſum: ſeu ſuopte ingenio, ſeu fiduciâ benè gerendæ rei &c.* Talis Curtii libro x. Alexander: *Tantam fiduciam ſui militibus fecit; ut illo præſente nullius hoſtis arma nec inermes timuerint.* Deque eodem antea idem lib. IV: *Haud aliàs tam alacrem viderant regem; & vultu eius interrito certam ſpem victoriæ augurabantur.* Talis Scipio, qui poſt allocutionem militum, memorante Livio lib. XXX: *Adeo celſus hac corpore, vultuq; ita læto, vt viciſſe iam crederes, dicebat.* Fgregius quoque hac in re Ageſilaus, de quo in vitâ ipſius Xenophòn: Εἰώθει δὲ φοβούμενος μὲν, ἱλαρὸς φαίνεσθαι, εὐτυχῶν δὲ, πρᾷος εἶναι: *Et conſuefecerat ſe, ut quoties in metu eſſet, hilaritatem præ ſe ferret: rebus contra ſecundis humilis eſſet;* Dexter quoque ſimilibus caſibus Cæſar Iulius; præconio Lucani lib. x: verſ. 14.

——vultu ſemper celante timorem
Intrepidus.——

Nec tiro in arte iſtâ Tiberius. Audito enim deſciuiſſe Gallias, Germaniam, Hiſpaniasque &c. refert Tacitus lib. III. Annal: *Tanto impenſius in ſecuritatem compoſitus; neq; loco neq; vultu mutato; ſed ut ſolitum, per illos dies egit. altitudine animi, an compererat modica eſſe, & vulgatis leuiora.* Præclarè quoque de Vercingetore Cæſar libro VII. Gall: *Fuit hac ratio non ingrata Gallis; maximè quod animo non defecerat, tanto accepto incommodo; neque ſe in occultum abdiderat, & conſpectum multitudinis fugerat: pluſque animo providere & præſentire exiſtimabatur; quod re integrâ primò incendendum Auaricum, poſt deſerendum cenſuerat. itaque vt reliquorum Imperatorum res adverſæ auctoritatem minuunt; ſic huius ex contrario dignitas incommodo accepto indies augebatur &c.* Sed nec de nihilo poſitum inter Herodis laudes Ioſepho lib. ιδ cap. κε Ἀρχαιολογ: Ἀλλὰ Ἡρώδης ἐπάνω τῆς ἐκ τοῦ δεινοῦ πληγῆς τὸ φρόνημα ποιησάμενος, αὐτός τε ἦν πρὸς τὸ δεινὸν εὔψυχος, καὶ περιιὼν κατὰ τὴν ὁδὸν θαῤῥεῖν ἕκαστον παρεκάλει καὶ μὴ παρέχειν αὑτὸν ἔκδοτον τῇ λύπῃ· τοῦτο γὰρ αὐτοὺς βλάπτειν πρὸς τὴν φυγήν: *Herodes obdurato contra ſævientem fortunam pectore & ipſe præſenti erat animo; & comites inter eundum ſingillatim accedens hortabatur, ne mœrori ſuccumberent. hunc enim fugæ officere &c.*

Haud perinde Germanos vulnera, luctus, excidia, quàm ea ſpecies dolore & ira adfecit. Lib. I. Annal:

MAximè ſua conſtat ratio capiti ultimo Onoſandri: Εἰ δὲ τῷ πάντα κατὰ δαίμονα καὶ νοῦν χωρήσειεν, ὥστε τοῖς ὅλοις ἐπιθέσθαι τοῦ πολέμου πράγμασι τέλος, ἔστω μὴ βαρὺς, ἐπὶ ταῖς εὐπραγίαις, ἀλλ' ἄφυρτος, μηδὲ τῦφον ἀ-

πλεὼ προσφέρων, ἀλλ' εὐμένειαν προσφιλῆ. ἐκεῖνα μὲν γὰρ φθόνον ἐγέννησαν· ταῦτα δὲ ζῆλον ἐπισπάσεται: *Poſteaquam autem omnia feliciter & ex animi ſententia ceſſerint, ſine bellicis negotiis impoſito, caveat Imperator, ne ob res ſecundas elatior aut gravior videatur, ſed placidus ſit ac benignus, néve faſtum minaci ac truculento vultu præ ſe ferat, ſed civilem atque amabilem benevolentiam comiter omnibus exhibeat. Illa enim invidiam ac livorem gignunt, iſta æmulũ amorem conciliant.* Certè non ita facilè ſibi moderari homines in rebus ad votum adfluentibus, teſtatur Diod. Siculus lib. XVIII. Biblioth. Πλεῖστοι γὰρ διὰ τὴν εὐτυχίαν ἐπαίρονται μὲν ταῖς εὐπραξίαις, ὑπερήφανοι δ' ἐν τῇ εὐτυχίᾳ γιγνόμενοι, τῆς ἀνθρωπίνης καὶ κοινῆς ἀσθενείας ἐπιλανθάνονται. διὸ καὶ νῦν τοὺς πλείστους ὁρᾶν ἐστι τὴν εὐτυχίαν, ὥσπερ τι βαρὺ φορτίον, φέρειν ἀδυνατοῦντας: *Plerique omnes fortunâ aſpirante felicem rerum ſuarum exitum nacti, inflantur, inſoleſcunt, ac per ſuperbiam humanos & communeis caſus parum conſiderant. Indeque non pauci conſpiciuntur, ſecundam fortunam non ſecus ac graviſſimum onus, minus commodè ſuſtinere.* Noverat id Philippus, ideoque de eo legimus apud Aelianum lib. VIII. Var Hiſt. cap. XV: Ἐν Χαιρωνείᾳ τοὺς Ἀθηναίους νίκῃ ἐνίκησε Φίλιππος, ἐπαρθεὶς δὲ τῇ εὐπραγίᾳ, ὅμως λογισμοῦ ἐκράτησε, καὶ οὐχ ὕβρισε. καὶ διὰ ταῦτα ᾤετο δεῖν αὐτὸν ὑπομιμνήσκεσθαι ὑπό τινος τῶν παίδων ἕωθεν, ὅτι ἄνθρωπός ἐστι. καὶ προσέταξε τῷ παιδὶ τοῦτο ἔχειν ἔργον, καὶ οὐ πρότερόν φασιν, οὔτε αὐτὸς προῄει, οὔτε τις τῶν δεομένων αὐτοῦ παρ' αὐτὸν εἰσῄει πρὶν τοῦτο αὐτῷ τὸν παῖδα ἑκάστης ἡμέρας ἐκβοῆσαι τρίς. ἔλεγε δὲ αὐτῷ, Φίλιππε ἄνθρωπος εἶ. *Philippus cùm in Chæronea fudiſſet Athenienſes, licet fortuna evectus, tamen appetitum rationi ſubdidit, neque contumelioſè aut intemperanter aliquid fecit. Proinde conſultum eſſe putabat, quemdam ex pueris quotidiè, hoc ei manè in memoriam revocare, quod eſſet homo. Quare puero delegavit hoc officium, neque ipſe prodibat antea, ſicut fertur: neque quiſquam qui eum convenire vellet, prius ad eum introibat, quàm ſingulis diebus puer hoc ter ei proclamaſſet, dicens, Philippe homo es.* Sed nec alium etiam fuiſſe, vel dicto vel facto poſt pugnam illam pugnatam; patet ex Iuſtino lib. IX: *Huius victoria callide diſſimulata lætitia eſt. Denique non ſolita ſacra Philippus illâ die fecit; non in convivio riſit; non ludos inter epulas adhibuit; non coronas aut unguenta ſumpſit: & quantum in illo fuit; ita vicit, ut victorem nemo ſentiret. ſed nec regem ſe Græciæ, ſed ducem appellari iuſſit. Atque ita inter tacitam lætitiam & dolorem hoſtium temperavit; ut neque apud ſuos exultaſſe, neque apud victos inſultaſſe videretur.* Haud diſſimiliter de Annibale Plutarchus in Marcelli vitâ: Ἀννίβας δὲ τῶν μὲν ἄλλων ἐλάχιστος ἦν λόγος, Μάρκελλον δὲ πεπτωκέναι πυθόμενος, αὐτὸς ἐξέδραμεν ἐπὶ τὸν τόπον, καὶ τῷ νεκρῷ παραστὰς, καὶ πολὺν χρόνον τήν τε ῥώμην τοῦ σώματος καταμαθὼν καὶ τὸ εἶδος, οὔτε φωνὴν ἀφῆκεν ὑπερήφανον, οὔτε ἀπὸ ὄψεως τὸ χαῖρον, ὡς ἄν τις ἐργώδη πολέμιον καὶ βαρὺν ἀπεκτονώς, ἐξέφηνεν· ἀλλ' ἐπιθαυμάσας τὸ παρά-

λογον

λογον τῆς πλούτης, τὸν μὲν δακτύλιον ἀφείλετο, τὸ δὲ σῶμα κοσμήσας πρέποντι κόσμῳ καὶ περιστείλας ἐντίμως, ἔκαυσε· καὶ τὰ λείψανα συνθεὶς εἰς κάλπην ἀργυρᾶν, καὶ χρυσοῦν ἐμβαλὼν στέφανον, ἀπέστειλε πρὸς τὸν υἱόν: *Annibal cætera vilipendens, cæde nuntiata Marcelli, ipſe confeſtim properat in tumulum. Corpus contemplanti, poſtquam diu & robur & ſpeciem conſideravit, nullum dictum excidit arrogantius, nec lætitiam vultu, ut alius fortaſſis acri & gravi ſublato hoſte, præ ſe tulit, ſed ad inſperatam mortem obſtupeſcens, annulo eius ablato, corpus eximiè ornatum & cultum honorificè cremavit. Reliquias in argenteam conditas urnam, iniectâ aureâ coronâ, remiſit ad filium.* Neutri horum poſtponendus Epaminondas, de quo ut & de Leuctrico prælio, Plutarchus in Apophthegm: Εἰωθὼς δὲ φαίνεσθαι τὸν ἄλλον χρόνον ἀληλιμμένος τὸ σῶμα, καὶ φαιδρὸς τῷ προσώπῳ, μετὰ τὴν μάχην ἐκείνην τῇ ὑστεραίᾳ προῆλθεν αὐχμηρὸς καὶ ταπεινός. τῶν δὲ φίλων ἐρωτώντων μή τι λυπηρὸν αὐτῷ συμπέπτωκεν, Οὐδὲν (εἶπεν) ἀλλ' ἐχθὲς ᾐσθόμην ἐμαυτοῦ μεῖζον ἢ καλῶς ἔχει φρονήσαντος. διὸ σήμερον κολάζω τὴν ἀμετρίαν τῆς χαρᾶς: *Solitus aliàs videri uncto corpore, vultuque ſereno, poſt illam pugnam poſtridie proceſſit ſqualidus atque humilis. & interrogantibus amicis ecquid adverſum obtigiſſet, Non ſanè, inquit. ſed heri ſenſi me animo altius quàm rectum eſt elatum fuiſſe: itaque hodie immoderatum illud gaudium caſtigo.* Et verò ſubducenda ex oculis omnia quæ victis dolori eſſent, non ſemel ſcriptores rerum monuere. De Romanis ait Florus lib. III. cap II: *Nunquam populus Romanus hoſtibus domitis victoriam ſuam exprobravit.* De Græcis Nicolaus apud Diodorum Siculum lib. XIII: Εἴποι γὰρ ἄν τις πρὸς τὴν τοιαύτην σκληρότητα τὰς τῶν πάλαι σοφῶν ἀποφάσεις, ἄνθρωπε μὴ μέγα φρόνει, γνῶθι σαυτὸν, ἴδε τὴν τύχην ἁπάντων οὖσαν κυρίαν. τίνος γὰρ χάριν οἱ πρόγονοι πάντων τῶν Ἑλλήνων ἐν ταῖς κατὰ πόλεμον νίκαις κατέδειξαν οὐ διὰ λίθων, διὰ δὲ τῶν τυχόντων ξύλων ἱστάναι τὰ τρόπαια; ἆρ' οὐχ' ὅπως ὀλίγον χρόνον διαμένοντα, ταχέως ἀφανίζηται τὰ τῆς ἔχθρας ὑπομνήματα; *Tam obſtinatè ſævienti, fortaſſe quis haud intempeſtivè veterum ſapientum dicta propoſuerit: Vir, cave, ne nimium fidas: Cognoſce te ipſum: Conſidera fortunam omnium dominam. Cuius rei gratiâ maiores parētes ve totius Græciæ, in victoriis olim bello partis, curavêre, ne lapidea ſed lignea potius utcumque trophæa erigerentur? Quod eo videlicet, ut his brevi tempore conſumptis, quàm celerrimè auferentur è medio monumenta diſcordiæ.* Magis hac in parte moderati Macedones; quorum ſic meminit Pauſanias in Bœoticis: Φίλιππος δὲ οὐκ ἀνέθηκεν ὁ Ἀμύντου τρόπαιον, οὔτε ἐνταῦθα, οὔτε ὁπόσας μάχας ἄλλας βαρβάρους, ἢ καὶ Ἕλληνας ἐνίκησεν. οὐ γάρ τι Μακεδόσιν ἱστάναι τρόπαια ἦν νενομισμένον. λέγεται δὲ ὑπὸ Μακεδόνων Καρανὸν βασιλεύοντα ἐν Μακεδονίᾳ, κρατῆσαι μάχῃ Κισσέως, ὃς ἐδυνάστευεν ἐν χώρᾳ τῇ ὁμόρῳ. καὶ ὁ μὲν τρόπαιον ὁ Καρανὸς κατὰ νόμους τοὺς Ἀργείων ἔστησεν ἐπὶ τῇ νίκῃ. ἐξελθόντα δέ φασιν ἐκ τοῦ Ὀλύμπου λέοντα ἀνατρέψαι τε τὸ τρόπαιον, καὶ ἀφανισθῆναι.

συνεῖναι δὲ γνώμῃ Κάρανον οὐκ εὖ βουλεύσασθαι βαρβάροις τοῖς περιοικοῦσιν ἐς ἔχθραν ἐλθόντα ἀδιάλλακτον, καταστῆσαί τι χρῆναι μήτε ὑπὸ αὐτοῦ Καράνου, μήτε ὑπὸ τῶν ὕστερον βασιλευόντων Μακεδονίας τρόπαιον ἵστασθαι, ἵν' ἐς εὔνοιάν ποτε τοὺς προσχώρους ὑφέλξωνται. Μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ καὶ Ἀλέξανδρος, οὐκ ἀναστήσας οὔτε ἐπὶ Δαρείῳ τρόπαια, οὔτε ἐπὶ ταῖς Ἰνδικαῖς νίκαις: *Amynta quidem filius Philippus, neque ad Charoneam, neque uſpiam vel de Barbaris, vel de Gracis à ſe victis ullum erexit trophæum: neque fuit omnino patrius Macedonibus mos, victorias ſuas trophæis ullis teſtatas relinquere. Eſt à Macedonibus ipſis traditum, Caranum regem ſuum victo in pugna Ciſſeo, qui finitimis imperabat, Argivorum ritu trophæum conſtituiſſe. Erumpentem autem ex Olympo leonem ita illud ſubvertiſſe, ut prorſus fuerit abolitum. Intellexiſſe Caranum id ſibi meritò contigiſſe, quòd eo monimento erecto, ſpem ſibi reditus in gratiam finitimis pracidiſſet: reliquo dehinc tempore, neque Caranum, neque ſucceſſorem quemquam trophæum ullum excitaſſe, quod nempe ſibi ad reditum in gratiam cum hoſtibus, loci aliquid relictum voluerunt. Satis certum fuit huius rei argumentum, quòd Alexander neque de Dario, neque de Indicis victoriis trophæum ullum erigendum curavit.* Sic ille. qui mos adeò etiam placuit Romanis, ut in victoriâ civili ne triumpharent quidem ullo modo. Valerii Max. verba ſunt lib. II. cap. VIII: *Verum quamvis quis præclaras res, maximeque utiles Reip. civili bello geſſiſſet, imperator tamen eo nomine appellatus non eſt, nec ullæ ſupplicationes decretæ ſunt, neque aut ovans, aut curru triumphavit; quia ut neceſſariæ iſtæ, ita lugubres ſemper exiſtimatæ victoriæ ſunt, utpote non externo, ſed domeſtico partæ cruore. Itaq; & Naſica Ti. Gracchi, & Opimius C. Gracchi factiones mæſti trucidarunt. Q. Catulus M. Lepido collega ſuo cum omnibus ſeditioſis copiis extincto, tantum moderatum præ ſe ferens gaudium, in Vrbem revertitur. C. etiam Antonius Catilinæ victor, abſterſos gladios in caſtra retulit. L. Cinna, & C. Marius hauſerant quidem avidi civilem ſanguinem: ſed non protinus ad templa deorum & aras tetenderunt. Item L. Sylla, qui plurima bella civilia confecit, cuius crudeliſſimi & inſolentiſſimi ſucceſſus fuerunt: cùm conſummatâ potentiâ ſuâ triumphum duceret; ut Græciæ & Aſiæ multas urbes, ita civium Rom. nullum oppidum vexit. Piget, tædetque per vulnera Reip. ulterius procedere. lauream nec ſenatus cuiquam dedit nec quiſquam ſibi dari deſideravit, civitatis parte lacrymante.* Hocque eſt quod indicat Florus memoratis triumphis Iulii Cæſaris, lib. IV. cap. II: *Pharſalia & Thapſos & Munda nuſquam; & quantò maiora erant de quibus non triumphabat?* Eaque propter indignatur Lucanus lib. I. v. 13:

Quis furor, o cives? quæ tanta licentia ferri,
Gentibus inviſis Latium præbere cruorem?
Cumq; ſuperba foret Babylon ſpolianda trophæis

Auſonius, umbrâque erraret Craſſus inultâ,
Bella geri placuit nullos habitura triumphos?

Nec minus ſeverè invehitur in dictum Cæſarem Plutarchus vitâ eius, ubi agit de bello contra Pompeii liberos: Τοῦτον ἔσχατον Καῖσαρ ἐπολέμησε τὸν πόλεμον. ὁ δ' ἀπ' αὐτοῦ καταχθεὶς θρίαμβος, ὡς οὐδὲν ἄλλο, Ῥωμαίους ἠνίασεν. οὐ γὰρ ἀλλοφύλους ἡγεμόνας οὐδὲ βαρβάρους βασιλεῖς κατηγωνισμένον, ἀνδρὸς δὲ Ῥωμαίων κρατίστου τύχῃ κεχρημένου παῖδας καὶ γένος ἄρδην ἀνῃρηκότα, ταῖς τῆς πατρίδος ἐπιπομπεύειν συμφοραῖς οὐ καλῶς εἶχεν, ἀγαλλόμενον ἐπὶ τούτοις, ὧν μία καὶ πρὸς θεοὺς καὶ πρὸς ἀνθρώπους ἀπολογία, τὸ μετ' ἀνάγκης πεπρᾶχθαι. καὶ ταῦτα, πρότερον μήτ' ἄγγελον μήτε γράμματα δημόσια πέμψαι περὶ νίκης ἀπὸ τῶν ἐμφυλίων πολέμων, ἀλλὰ ἀπωσάμενον αἰσχύνῃ τὴν δόξαν: *Hoc Caſar bellum geſſit noviſſimum. Quem de eo duxit, triumphus ſupra modum fuit Romanis acerbus. Neque enim alienigenis ducibus vel regibus oppreſſis barbaris, ſed viri Romani ſummi calamitate afflicti liberis & familia ſemel oppreſſis, fœdum habebatur patriæ inſultare calamitatibus, atque exultare ob has, quarum unica apud deos atque homines, quòd neceſſariò eſſet eò compulſus, exiſtebat defenſio: idque quum antè nec nuncio nec literis victoriam ex bellis civilibus relatam publicè ſignificaſſet, ſed gloriam illam reieciſſet rubore.* Egregia hæc prima præ noviſſimis. Nam quãtum exacerbentur homines renovatâ rerum triſtium memoriâ; graphicè oſtendit Tacitus lib. 11. Annal: *Miles in loco prælij Tiberium Imperatorem ſalutavit, ſtruxitque aggerem, & in modum trophæorum arma (ſubſcriptis victarum gentium nominibus) impoſuit. Haud perinde Germanos vulnera, luctus, excidia, quàm ea ſpecies dolore & irâ affecit. Qui modò abire ſedibus, trans Albim concedere parabant, pugnã volunt, arma rapiunt, plebs, primores, iuventus, ſenes. agmen Romanum repente incurſant, turbant &c.* Quanti etiam ſteterit Turno balteus Pallanti ablatus; ſcimus ex Virgilii lib. XII:

——Stetit acer in armis
Æneas, volvens oculos, dextramq; repreſſit.
Et iam iamq; magis cunctantem flectere ſermo
Cœperat, infelix humero quum apparuit ingens
Balteus, & notis fulſerunt cingula bullis
Pallantis pueri, victum quem vulnere Turnus
Straverat, atque humeris inimicum inſigne gerebat.
Ille oculis poſtquam ſævi monumenta doloris
Exuviasque hauſit: furiis accenſus, & ira
Terribilis, Tune hinc ſpoliis indute meorum
Eripiare mihi? Pallas te hoc vulnere, Pallas
Immolat, & pœnam ſcelerato ex ſanguine ſumit.
Hoc dicens, ferrum adverſo ſub pectore condit

Fervidus

Fervidus. aſt illi ſolvuntur frigore membra,
Vitaque cum gemitu fugit indignata ſub umbras.

Sic poetarum princeps. cui ſubiungam gemmea verba Imp. Manuelis ad filium cap. LXXVII: Πρᾶξις καλὴ, κῆρυξ λαμπρός. τὸ μετριάζειν μεγάλα πράξαντα, διπλοῦν τὸ τρόπαιον ἵστησιν, ἔκ τε τῶν ἀγαθῶν ἔργων, καὶ τοῦ μὴ τούτοις ἐπαίρεσθαι. ὁ δὲ μεγάλα μὲν ποιῶν, μεγάλα δὲ λέγων, καὶ μονονουχὶ δοκῶν τοῖς κατορθώμασι πέτεσθαι, καὶ τοῖς δι᾽ αὐτοῦ καλῶν ἀπολαύουσι λυπηρὸς ἂν γένοιτ᾽. τὸ γὰρ ὑπερήφανον, καὶ θεῷ πολέμιον. δόξης οὖν ἐρῶντα, χρὴ ἔργοις ταύτην διώκειν, καὶ μὴ προσκαλεῖσθαι τοῖς λόγοις. φεύγει γὰρ τοὺς καλοῦντας. τοῖς δὲ ἔργοις αὐτὴν δεξιουμένοις, ἀσμενέστατα προσέρχεται: *Honeſtum facinus, illuſtris eſt præco. Hominis modeſtia, qui magna peregit, duplum tropæum ſtatuit; tum factis ipſis, tum quòd ob ea ſe non efferat. At verò qui magnas res gerit & magna loquitur, tantumq́ non volare geſtis præclarè rebus ipſe ſibi videtur; etiam iis moleſtus ac gravis fuerit, qui eius opera bonis fruuntur. Eſt enim adverſa deo quoque ſuperbia. Quapropter ſi gloriæ cupidus es, factis eam perſequi debes, non verbis arceſſere. nam arceſſentes fugit, & ad illos, qui factis eam prenſant, quam lubentiſſimè accedit.* Præclare igitur Scipio Annone duce Carthaginienſium occiſo, apud Val. Maximum lib. V. cap. I: *Corpus eius è tabernaculo ſuo amplo funere extulit; nec dubitavit hoſtis exequias ipſe celebrare. tum demum victoriam & apud Deos & apud homines minimum invidiæ habituram credens, cum plurimum humanitatis habuiſſet.* Sed & meritò quis exoſculetur vocem L. Valerii monentis Senatum Livii lib. XXXIV: *Quò plus poteſtis, eò moderatius imperio uti debetis.* Excipiatque nervo brachiali dictum Ciceronis lib. I. Offic: *Rectè præcipere videntur, qui monent, ut quantò ſuperiores ſimus, tantò nos ſubmiſſius geramus.* Quò reſpiciunt quoque iſthæc Catonis citata Gellio lib. VII. cap. III: *Scio ſolere pleriſque hominibus rebus ſecundis atque prolixis atque proſperis animum excellere, ſuperbiam atque ferociam augeſcere, atque creſcere. quod mihi nunc magnæ curæ eſt, quia hæc res tam ſecundè proceſſit, ne quid in conſulendo adverſi eveniat, quod noſtras ſecundas res confutet; neve hæc lætitia nimis luxurioſe eveniat. adverſæ res ſe domant & docent quid opus ſit facto. Secundæ res lætitiâ transvorſum trudere ſolent à rectè conſulendo atque intelligendo. quo maiore opere edico ſuadeoque uti hæc res aliquot dies proferatur, dum ex tanto gaudio in poteſtatem noſtram redeamus.* Quibus ipſis veniunt mihi in memoriam Luciani hæc libro de Imaginibus; ubi maximè laudi dat Pantheæ, in tanto dignitatis culmine: Μήτε τῦφον ἐπὶ τῇ εὐπραξίᾳ περιβάλλεσθαι, μήτε ὑπὲρ τὸ ἀνθρώπινον μέτρον ἐπαρθῆναι, πιστεύουσαν τῇ τύχῃ, φυλάττειν δὲ ἐπὶ τοῦ ἰσοπέδου ἑαυτὴν, μηδὲν ἀπειρόκαλον ἢ φορτικὸν φρονοῦσαν, καὶ τοῖς προσιοῦσι δημοτικῶς τε, καὶ ἐκ τοῦ ὁμοίου προσφέρεσθαι, καὶ δεξιώσεις καὶ φιλοφροσύνας φιλοφρονεῖσθαι. τοσούτῳ ἡδίους τοῖς προσομιλοῦσιν, ὅσῳ καὶ παρὰ μείζονος ὅμως γενόμεναι, οὐδὲν τραγικὸν ἐμφαίνουσιν

φαίνουσιν. ὡς ὁπόσοι τῷ μέγα δεδυνῆσθαι μὴ πρὸς ὑπεροψίαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς εὐποιΐαν ἐχρήσαντο, οὗτοι καὶ ἄξια μάλιστα τῶν παρὰ τῆς τύχης δοθέντων ἀγαθῶν ὤφθησαν, καὶ μόνοι ἂν οὗτοι δικαίως τὸ ἐπίφθονον διαφύγοιεν. οὐδεὶς γὰρ ἂν φθονήσειε τῷ ὑπερέχοντι, ἣν μετριάζοντα ἐπὶ τοῖς εὐτυχήμασιν αὐτὸν ὁρᾷ, καὶ μὴ κατὰ τὴν Ὁμήρου Ἄτην ἐκείνην, ἐπ᾽ ἀνδρῶν κράατα βεβηκότα, καὶ τὸ ὑποδεέστερον πατοῦντα. ὅπερ οἱ ταπεινοὶ τὰς γνώμας πάσχουσιν ἀπειροκαλίᾳ τῆς τύχης, ἐπειδὰν αὐτοὺς ἡ τύχη μηδὲν τοιοῦτον ἐλπίσαντας, ἄφνω ἀναβιβάσῃ ἐς πτηνόν τι, καὶ μετάρσιον ὄχημα, οὐ μένουσιν ἐπὶ τῶν ὑπαρχόντων, οὐδ᾽ ἀφορῶσι κάτω, ἀλλ᾽ ἀεὶ πρὸς τὸ ἄναντες βιάζονται. τοιγαροῦν ὥσπερ ὁ Ἴκαρος, τακέντος αὐτοῖς τάχιστα τοῦ κηροῦ, καὶ τῶν πτερῶν περιρρυέντων, γέλωτα ὀφλισκάνουσιν, ἐπὶ κεφαλὴν, ἐς πελάγη καὶ κλύδωνα ἐμπίπτοντες. ὅσοι δὲ κατὰ τὸν Δαίδαλον ἐχρήσαντο τοῖς πτεροῖς, καὶ μὴ πάνυ ἐπήρθησαν εἰδότες, ὅτι ἐκ κηροῦ ἦν αὐτοῖς πεποιημένα, ἐταμιεύσαντο δὲ πρὸς τὸ ἀνθρώπειον τὴν φορὰν, καὶ ἠγάπησαν ὑψηλότερα μόνον τῶν κυμάτων ἐνεχθέντες, ὥστε μέντοι νοτίζεσθαι αὐτοῖς ἀεὶ τὰ πτερὰ, καὶ μὴ παρέχειν αὐτὰ μόνῳ τῷ ἡλίῳ, οὗτοι δὲ ἀσφαλῶς τε ἅμα καὶ σωφρόνως διέπτησαν:

Quod neque faſtu ob blandientis fortunæ proſperitatem intumeſcat, neque ultra humanæ ſortis menſuram temerè efferatur, fortunæ confidens; ſed ſervatâ æquabilitate animi, ſe ipſum cohibeat; nihil procacius aut inſolentius, quod aliis foret moleſtiæ, animo concipiens: ſed ut erga accedentes populariter affecta ſit, ac dextris copulatis eoſdem benignè atq; amanter ſuſcipiat. Tantò enim his quibus cum ſermonem conferunt, ſunt acceptiores, quantò altiori fortunâ evectæ, nihil ſuperbi faſtidii aut contemptus tragici præ ſe ferunt. Veluti omnes illi qui ſuâ potentiâ non in hoc utuntur, ut procaciter contemnant alios, ſed potius ut benigne aliorum ſublevent inopiam, illi ſoli acceptis à fortunâ bonis maximè digni habendi ſunt, ac ſoli illi invidentiæ malum poſſunt effugere. Nemo enim facilè ei fortunato invidebit, quem proſperis rebus affluentibus moderato utentem animo conſpexerit, neque iuxta Aten Homericam illam ſuper hominum capita incedentem, ac inferiorem calcantem. Quod plerumque evenire ſolet iis qui humili atque abiecto ſunt animo, fortunæ arridentis procacitate intemperanter efferatis. Poſteaquam à fortunâ nil tale ſperantes ex improviſo ſublimes in currum quendam volatilem evecti ſunt, intra fortunæ mediocritatem conſiſtere nequeunt, neque deorſum elatos torquent oculos, ſed ſemper nituntur in arduum. Quare non rarò veluti Icarus liquefactâ illis quàm celerrimè cerâ, ac alis defluentibus per præceps in marinos fluctus devolvuntur, ſpectatoribus riſum exhibentes. Quotquot autem inſtar Dædali alarum utuntur remigio, neque admodum in ſublime elati volant, certi quòd alæ ex cera illis conglutinatæ ſunt, rerum autem abundantiam ad humanæ vitæ ſocietatem ſublevandam expromunt, neque non contenti ſunt ſaltem ab undis paulò altiores inferri, adeo ut crebro etiam alas volando humefaciant, nec ſolis æſtui & fervoribus eaſdem liquefaciendas exhibent; illi tutò iuxta ac moderatè volatu utuntur. Quem curſum quiſpiam & in hac maximis efferre

Digitized by Google

laudibus iure optimo poſsit. Quocirca digniſsimum etiam ab omnibus fructum percipit, optantibus ut hæ alæ quàm diutiſsimè illi permaneant, bonis ſubinde affatim affluentibus. Hactenus ille; quibus veluti baſi quadam, ſuſtinere libuit capitis iſtius ſigillum. Nec enim verba digna deliteſcere in angulis; quibus hodie ferè, præter omne meritum, inſoditur iocoſa lepidi hominis libertas.

Comitate & alloquiis provocans officia. Lib. v. Hiſtor.

MVLTA extant benignè tum dicta tum facta Antigoni regis: ſed omnia, meo quidem calculo cedunt eius apophthegmati, ſervato nobis ab Aeliano lib. II. Var. Hiſt. cap. XX: Ὁ Ἀντίγονος ὁ ὅτος ὁρῶν τὸν ὑὸν τοῖς ὑπηκόοις χρώμενον βιαιότερόν τε καὶ θρασύτερον: Οὐκ οἶδα, εἶπεν, ὦ παῖ, τὴν βασιλείαν ἡμῶν ἔνδοξον εἶναι δουλείαν; *Hic Antigonus cùm cerneret filium ſuum ſe violentiorem & immodeſtiorem gerere erga ſubditos: An non, inquit, noviſti fili, noſtrum regnum nobilem eſſe ſervitutem?* Atque iſtud rex ille non nato ſuo ſolum dixit, ſed omnibus in magiſtratu poſitis. Nam ſic profectò eſt:

Populi eſt mancipium, quiſquis patriæ eſt utilis.

Et qui heic haud ſegregat ſupercilium à factis, à dictis, à ſenſibus; aut malè novit fortunam ſuam, aut malè fert. Calpurnii dictum eſt Declamatione XIV: *Negligenter & contumaciter ſervit, qui ſervire non novit.* Eodem redit, ſi arroganter ſervit, ſi inſolenter. Itaq; huiuſmodi quidem magiſtratus, ἐοίκασιν οἰκέτῃ νεοπλούτῳ, ἄρτι τοῦ δεσπότου κληρονομήσαντι, ὃς οὔτε τὴν ἐσθῆτα οἶδεν, ὡς χρὴ περιβαλέσθαι, οὔτε δειπνῆσαι κατὰ νόμον, ἀλλ' ἐμπηδήσας πολλάκις, ὀρνίθων καὶ συείων καὶ λαγωῶν προκειμένων, ὑπερεμπίπλαται ἔτνους τινὸς, ἢ ταρίχους, ἔστ' ἂν διαῤῥαγῇ ἐσθίων: *Similes eſſe videntur ſervo recens locupleti facto, qui domino ſuo nuper in bonis ſucceſsit; qui neque veſtem novit, quo pacto induere debeat; neque cœnam ex more ac legitimè capere novit: ſed ſæpenumero irruens, gallinis, & ſuillis, & leporinis appoſitis; pro iis pulmento aliquo aut ſalſamento oppletur adeo, dum ingurgitando rumpatur*: Lucianus in libro Quomodo hiſtoria ſcrib. Vnde Arrianus in Epictetæis lib. I. cap. XIX: ὅτι ἂν τινι προσῇ τι πλεονέκτημα, ἢ δοκεῖ γε προσεῖναι, μὴ προσόν, τοῦτον πᾶσα ἀνάγκη, ἐὰν ἀπαίδευτος ᾖ, πεφυσῆσθαι δι' αὐτό. *Qui quacunque veluti prærogativa eſt præditus, aut vt præditus non ſit, ſibi eſſe præditus videtur, eum omnino neceſſe eſt, niſi bene inſtitutus fuerit eâ inflari.* Dein Sariſberienſis lib. IV. cap. VII: *Difficillimum eſt, vt gradus honoris tumorem non pariat in animo imprudentis.* Id expreſsè oſtendit Pauſanias: de quo Thucydides lib. I: Διαπρέπον-

δόν τε

δόν τε αὐτὸν παρεῖχε, καὶ τῇ ὀργῇ οὕτω χαλεπῇ ἐχρῆτο ἐς πάντας ὁμοίως, ὥς τε μηδένα δύνασθαι προσιέναι. διόπερ καὶ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους οὐχ ἥκιστα ἡ ξυμμαχία μετέστη &c: *Praterea ſe aditu difficilem prabebat, & iracundiâ adeo gravi in omnes pariter utebatur, ut nullus poſſet accedere. Quamobrem etiam potiſsimum ſocii ad Athenienſium partes tranſierunt.* Nec multum ab eo exemplari abiit Lucullus; Plutarcho prodente in vitâ ipſius: Οὐκ ὢν θεραπευτικὸς πλήθους στρατιωτικοῦ, καὶ πᾶν τὸ πρὸς ἡδονὴν τοῦ ἀρχομένου γινόμενον, ἀρχὴν ἀτιμίας καὶ κατάλυσιν ἡγούμενος. τὸ δὲ μέγιστον, οὐδὲ τοῖς δυνατοῖς καὶ ἰσοτίμοις εὐάρμοστος εἶναι πεφυκώς, ἀλλὰ πάντων καταφρονῶν, καὶ μηδενὸς ἀξίους πρὸς αὐτὸν ἡγούμενος: *Quòd non conciliaret animos ſibi vulgi militaris, & quicquid ſubiectis imperio ſuo blandimenti adhibebatur, ſemen eſſe dedecoris duceret & ruinam autoritatis ſua. Quòd verò maximum eſt, ne principibus quidem & dignitate paribus poterat ſe prabere comem, ſed omnes deſpiciebat, & nihili pra ſe faciebat.* Eodem cœno immerſus unus ex Alexandri Ducibus, cuius meminit Iuſtinus lib. XIII: *Sed Perdicca plus odium arrogantia, quàm vires hoſtium nocebant. quã exoſi etiam ſocii, ad Antipatrum gregatim profugiebant. Neoptolemus quoque in auxilium Eumeni relictus; non ſolum transfugere, verùm etiam prodere partium exercitum voluit.* Similique hæſit in voragine ille apud Euagrium lib. VI. Eccleſ. hiſt. cap. IV: Μετ' αὐτὸν δὲ Πρίσκος τὴν στρατηγίδα μέτεισιν ἀρχὴν, οὐκ εὐπρόσοδός τις, οὐδὲ ἄτερ τῶν ἀναγκαίων εὐπρόσβατος, τὸ πᾶν γε νομίζων καταπράττεσθαι, εἰ τὰ πολλὰ κατ' αὐτὸν ἦ, ὡς ἐντεῦθεν καὶ τῶν στρατευμάτων δέει μᾶλλον ὑπεικόντων πρὸς τὰ κελευόμενα. ὅτε δὴ οὖν πρὸς τὸ στρατόπεδον ἀφίκετο ὀφρυάζων καὶ ὑπερβλέπων, καὶ πρὸς τὸ κομπωδέστερον ἐξησκημένος, προὐτέθη ἵνα περί τε τῆς τῶν στρατιωτῶν ἐς τοὺς πολέμους καρτερίας, περί τε τῆς ἀκριβοῦς ἐξοπλίσεως καὶ ὧν ἐκ τοῦ δημοσίου κομίσαιντο. οἱ καὶ πρώην περὶ τούτων πεπεισμένοι, ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς τὸν θυμὸν ἐξέρρηξαν, ὁμόσε χωρήσαντες ἔνθα ἦν σκηνωσάμενος, ληίζονται μὲν βαρβαρικῶς ὅσα μεγαλοπρεπῶς αὐτῷ διεσκεύαστο, καὶ τῶν κειμηλίων τὰ τιμιώτατα. μικροῦ δὲ καὶ αὐτὸν διεχρήσαντο, εἰ μὴ ἑνὶ τῶν παρόχων ἵππων ἐπιβὰς κατὰ τὴν Ἔδεσσαν διεσώθη, ἣν καὶ πέμψαντες ἐπολιόρκησαν τὸν Πρίσκον ἐξαιτούμενοι: *Poſt Philippicum illud ducis munus capeſsit Priſcus, ad quem ſine cauſis gravibus & neceſſariis non facilis & expeditus patebat aditus: quippe exiſtimavit, ſi modo multum ipſe ſecum ſolus verſaretur, tum ſe omnia ex ſententia geſturum, tum copias quibus prafuit, eo pacto inductas ad metuendum, multo facilius eius mandatis obtemperaturas. Verùm cùm ad exercitum ſupercilüs elatis, inſolenti obtutu & toto corporis habitu ad nimiam arrogantiam compoſito accederet, militibusque nonnulla de militum in bellis gerendis tolerantia, de exquiſita armatura, denique de pramiis qua eſſent à rep. accepturi, expoſuiſſet: illi ante de iis rebus ſatis perſuaſi, palam ſua ira furorem oſtendere, ſimulque eo prorumpentes, ubi tentorium ſibi poſuerat, omnem magnificum eius apparatum & theſaurum precioſiſsimum barbarorum*

more diripere cœperunt: atque parum certè aberat, quin eum ipſum confeciſſent, niſi equo quodam vectario conſcenſo, Edeſſam properè confugiſſet: quam urbem, miſſu quibuſdam copiis, obſidebant, Priſcumque repetebant. O homines inconſideratos! Nimirum iuxta Tullium Verrinâ primâ, *Omnis arrogantia odioſa eſt.* In tantum quidem vt ea unica *contubernalis* ſit *Solitudinis*, ut placuit Platoni, cenſuitque item Imp. Manuel Βασιλ. ἀγωγῆς cap. LII. Imò non dubitat aſſeverare Baſilius Seleucienſis Orat. XXXV: Κἂν ὅλος ἐν μέσῳ τὰς ἀρετὰς παραστήσῃς, ἔσβεσεν αὐτῶν τὰς λαμπάδας παρακύψας ὁ τῦφος: *Etſi in medium univerſas virtutes repræſentes, extinguit earum faces ingruens faſtus.* Certè eam peſtem eſſe ſupra omne vitium, ſupra omne ſcelus, colligamus ex Latinio Pacato ad Theodoſiũ Imp: *Cùm indiſcreta felicium pediſſequa ſit ſuperbia, vix cuiquam contigit & abundare fortunâ & indigere arrogantiâ. cuius quidem ita maiores noſtros ſemper pertæſum eſt, ut graviorem ſemper putaverint ſervitute contemptum; ciuſque impatientiâ ſint coacti poſt bellatores Tullos Numasque ſacrificos & Romulos conditores, regnum uſque ad nomen odiſſe. Denique ipſum illum Tarquinium execratione poſtremâ hoc damnaverũt maledicto; ut hominem libidine præcipitem, avaritiâ cæcum, immanem crudelitate, furore vecordem vocaverunt Superbum; & putaverunt ſufficere convitium.* Quare haud falsò D. Ambroſius lib. II. Offic. cap. VII: *Noverimus nihil tam vtile quàm diligi: nihil tam inutile, quàm non amari. Nam odio haberi, exitiale ac nimis capitale arbitror. Itaque id agamus, ut omni ſedulitate commendemus exiſtimationem opinionemque noſtram, ac primum placiditate mentis & animi benignitate influamus in affectum hominum. Popularis enim & grata eſt omnibus bonitas, nihilque quod tam facile illabatur humanis ſenſibus. Ea ſi manſuetudine morum ac felicitate animi, moderatione præcepti, & affabilitate ſermonis, verborumque honore patienti quoque ſermonum vice, modeſtiaque adiuvetur gratia, incredibile quantum procedit ad cumulum dilectionis. Legimus enim non ſolum in privatis, ſed etiam in ipſis regibus, quantum facilitas blanda affabilitatis profuerit, aut ſuperbia verborumque obſuerit tumor, ut regna ipſa labefactaret, & poteſtatem ſolveret. Iam ſi quis conſilio, uſu, miniſterio, officiis popularem comprehendat gratiam, aut ſi quis periculum ſuum pro univerſa plebe offerat, non eſt dubium quod tantum charitas à plebe in eum refundatur, ut populus ſalutem eius & gratiam ſibi præferat.* Sic ille. cui omnimodè aſſentitur D. Hieronymus ad Theophil. de error. Ioh. Ieroſolym: *Qui Scorpionibus cædit, & lumbis patris habere ſe putat digitos craſſiores, citò regnum manſueti David diſſipat. Certè Romanus populus, ne in rege quidem ſuperbiam tulit &c.* Nec diſſentit Ammianus; cuius opinione lib. XXIX: *Nihil ſit tam iniquum, quàm ad ardua imperii ſupercilia etiam acerbitatem naturæ adiungi.* Et quid mirum liberis hominibus, rem eſſe ingratiſſimam? Ne ſervi quidem

æquo

Digitized by Google

æquo animo ſuperciliosos iſtos tolerant. Iſocrates Parænesi πρὸς Δημον: Γίνου πρὸς τοὺς πλησιάζοντας ὁμιλητικὸς, ἀλλὰ μὴ σεμνός. τὸν μὲν γὰρ τῶν ὑπεροπτικῶν ὄγκον μόλις ἂν οἱ δοῦλοι καρτερήσειαν: τὸν δὲ τῶν ὁμιλητικῶν τρόπον ἅπαντες ἡδέως ὑποφέρουσιν: *Comis erga eos eſto, qui te conveniunt, non ſuperbus. nam faſtidium & arrogantiam, vel ſervi dominorum, ægrè ferunt: comitas verò grata & iucunda eſt omnibus.* Imò; quemadmodum alioqui,

Non ſe meruiſſe fatetur,

Qui creviſſe putat,

vt loquitur Claudianus Panegyr. Conſul. Mallij v.244. ita inſuper ſuſpicionem hominibus ingenerat ventoſus iſte, poteſtatem obtinere ſe iniuriâ. Argutè Divus Chryſoſtomus ad Philippenſ. cap. II. Homilia VII: Ὅπερ ἂν ἁρπάσῃ τις, καὶ παρὰ τὸ προσῆκον λάβῃ, τοῦτο ἀποθέσθαι οὐ τολμᾷ, δεδοικὼς μὴ ἀπολέσηται, μὴ ἐκπέσῃ, ἀλλὰ διαπαντὸς αὐτὸ κατέχει. ὁ μέν τοι φυσικόν τι ἔχων ἀξίωμα, οὐ δέδοικε, καὶ καταβῆναι ἀπ᾽ ἐκείνου τοῦ ἀξιώματος, εἰδὼς ὅτι οὐδὲν τοιοῦτον πείσεται: *Quod quiſque rapuit & præter æquum accepit, id deponere nequaquam audet, veritus ne amittatur, atque ex manibus elabatur, ſed perpetuò apud ſe retinet: at qui naturalem quampiam dignitatem habet, is minimè metuit ab illa etiam dignitate deſcendere: certè enim ſcit nullum ſibi illius amittendæ periculum imminere.* Suſpiciant igitur ſe vt volunt Phaëtōtes iſti ac Tantali; dum tamen norint in ſe dictum eſſe illud Ovidij:

Flumine perpetuo torrens ſolet altiùs ire:

Et tamen hæc ſtagnans, illa perennis aqua eſt.

Hinc verè idem Chryſoſtomus in Epiſt. ad Corinth. I. cap. Homiliâ I: Ἀπόνοια ἀπὸ εὐτελοῦς γίνεται διανοίας, καὶ ἀγεννοῦς ψυχῆς· καὶ ἡ ἐπιείκεια, ἀπὸ μεγαλοψύχου γνώμης: *Arrogantia & inſolentia exiſtit ex vili & abiectâ mente, & ex animo ignavo, & illiberali: modeſtia autem ex magno & excelſo animo.* Nec aliâ ſententiâ Iſidorus Peluſiota lib. III. Epiſto. CLXXXVIII: Ἐγὼ μὲν ἀπὸ μεγαλοφυοῦς καὶ οὐρανομήκους ψυχῆς τίκτεσθαι ἡγοῦμαι τὴν ταπεινοφροσύνην, ἀπὸ δὲ εὐτελοῦς καὶ φαυλοτάτης τὴν ὑπερηφανίαν: *Equidem ipſe humilitatem ab animo magno & excelſo; ſuperbiam autem à vili & abiecto proficiſci exiſtimo.* Omninò. Vnde Claudianus lib. I. in Eutrop. v. 181:

Aſperius nihil eſt humili, cùm ſurgit in altum:
Cuncta ferit, dum cuncta timet. deſævit in omnes
Vt ſe poſſe putent, &c.

Etiam Nazarius Panegyr. dicto Conſtant. Auguſt. de Maxentio: *Invitus pugnaſti, qui tam facilè vincebas. Iamdudum quippe prævideras hominē non imperando habilem, non tantæ maieſtati capacem; quod magnitudo malè crediti muneris extrà animi anguſtias effluebat, &c.* Verùm huiuſmodi homines alibi repræſentavimus planè nudos. At quinam potiſſimum ſceptro

Digitized by Google

habiles ;expreſſit è ſacris literis Ioſephus lib. VIII. Antiq. cap. III. vbi inducit Davidis amicos ſeniores conſuadere Roboamo : φιλοφρόνως ὁμιλῆσαι τῷ λαῷ, καὶ δημοτικώτερον, ἢ κατὰ βασιλείας ὄγκον. χειρώσεσθαι γὰρ οὕτως εἰς εὔνοιαν αὐτοῦ, φύσει τῶν ὑπηκόων ἀγαπώντων τὸ προσηνὲς καὶ παρὰ μικρὸν ἰσότιμον τῶν βασιλέων: *vt comiter populum alloqueretur, & poſito aliquantiſper faſtu regio, ad captandam multitudinis gratiam ſe accommodaret. hac arte captos, facile illum amaturos: quod naturâ ita comparatum ſit vt ſubiecti delectentur Regibus manſuetis, & de ſuo faſtigio nonnihil ſe demittentibus*. Ne autem fidei eorum derogemus,quia Iudæi ſunt, hem ecce nobis in tali etiam opinione gentes alias. Euripides ſanè Hippolytum in nominis ſui tragœdiâ ſiç introducit alloquentem Phædræ nutricem.

——Τίς δ' οὐ σεμνὸς ἀχθεινὸς βροτῶν;
Θε. Ἐν δ' εὐπροσηγόροισιν ἔστι τις χάρις;
Ἱππο. Πλείστη γε, καὶ κέρδος γε σὺν μόχθῳ βραχεῖ.
——*Quis enim hominum ſuperbus non eſt odioſus?*
ANG. *In illis verò qui ſunt comes, eſtne aliqua gratia?*
HIP. *Plurima certè, & quidem etiam lucrum cũ parvo labore.*

Id quale ſit recenſebit Gregoras, vbi agit de Andronico lib. VI: Καὶ πρός γε κοινωνικὸν τὸ ἦθος καὶ χάριεν περιτιθέμενος ἅπασι, μάλα ῥᾳδίως ἑαυτῷ καθάπερ ἀδαμαντίνοις εἶχεν ἐξαρτωμένους δεσμοῖς. φιλεῖ γὰρ ὡς τὰ πολλὰ τὸ τοῦ ἤθους ὑγρόν τε καὶ μείλιχον, ἐπειδὰν ἀφ' ὑψηλοτέρων προφαίνηται τῶν προσώπων, ῥᾷστα χειροῦσθαι τὰς γνώμας ἁπάντων· καθάπερ δὴ καὶ τὰ λαμπρὰ τῶν ἀνθέων ἐν ἔαρος ὥρᾳ, ὁπόσα χλοάζουσιν καὶ, οἷον εἰπεῖν, μειδιῶσαν τὴν βαφὴν τῆς χροιᾶς ὑπογράφει, ῥᾳδίως τῶν παριόντων τὰς ὄψεις ἐφέλκεται. τοιοῦτον μέν τοι καὶ τῶν ἐν Ἰνδοῖς σοφιστῶν ἡ παραίνεσις ὑφηγεῖται. τὸν ἄρχειν βουλόμενον· οὕτω γὰρ ἂν τὰ μάλιστα φησὶ φιληθείη τοῖς ὑπ' αὐτὸν, ἂν φύσει τούτων ὑπέρτερος ὤν, ὁ δ' ἔπειτ' ἐπιεικὴς ἑκὼν γε εἶναι σφίσιν ὁρᾶται καὶ μέτριος: *Præterea comitate & ſuavitate morum, omnes facilè adamantinis ſibi vinculis devinciebat. Solet enim dexteritas, & benignitas morum in altiore dignitatis gradu facile omnium animos ſibi reddere obnoxios: quemadmodum verno tempore ſplendidi flores, prætereuntium oculos in ſe convertunt. Hoc illud eſt Indorum ſapientum præceptum: Principem quo natura ſublimior ſit, eo humaniorem ſe inferioribus ſi præbuerit, chariſſimum populo futurum.* Hinc & de Honorij patre Claudianus Paneg. Conſul. VI:

——*cum ſe melioribus addens*
Exemplis, civem gereret terrore remoto:
Alternos cum plebe iocos dilectaque paſſus
Iurgia, patriciasque domos, privataque paſſim
Viſere depoſito dignatus limina faſtu.

Publicus

Digitized by Google

Publicus hinc ardeſcit amor, cùm moribus æquis
Inclinat populo regale modeſtia culmen.

Experti id ſuo bono, tam Germanicus Cæſar, quàm Titus Veſpaſianus; quorum hic in imperio, cognominatus, *Amor ac deliciæ generis humani*; vt præter alios, prodidit Tranquillus cap. I. additq; ; *tantum illi ad promerendam omnium voluntatem vel ingenii, vel artis, vel fortunæ ſuperfuit.* Deque eodem Tacitus limine libri v. Hiſtor: *Maiore tum vi famaq̃, agebat, certantibus provinciarum & exercituum ſtudiis. atque ipſe, vt ſuperior ſui iam crederetur, decorum ſe promptumque in armis oſtendebat, comitate & alloquiis officia provocans: ac plerunque in opere, in agmine, gregario militi mixtus, incorrupto Ducis honore.* At Germanico hoc tribuit elogium Tacitus lib. II. Annal. *Neq̃, multò poſt extinguitur ingenti luctu provinciæ & circumiacentium populorum. Indoluere exteræ nationes regesque: tanta illi comitas in ſocios, manſuetudo in hoſtes: viſuque & auditu iuxtà venerabilis, cùm magnitudinem & gravitatem ſummæ fortunæ retineret, invidiam & arrogãtiam effugerat.* Eundem amorem aſſecuti alij atque alij modeſtiâ ſuâ; ſed quos nunc non excito: contentus deterrere tumidos iſtos hiſce Plinianis lib. VIII. Epiſt. vlt: *Abſit ſuperbia, abſit aſperitas: nec timueris contemptũ. An contemnitur qui faſces habet? niſi qui humilis & ſordidus & qui ſe primus ipſe contemnit.* Nemo ſanè. At contra verbo D. Chryſoſtomi in cap. I. Matth. Hom. III. Τῷ γὰρ ὑψηλῷ δόξα πολλὴ, τὸ δυνηθῆναι ταπεινωθῆναι σφοδρῶς: *Sublimium maxima gloria eſt, quàm maximè ſe ſubmittere.* Quod idẽ ita extulit Symmachus lib. IX. Epiſt. LXXXVI: *Ille verè incrementis ſuis maior eſt, quem ſublimitas parti honoris inclinat.* Confirmaratque etiam auctoritate ſua alter retrò vir conſularis Plinius ad Trajanum: *Cui nihil ad augendum faſtigium ſupereſt, hoc vno modo creſcere poteſt, ſi ſe ipſe ſubmittat; ſecurus magnitudinis ſuæ. neque enim ab vllo periculo fortunæ Principum longius abeſt, quàm ab humilitate.* Haud igitur ſine cauſſa inculcat Palæologo filio Manuel Imp. cap. LXXXII: Σεμνότης καὶ μεγαλοπρέπεια ἡγεμόσιν οὐκ ἀπᾴδει. δεῖ σε δὲ κιρνᾶν ἀεὶ, τοῦ μὲν σεμνοῦ τῇ δοκούσῃ ψυχρότητι, τὴν γιγνομένην ἡδύτητα. τοῦ δὲ μεγαλοπρεποῦς τῷ ἀμειλίκτῳ δοκοῦντι, κοινωνίαν χαρίσασαι· ὅπως φαίνοιο καὶ τοῖσδε πρέπων ἡγεμονίᾳ καὶ σχοίης γε τοὺς ὑπὸ σε πειθομένους, οἷς ἂν ὡς ἄριστα γνοίης· οὗ χωρὶς, οὐδέν ἐστι γενέσθαι τῶν ὀνῆσαι δυναμένων: *Viris principibus haud malè conueniunt, grauitas atque magnificentia; ſed miſcenda tibi ſemper ei frigori, quod ineſſe gravitati videtur, apta quædam ſuavitas; & ſeveritati, quæ magnificentiæ videtur ineſſe, grata quædam popularitas: vt his quoque rebus imperio tuo decus concilies, & audientes dicto ſubditos in iis habeas, quæ vi mentis optimè perſpexeris; abſque quo ſit, nihil vtilis rei fieri poterit.* Cæterũ quibus in rebus cõmunicatio iſta poſita ſit; colligamus tùm ex Cice-

ex Ciceronis elogio Põpeiano, Orat pro lege Manilia: *Iam verò ita faciles aditus ad eum privatorum, ita libera querimonia de aliorum iniuriis eſſe dicuntur; vt is qui dignitate Principibus excellit, facilitate par infimis eſſe videatur.* Partim ex iſtis Xenophontæis lib. 1. Hiſtor. Græc: Ἰδίᾳ δὲ πρὸς Ἑρμοκράτην προσομιλοῦντες, μάλιστα ἐπόθησαν τήν τε ἐπιμέλειαν, καὶ προθυμίαν, καὶ κοινότητα. ὧν γὰρ ἐγίνωσκε τοὺς ἐπιεικεστάτους τῶν τριηράρχων καὶ κυβερνητῶν καὶ ἐπιβατῶν, ἑκάστης ἡμέρας τὸ πρωῒ καὶ πρὸς ἑσπέραν συναυλίζων πρὸς τὴν σκηνὴν τὴν ἑαυτοῦ, ἀνεκοινοῦτο ὅ, τι ἔμελλεν ἢ λέγειν, ἢ πράττειν: *Inprimis diligentiam Hermocratis, & alacritatem, & popularitatem deſiderabant, quo privatim familiariter vtebantur. Nam de tiremium præfectis, & gubernatoribus, & epibatis optimum quẽque ſibi cognitum ſingulis diebus ad contubernium in tabernaculum ſuum mane ac veſpere invitabat, & cum eis quidquid vel dicturus, vel facturus eſſet, communicabat &c.* Quæ eadẽ præclare expreſſit Cleomenes. de quo ita in vita ipſius Plutarchus: Τοῖς ἄλλοις ἐντυγχάνοντες οἱ ἄνθρωποι βασιλεῦσιν, οὐχ οὕτω κατεπλήττοντο τοὺς πλούτους καὶ τὰς πολυτελείας, ὡς ἐβδελύττοντο τὴν ὑπεροψίαν αὐτῶν καὶ τὸν ὄγκον, ἐπαχθῶς καὶ τραχέως προσφερομένων τοῖς ἐντυγχάνουσι. πρὸς δὲ Κλεομένη βαδίζοντες, ὄντα τε δὴ βασιλέα καὶ καλούμενον, εἶτα ὁρῶντες οὐ πορφύρας τινὰς οὐδὲ χλαίνας περὶ αὐτὸν, οὐδὲ κλινιδίων καὶ φορείων κατασκευὰς, οὐδ' ὑπ' ἀγγέλων ὄχλου καὶ θυρωρῶν, ἢ διὰ γραμματίων χρηματίζοντα χαλεπῶς καὶ μόλις, ἀλλ' αὐτὸν ἐν ἱματίῳ τῷ τυχόντι πρὸς τὰς δεξιώσεις ἀπαντῶντα καὶ διαλεγόμενον καὶ σχολάζοντα τοῖς χρῄζουσιν ἱλαρῶς καὶ φιλανθρώπως, ἐκηλοῦντο καὶ κατεδημαγωγοῦντο, καὶ μόνον ἀφ' Ἡρακλέους ἐκεῖνον ἔφασαν γεγονέναι: *Quum alios reges Græci adirent, non ita opes & luxum eorum ſtupebant, vt execrabantur ſuperbiam & faſtum, tumidè & aſperè cum appellantibus ipſos agentium, Cleomenem quum adirent, qui rex & verè erat & dicebatur; neque purpuras circa eum, neque lanas, neque lectulorum conſpicerent vel lecticarum inſtrumentum, neque per nuntiorum & ianitorum gregem, vel per libellos grauatim & cum difficultate reſpondentem; verùm illum ipſum pallio amictum plebeio ad ſalutationes occurrentem, colloquentemque & vacantem exporrecto vultu humanoque adeuntibus: his artibus capiebantur & ducebantur, ſolumq́; ab Hercule illum prædicabant ortum.* Sed quid opus verbis? Hæc omnes ſciunt; vel à tritis hisce Tullij libro 1. Offic: *In rebus proſperis, atque ad voluntatem noſtram fluentibus, ſuperbiam magnopere faſtidium arrogantiamq́; fugiamus. nam vt aduerſas res, ſic ſecundas, immoderatè ferre, levitatis eſt: præclaraq́; eſt æquabilitas in omni vita; & idem ſemper vultus eademque frons; vt de Socrate item de C. quoque Lælio accepimus. Philippum quidem Macedonum Regem, rebus geſtis & gloria ſuperatum à filio; facilitate verò & humanitate video ſuperiorem fuiſſe. Itaque alter ſemper magnus, alter ſæpe turpiſſimus fuit: vt rectè præcipere videantur, qui monent, vt quã-*

tò

to ſuperiores ſimus tantò nos ſubmiſſius geramus, &c. Deſinã igitur in verbis Imp. Manuelis Orat. VII: Οὐ μὴν, ἀλλ' εἴγε ἐνεςὶ ψυχῇ περιβεβλῆσθαι πορφύραν, καὶ ταύτῃ βασιλεῦσαι κατὰ παθῶν, μὴ ἂν ἑτέρως οἴομαι τοῦτο γενέσθαι, ἢ τὴν ταπεινοφροσύνην αὐτὴν ἐνδύσασθαι. ὥστε ἔξεστιν εἰπεῖν, περὶ ταύτης διαλεγόμενον. ὡς ἔστι μὲν ἀτεχνῶς πολύ τι κρείσσων ἐκείνων ἤδε τῶν εἰς ἀσφάλειαν ἐξευρημένων ἀνθρώποις, ἔστι δὲ οἷς ἂν προσῇ, ὑπερφυῶς τούτους κοσμοῦσα, καὶ τὸ τῶν ἀρετῶν ἅπαν σύνταγμα, μετὰ πολλῆς σεμνότητος καὶ μεγαλοπρεπείας φαιδρύνουσα, τῷ ἑαυτῆς ἰδιώματι καὶ τῷ πεφυκότι: *Quinetiam ſi fieri poſſet, vt animus purpuram ſumeret, atque hoc modò adverſus vitia regnum obtineret: non hoc aliter futurum arbitror, quàm ipſam humilitatem induendo. Quamobrem dicere fas eſt de hac differenti, eſſe dubio procul longè meliorem illis, quæ ad ſecuritatem hominum inventa ſunt, & eamdem eximium in modum eos ornare, quibus adeſt; omneque virtutum agmen proprietate ſuâ, vique nativâ, ſingulari cum maieſtate ac magnificentia cohoneſtare.* Amplectemur autem hanc lenitatẽ comitatemque tantò libentius, quod & noſtro alioquin emolumento propriè ſerviat. Bene enim placitum Plutarcho, περὶ Ἀοργησ. extremo: ὅτι τὸ ἵλεων ἦθος καὶ πρᾶον καὶ φιλάνθρωπον, οὐδενὶ τῶν συνόντων εὐμενές ἐστιν οὕτω καὶ φίλον καὶ ἄλυπον, ὡς αὐτοῖς τοῖς ἔχουσιν: *Placidos manſuctos atque humanos mores, nemini eorum quibuscum vivitur ita gratos, iucundoſque eſſe, vt ei ipſi, qui iis eſt præditus.*

Contumaciâ inferiorum, lenitatem imperitantis deminui. Lib. XVI. Annal.

ADEO paſſim omnibus in ore eſt nomen Tyrannorum; vt id nemo ferè effugiat Principum, qui hodie viuunt. Iure ne an injuriâ; ipſi viderint. Hoc ſcio ſæpe eiuſmodi convitio aſperſos minimè tales: adeò vt nõ malè impingi poſſet ſubditis ipſum illud patris ad filiũ, è Quintiliani Declam. V: *Veſtrum quinimò crimen eſt, quod interdum aliud ſumus: & inde manifeſtum eſt diverſitatem noſtram venire de moribus liberorum; non invenias aſperum patrem, niſi iam peccantis ætatis.* Sanè ſi iuxta vulgare proverbium, *Malo nodo malus cuneus requirendus eſt*, vt loquitur D. Hieronymus Epiſtola ad Oceanum; præpoſterè imputemus poteſtati, quod eſt populi. Quippe penes populũ eſſe lenius ne an ſecus regantur, teſtatur Alexander Magnus, cuius dictum habemus lib. Curtij VIII: *Regum ducumque clementia, non in ipſorum modò, ſed etiam illorum qui parent, ingeniis ſita eſt. Obſequio mitigantur imperia. Vbi verò reverentia*

Digitized by Google

exceſſit animus, & ſumma imis confundimus; vi opus eſt vt vim repellamus.
Quæ quò Principi minus vſitata eſt, eò exardeſcit acrius. verè enim mo-
net ille in Clitophonte Achillis Tatii lib. VI: Καὶ μὴ παροξύνῃς χρηστὸν
ἄνδρα. ὀργισθεὶς γὰρ ἀφόρητός ἐστιν. χρηστότης γὰρ τυγχάνουσα μὲν χάριτος, ἔτι
μᾶλλον αὔξεται. προπηλακισθεῖσα δὲ, εἰς ὀργὴν ἐρεθίζεται. τὸ γὰρ περιττὸν εἰς τὴν φιλαν-
θρωπίαν, ἴσον ἔχει τὸν θυμὸν εἰς τιμωρίαν: *Caue, ne hominem manſuetum irrites:
qui cùm irâ permovetur, ferri nequit. Is enim cui manſuetudo ineſt, ſi in mi-
te ingenium incidat, manſuetiorem etiam ſe præſtat: ſin verò cum inhumano
congrediatur, implacabili efferueſcit iracundiâ. Naturâ enim ita comparatum
eſt, vt in quo ad benemerendum vigeat alacritas, ei ad vlciſcendum acerbitas nõ
deſit.* Ex hac cauſsâ Nicocles Iſocratis in Συμβουλευτικῷ λόγῳ ponit in-
ter alia: Μὴ μόνον τὰς φύσεις αἰτίας νομίζετε τοῦ χαλεποὺς ἢ πράους εἶναι τοὺς τυράν-
νους, ἀλλὰ καὶ τὸν τρόπον τῶν πολιτῶν. πολλοὶ γὰρ ἤδη, διὰ τὴν τῶν ἀρχομένων κακί-
αν, τραχύτερον ἢ κατὰ τὴν ἑαυτῶν γνώμην, ἄρχειν ἠναγκάσθησαν: *Sævitiam aut
manſuetudinem, non tantùm ingeniis tribuite dominorum; ſed moribus etiam
populorum. Multi enim iam ob improbitatem civium aſperius imperare, quã
vellent, ſunt coacti.* Nec alioſum tendit Marcellus apud Tacitum lib. XVI.
Annal: *Contumaciâ inferiorum, lenitatem imperitantis deminui.* Idem vo-
lebat Nero in Octaviæ tragœdiâ verſu 823:

Exultat ingens ſæculi noſtri bonis
Corrupta turba; nec capit clementiam
Ingrata noſtram, ferre nec pacem poteſt,
Sed inquieta rapitur: hinc audaciâ
Hinc temeritate fertur in præceps ſuâ.
Malis domanda eſt, & gravi ſemper iugo
Premenda, ne quid ſimile tentare audeat.

Falsò quidem ille: ſed tamen ſæpius tale quid contingere, res ipſa clamat;
nec aliud volebat ſententia Domitiani, arbitrantis, τοὺς αὐτοκράτορας τοὺς
μὴ πολλοὺς κολάζοντας, οὐκ ἀγαθοὺς, ἀλλ' εὐτυχεῖς εἶναι: *Imperatores à quibus per-
multi homines non punirentur, fortunatos magis quàm bonos eſſe*; ſicut reci-
tat in vitâ ipſius Caſſius. Vnde & Phalaris de ſe apud Lucianum: Οἱ ἄν-
θρωποι ἐμὲ τῆς ὠμότητος αἰτιῶνται, οὐκ ἐπιλογιζόμενοι, παρὰ ποτέρου ἡμῶν
ἦν ἡ πρώτη τούτων ἀρχή. συνελόντες δὲ τὰ ἐν μέσῳ, καὶ ἐφ' οἷς ἐκολάζοντο, τὰς τι-
μωρίας αὐτὰς ἠτιῶντο, καὶ τὰς δοκούσας ἐν αὐταῖς ὠμότητας. ὅμοιον ὡς εἴ τις παρ'
ὑμῖν ἱερόσυλόν τινα ἰδὼν ἀπὸ τῆς πέτρας ῥιπτούμενον, ἃ μὲν ἐτόλμησε, μὴ λογίζοιτο, ὡς
νύκτωρ ἐς τὸ ἱερὸν παρῆλθε, καὶ κατέσπασε τὰ ἀναθήματα, καὶ τοῦ ξοάνου ἥψατο,
κατηγοροίη δὲ ὑμῶν πολλὴν τὴν ἀγριότητα, ὅτι Ἕλληνές τε καὶ ἱεροὶ εἶναι λέγοντες ὑ-
πεμείνατε ἄνθρωπον Ἕλληνα, πλησίον τοῦ ἱεροῦ κολάσει τοιαύτῃ περιβαλεῖν: *Homines
crudelitatis me accuſant, non valde reputantes ab vtro noſtrûm primum huius*

mali:

mali initium ſubintroductum ſit: ea quæ in medio euenère, & quamobrem de ciuibus nefariis ſumptum ſit ſupplicium, negligenter complectentes: pœnas tamen ſceleratis civib. irrogatas in crimen vocant, eaque quæ ſibi in illis excruciandis committi viſa ſunt crudelitates. Non diſſimile factum, ſi quis apud vos ſacrilegum aliquem præcipitio mulctatum vidiſſet, cæterum quæ nefariè deſignaſſet, non reputaret; quemadmodum noctu in templum ingreſſus ſublatis furtim pretioſiſſimis quibusque donariis, fanum religioſiſſimnm impiè depeculatus eſſet; ac etiam ſtatuis manus ſceleratas admouiſſet; magna tandem crudelitatis vos accuſaret, quod cùm & Græci & ſancti eſſe perhibeamini, ſupplicio affeciſſetis hominem Græcum propè templum, &c. Mox: Τὸ δὲ ὅλον, οἱ δῆμοι οὐκ ἐξετάζοντες, ὁποῖός τις ὁ τοῖς πράγμασιν ἐφεστὼς ἐστιν, εἴτε δίκαιος, εἴτ᾽ ἄδικος, αὐτὸ ἁπλῶς τὸ τῆς τυραννίδος ὄνομα μισοῦσι καὶ τὸν τύραννον. κἂν Αἰακὸς ἢ Μίνως ἢ Ῥαδάμανθυς ᾖ, ὁμοίως ἐξ ἅπαντος ἀνελεῖν σπεύδουσι, τοὺς μὲν πονηροὺς αὐτῶν, πρὸ ὀφθαλμῶν τιθέμενοι, τοὺς δὲ χρηστοὺς τῇ κοινωνίᾳ τῆς προσηγορίας, τῷ ὁμοίῳ μίσει συμπεριλαμβάνοντες: *In ſumma, populi non perpendentes qualisnam ille ſit qui rebus imperio præeſt, ſiue iuſtus ſiue iniuſtus, ſimpliciter ipſum nomen tyrannidis proſequuntur odio, ipſiq́; tyranno extremè infenſi ſunt: & tametſi Aeacus aut Minos, aut Rhadamantus principatum geſſerit, omnes tamen ex æquo è medio tollere approperant, malos illorum ante oculos ſibi proponētes, bonos verò communi accuſationi innocenter obnoxios eodem odio complectentes.* Similiter & Gregorius Nazian. Oratione ad Nazianzenos grauiter perculſos: Ἡμεῖς δὲ τοιοῦτό τι πάσχομεν, μὴ τὰ ἑαυτῶν κατορθοῦντες, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἐξουσίαν δυσχεραίνοντες, ὥσπερ ἂν εἴ τις αἰτιῷ τὸν ἀγωνοθέτην ὡς μοχθηρὸν, αὐτὸς ἐκπαλαίων, ἢ τὸν ἰατρὸν ἀμαθῆ καὶ θρασὺν τῆς τομῆς καὶ τῆς καύσεσι κεχρημένον, αὐτὸς πονήρως διακείμενος, καὶ τῶν αὐστηροτέρων δεόμενος φαρμάκων: *At nos, dum officium ipſi deſerentes, magiſtratus poteſtatem iniquo animo ferimus, perinde vtique facimus, ac ſi quis certaminis præſidem vt improbum accuſet, cùm ipſe in palæſtræ leges peccet, aut medicum vt indoctum & audacem, quòd ſectionibus & cauteriis vtatur, cùm ipſe gravi morbo laboret, aſperioribusque remediis indigeat.* Sanè neceſſariò aſperiorem fuiſſe D. Auguſtum, innuit Xiphilinus; vbi meminit Titi Imp: Καὶ αὐτὸν ἐξίσου κατὰ τοῦτο τῇ τοῦ Αὐγούστου πολυετίᾳ ἄγουσι, λέγοντες ὅτι οὔτ᾽ ἂν ἐκεῖνος ἐφιλήθη ποτὲ, εἰ ἐλάττω χρόνον ἐζήκει, οὔτ᾽ ἂν οὗτος, εἰ πλείονα· ὁ μὲν, ὅτι τραχύτερος κατ᾽ ἀρχὰς διά τε τοὺς πολεμίους καὶ διὰ τὰς στάσεις γινόμενος, ἠδυνήθη μετὰ ταῦτα εὐεργεσίαις ἐν τῷ χρόνῳ λαμπρύνεσθαι· ὁ δὲ, ὅτι ἐπιεικῶς ἄρξας, ἐν ἀκμῇ τῆς δόξης ἀπέθανε· τάχα ἂν ἐλεγχθεὶς εἴγε ἐπὶ μακρὸν ἐβεβιώκει, ὅτι εὐτυχίᾳ πλείονι ἢ ἀρετῇ ἐχρήσατο: *Et hoc reſpectu quidam Titum parem, longævo licet, Auguſto exiſtimant: cùm aiunt, nec Auguſtum futurum fuiſſe carum, ſi minoris tēporis ſpatio vixiſſet, nec Titum, ſi maiori. Auguſtum quidem, quod cùm pro-*

Digitized by Google

pter inimicos & ſeditiones aſperior initio fuiſſet; poſtea beneficiis tam diuturno tempore clarus eſſe potuit: Titum verò, quod geſto clementer imperio, in ipſo flore laudis ac gloria mortuus ſit; cùm ſi vixiſſet diutius, fortaſſe, maiore præditum felicitate quàm virtute paruiſſet. Probè igitur Antipater apud Egeſippum lib.I.cap.XXV.Excid. Hieroſ: *Deinde tumultus repreßit, conveniens ſingulos affectu parentis, nunc mollioribus monitis, nunc minis, vt qua pacis eſſent potius, quàm belli, ſequenda arbitrarentur, neve exaſperarent animum regis. Qui ſi inoffenſus maneret, civem praſtaret: ſi commoveretur, tyrannum exhiberet. etſi mitis eſſet naturâ Hyrcanus, caverent tamen, ne eum contumelia exacerbarent. Sibi quoque ſtudium eſſe, vt in medium conſuleret, pro ſolicitudine piâ, non pro poteſtate. ſed ſi novare aliqua tentarent, vindicandi animum ſibi non defuturum, Romanorumque amicitiam potius, quàm dominationem experirentur.* Eiuſdem erat opinionis Theopompus, qui λέγοντος δέ τινος ὅτι ἡ Σπάρτη σώζεται διὰ τοὺς βασιλεῖς ἀρχικοὺς ὄντας, Οὐχ, ἔφη, ἀλλὰ διὰ τοὺς πολίτας πειθαρχικοὺς ὄντας: *Dicente quodam Spartæ ſalutem inde proficiſci, quòd reges ad imperandum haberet idoneos, dixit non eam eſſe cauſam, ſed quòd cives obedire noſſent.* Plutarchus in Apophtheg. Lacon. Hinc in eiſdem habemus Apohth.de Ageſilao: Ἔλεγε δὲ τοὺς τὴν Ἀσίαν κατοικοῦντας, ἐλευθέρους μὲν κακοὺς, δούλους δὲ ἀγαθοὺς εἶναι: *Qui in Aſia habitabãt, eos, aiebat in libertate malos, ſi ſervirẽt bonos eſſe.* Nec aliũde occurrit in Flori.II.c.XVI: *Critolaus cauſſa belli: qui libertate à Romanis datâ adverſus ipſos vſus eſt. &c.* In Livio verò lib.XXXIV: *Inſolenter & immodicè abuti Theſſalos indulgẽtiâ populi Rom. veluti ex diutinâ ſiti nimis avidè meram hauriẽtes libertatem. ita ſervorum modo præter ſpem manumiſſorum, licentiam vocis & linguæ experiri, & iactare ſeſe inſectatione & convitiis dominorum.* Suetonius ſimiliter capite XLVII. de Auguſto: *Vrbium quaſdam fœderatas, ſed ad exitium licentiâ præcipites, libertate privauit.* Vnde etiam Valer. Maximus lib. II. cap.VII: *In Hiſpaniâ Q. Fabius Maximus ferociſſimæ gentis animos contundere & debilitare cupiens, manſuetiſſimum ingenium ſuum, ad tempus depoſitâ clementiâ, ſaviore vti ſeveritate coëgit. Omnium enim, &c.* Verè itaq; dictum eſt Medo Cobari ad Beſſum lib. VII. Curtij: *Nobilis equus, vmbrâ quoque virgæ regitur: ignavus ne calcaribus quidem.* Idem populo quoque accidit. Quapropter prò huius diverſitatis ratione ſeſe etiam Rector gerat oportet; vti benè meminit de Romanis Ariſtides Orat. in Romã: Διαπλέπει δὲ τῶν μὲν Ἑλλήνων ὥσπερ τροφέων ἐπιμελόμενοι· χεῖρά τι ὑπερέχοντες, καὶ οἷον κειμένους ἀνιστάντες· τοὺς μὲν ἀρίστους καὶ πάλαι ἡγεμόνας, ἐλευθέρους καὶ αὐτονόμους ἀφεικότες αὐτῶν· τῶν δὲ ἄλλων μετρίως καὶ κατὰ πολλὴν φειδώ τι καὶ πρόνοιαν ἐξηγούμενοι. τοὺς δὲ βαρβάρους, πρὸς τὴν ἑκάστοις αὐτῶν οὖσαν φύσιν παιδεύοντες πρᾳότερόν τι καὶ σφοδρότερον· ὥσπερ εἰκὸς ἵππων ἐπιστατῶν μὴ εἶναι χείρους:

ρας, ἀνδρῶν ὄντας ἄρχοντας. ἀλλ' ἐξητακέναι τὰς φύσεις καὶ πρὸς πάντας ἄγειν: *Iã Græcos quidem tamquam nutricios curatis, & eos tum defenditis, tum quaſi lapſos erigitis partim præſtantiſſimis ipſorum & priſcis principibus, liberis dimiſſis, partim aliis moderatè, ſummaque cum parſimonia providentiaq; gubernatis. barbaros autem pro ſuo quemque ingenio vel clementius vel aſperius regitis, prout hominum principes equorum magiſtris cedere non decet, verùm pro indole compertâ ſingulos gubernare.* Quæ cùm ita ſe habeant; apparet magnam requiri artem, magnam dexteritatem: nec temerè dixiſſe Martialem *Principis eſt, virtus maxima, noſſe ſuos.*

Πάντα γὰρ ποιεῖν προσήκει σκέψει, καὶ κρίσει καὶ γνώσει, καὶ συνειδήσει. καὶ διδόναι πανταχοῦ κρατεῖν τὸ καλὸν: *Agenda ſunt enim omnia, adhibita conſideratione, iudicio, cõſilio, conſcientia: & vbiq; præcipuæ partes honeſto tribuendæ*; vt monet Imp. Manuel cap. xxx. Circumſpectè etiam Archytas lib. de Lege & Iuſtitiâ: Δεῖ δὲ τὸν ἀληθινὸν ἄρχοντα μὴ μόνον ἐπιστάμονά τε καὶ δυνατὸν ἦμεν περὶ τὸ καλῶς ἄρχειν, ἀλλὰ καὶ φιλανθρώπως. ἄτοπον γὰρ ἦμεν ποιμένα μισοπρόβατον, καὶ τοιοῦτον, οἷον καὶ δυσμενῶς ἔχειν τοῖς αὐτοῦ θρεμμάτεσσι: *Ceterùm oportet verum principem non rectè tantùm imperare ſcire ac poſſe, ſed etiã humaniter. Turpe enim fuerit paſtorem oves odiſſe, & pecoribus ſuis infenſum eſſe.* Proſpicuè quoque D. Chryſoſtomus Orat. II. de Sacerdotio: Καὶ γὰρ ἐὰν πραότερον προσενεχθῇς τῷ πολλῆς ἀποτομίας δεομένῳ, καὶ μὴ δῷς βαθεῖαν τὴν πληγὴν τῷ τοιαύτης χρείαν ἔχοντι: τὸ μὲν περιέκοψας, τὸ δὲ ἀφῆκας τοῦ τραύματος. κἂν ἀφειδῶς τὴν ὀφειλομένην ἐπαγάγῃς τομὴν· πολλάκις ἀπογνοὺς πρὸς τὰς ἀλγηδόνας ἐκεῖνος, ἀθρόως ἅπαντα ῥίψας, καὶ τὸ φάρμακον, καὶ τὸν ἐπίδεσμον, φέρων ἑαυτὸν κατεκρήμνισε, συντρίψας τὸν ζυγὸν, καὶ διαρρήξας τὸν δεσμόν. καὶ πολλοὺς ἂν ἔχοιμι λέγειν, τοὺς εἰς ἔσχατα ἐξοκείλαντας κακὰ, διὰ τὸ δίκην ἀπαιτηθῆναι τὴν ἁμαρτημάτων ἀξίαν. οὐ γὰρ ἁπλῶς πρὸς τὸ τῶν πλημμελημάτων μέτρον δεῖ καὶ τὴν ἐπιτιμίαν ἐπάγειν· ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν ἁμαρτανόντων στοχάζεσθαι προαιρέσεως· μή ποτε ῥάψαι τὸ διεῤῥωγὸς βουλόμενος, χεῖρον τὸ σχίσμα ποιήσῃς· καὶ ἀνορθῶσαι τὸ καταπεπτωκὸς σπουδάζων, μείζονα ἐργάσῃ τὴν πτῶσιν: *Si enim levius agas cum eo, cuius ingenium non mediocrem poſtulet aſperitatem, neque profundiorem ictum inferas, ubi is neceſſarius ſit, partem vulneris putreſcentem exſecando ſuſtuleris, partem verò reliquam non perſanâris. Contrà ſi durius illato ictu, ut oportuit tentes ſectionem, non rarò deſperatione ſuccumbens doloribus, ſemel omnibus proiectatis, & medicamento, & ligamentis, ſeſe præcipitem ferendum dederit, contrito iugo, dirupto vinculo. Equidem complures recenſere queam, qui in extrema, veluti naufragio facto, mala devenerunt, quod par criminibus pœna poſtularetur. Quippe non convenit pro criminum ratione, nullo reſpectu pœnam proponere, verùm coniecturis colligere, quo ſit peccantium quiſque animo, ne ſarcire dum vis quod ruptum eſt, efficias ut magis ſcindatur; neve erigere quod collapſum eſt,*

dum ſtudes; nova opprimas ruina. Nimirum locum heîc ferè habet Livii illud lib. II. *Excellentibus ingeniis citiùs defuerit ars quâ civem regant, quàm quâ hoſtem ſuperent.* Quod idem quoque confirmat Orat. ad Cæſarem II. Salluſtius: *Inter has difficultates evadendum eſt tibi, atque in poſterum firmanda Reſp. non armis modò, neque adverſum hoſtes. ſed quod maius multò aſperiusque eſt, bonis pacis artibus.*

Moderatione plura, quàm vi compoſuerat.

Lib. XII. Annal:

SI QVIS & hoc ſæculo averet verâ graſſari viâ ad compendioſam victoriam; noverit eam dudum in publico orbis theatro indicatam unico verſiculo P. Syri:

Perpetuò vincit qui utitur clementiâ.

Cuius auctoritas ſi cui fortè levior; accedet ei pondus ab ore Alexandri, ita de regio ſolio pronuntiantis: *Non eſt diuturna poſſeſſio in quam gladio inducimur. beneficiorum gratia ſempiterna eſt. Si habere Aſiam non tranſire volumus; cum his communicanda eſt noſtra clementia. horum fides ſtabile & æternum faciet imperium.* Sic rex ille apud Curtium libro VIII; atque id eâ quidem gravitate vultûs, tanquam ſi axioma iſtud obſervādum eſſet omni loco, omni tempore. Cui, ne dubitemus accedere; audiamus item vocem habitam in Senatu Romano Imp. Claudii, apud Tacitum lib. XI. Annal: *At conditor noſter Romulus tantum ſapientiâ valuit, ut pleroſq. populos eodem die hoſtes, dein cives habuerit.* Ergo, inquiet aliquis, ut impunè maieſtatem noſtram contempſerint? exercitus fuderint? ærarium ac fiſcum exhauſerint? Non faciam. ſequar potius eoſdem Romanos, quibus teſte Livio lib. X: *Optimum viſum, quò magis fractæ res Samnitium eſſent, eò pertinacius & infeſtius agere cetera & perſequi; ut perdomitum Samnium inſequentibus Conſulibus tradi poſſet.* O te tunc regem animi & parvi pariter & fatui! Parvi. Νικᾶν γὰρ καλὸν τοὺς ἐχθροὺς, ἑστῶτας μὲν, ταῖς μάχαις· πεπτωκότας δὲ ταῖς εὐποιΐαις: *Pulcrum eſt vincere hoſtes ſtantes quidem adhuc præliis, collapſos beneficentiâ.* inquit rex magnus ab Aethiopiâ lib. IX. Heliodori. Clamatque adhuc ac monet ab inferis Anchiſes,

Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos.

Imò de cælo intonat ipſa clementia,

Obvia proſternas, proſtrataq. more Leonis
Deſpicias: alacres ardent qui ſternere tauros.
Tranſiliunt prædas humiles----. Claudian. Paneg. II. Stilicon.

Sed & te præterea animi fatuū ô Rex! nam excute mihi Livii Epitomen

libro

libro XI.libro XII.libro XIII.lib.XIV.lib.XV; invenies fractam illam tuam Samnii gentem, Romanis ibidem continuum faceſſere negotium; domitamque, ne domitam quidem: *utpote ſexies rupto fœdere, cladibus ipſis animoſiorem*, quemadmodum teſtatur Florus lib. I.cap.XVI. Optimum igitur factum, ut ſi perduelles nōdum ſervas ad unum omnes in catenis ac ſub carnifice, ſinas in quiete. Ita dico,

Tecum habita, & noris quàm ſit tibi curta ſupellex.

Admitte, inquam Phocylidis verſus;

Πολλάκις ἐν βιότῳ καὶ θαῤῥαλέοισιν ἄπιστον
Πῆμα, καὶ ἀχθομένοισι κακοῦ λύσις ἤλυθεν ἄφνω:
Sæpe in vita etiam confidentibus, quod nunquam crediḋiſſent
Infortunium, & adflictis mali ſolutio venit repentè.

Nec refuge vocem D. Greg. Nazianzeni, ſuadentis

Μηδὲν μὲν εἴπῃς εὐπλοῶν πρὸ πείσματος.
Πολλοῖς πρὸς ὅρμον εὐπλοοῦσιν ἔδυ σκάφος.
Πολλοὶ προσωρμίσθησαν ἐκ τρικυμίας:
Ne te ante iactes, quam ſit in portu ratis.
Periere multi iam propinqui littori.
Vado appulere, turbine acti, plurimi.

Nec id ſolùm, ſed & iuxta Naſonis effatum,

Sæpius in portu fracta carina ſuo.

Et quid? tibine ſoli ignota eſt *pugna Oſculana?* At occurrit, puto, vel in ſomnis, imago Reguli expreſſa Polybio lib. I: Ὁ μὲν γὰρ Μάρκος ὡς ἤδη κεκρατηκὼς τῶν ὅλων, ὅ, τι ποτε συνεχώρει, πᾶν ᾤετο δεῖν αὐτοὺς ἐν χάριτι καὶ δωρεᾷ λαμβάνειν. οἱ δὲ καρχηδόνιοι θεωροῦντες, ὅτι καὶ γενομένοις αὐτοῖς ὑποχειρίοις, οὐδὲν ἂν ξυνακολουθήσαι βαρύτερον τῶν τότε προσταγμάτων, οὐ μόνον δυσαρεστήσαντες τοῖς προτεινομένοις ἐπανῆλθον, ἀλλὰ καὶ προσκόψαντες τῇ βαρύτητι τοῦ Μάρκου. τὸ δὲ συνέδριον τῶν καρχηδονίων διακοῦσαν τὰ προτεινόμενα παρὰ τοῦ στρατηγοῦ τῶν ῥωμαίων, καίπερ σχεδὸν ἀπεγνωκὸς τὰς τῆς σωτηρίας ἐλπίδας, ὅμως οὕτως ἀνδρωδῶς ἔστη καὶ γενναίως, ὥστε πᾶν ὑπομένειν εἵλετο, καὶ παντὸς ἔργου καὶ καιροῦ πεῖραν λαμβάνειν. ἐφ᾽ ᾧ μηδὲν ἀγεννὲς μηδ᾽ ἀνάξιον τῶν πρώτων πράξεων ὑπομεῖναι: *Etenim M. Attilius iam rerum omnium potitus quicquid Carthaginienſibus offerret, id eos loco beneficii ac muneris accepturos ſperabat. Contrà verò Carthaginienſibus videbatur; nihil ſibi etiam ad extremum victis à Conſule gravius, nihil acerbius reſponderi potuiſſe. Quapropter legati non ſolum re infectâ diſcordes diſceſſerunt, verum etiam reſponſum Conſulis, ut nimis grave atque ſuperbum, mirum in modum deteſtati ſunt. Ea verò cum in ſenatu Carthaginienſium retuliſſent, tametſi Carthaginienſes de rebus ſuis iam pridem prorſus deſperaverant, tantam tamen auditis Conſulis petitionibus indignationem ſimul atque audaciam animo conceperunt*

Digitized by Google

runt, ut ſubire potius omnia, & cuncta tam facta quàm tempora experiri prius decreverint, quàm aliquid aut nomini ſuo ignominioſum aut rebus à ſe antea præclariſſimè geſtis indignum perpeti. Quæris exitum? Vnus homo rem Romanam frangit, Carthaginienſium reſtituit; capiturque tumidus ille Atilius. Quod ipſum ne & tibi contingat, admittes ô Rex, diſſertatiunculam eiuſdem ſcriptoris, his conſtantem literarum elementis: Ἐν ᾧ καιρῷ πολλά τις ἂν ὀρθῶς ἐπισημαινόμενος εὕροι, πρὸς ἐπανόρθωσιν τοῦ τῶν ἀνθρώπων βίου συντελεσθέντα. καὶ γὰρ τὸ διαπιστεῖν τῇ τύχῃ, καὶ μάλιστα κατὰ τὰς εὐπραγίας, ἐναργέστατον ἐφάνη πᾶσι τότε διὰ τῶν Μάρκου συμπτωμάτων. ὁ γὰρ μικρῷ πρότερον οὐ διδοὺς ἔλεον, οὐδὲ συγγνώμην τοῖς πταίουσι, παραπόδας αὐτὸς ἤγετο δεησόμενος τούτων περὶ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας. καὶ μὴν τὸ παρ' Εὐριπίδῃ πάλαι καλῶς εἰρῆσθαι δοκοῦν, ὡς ἓν σοφὸν βούλευμα τὰς πολλὰς χεῖρας νικᾷ, τότε δι' αὐτῶν τῶν ἔργων ἔλαβε τὴν πίστιν. εἷς γὰρ ἄνθρωπος καὶ μία γνώμη τὰ μὲν ἀήττητα πλήθη καὶ πραγματικὰ δοκοῦντα εἶναι, καθεῖλε. τὸ δὲ προφανῶς πεπτωκὸς ἄρδην πολίτευμα, καὶ τὰς ἀπηλγηκυίας ψυχὰς τῶν δυνάμεων, ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἤγαγεν. ἐγὼ δὲ τούτων ἐπεμνήσθην χάριν τῆς τῶν ἐντυγχανόντων τοῖς ὑπομνήμασι διορθώσεως. δυοῖν γὰρ ὄντων τρόπων πᾶσιν ἀνθρώποις τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταθέσεως, τοῦ τε διὰ τῶν ἰδίων συμπτωμάτων, καὶ τοῦ διὰ τῶν ἀλλοτρίων, ἐναργέστερον μὲν εἶναι συμβαίνει, τὸν διὰ τῶν οἰκείων περιπετειῶν, ἀβλαβέστερον δὲ τὸν διὰ τῶν ἀλλοτρίων. διὸ τὸν μὲν οὐδέποθ' ἑκουσίως αἱρετέον, ἐπεὶ μετὰ μεγάλων πόνων καὶ κινδύνων ποιεῖ τὴν διόρθωσιν. τὸν δὲ ἀεὶ θηρευτέον, ἐπεὶ χωρὶς βλάβης ἔστι συνιδεῖν ἐν αὐτῷ τὸ βέλτιον. ἐξ ὧν συνιδόντι, καλλίστην παιδείαν ἡγητέον πρὸς ἀληθινὸν βίον, τὴν ἐκ τῆς πραγματικῆς ἱστορίας περιγιγνομένην ἐμπειρίαν. μόνη γὰρ αὕτη χωρὶς βλάβης παντὸς καιροῦ καὶ περιστάσεως, κριτὰς ἀληθινοὺς ἀποτελεῖ τοῦ βελτίονος: *Hæc ſi quis rectè conſiderare voluerit, multa inveniet, ad humanæ vitæ emendationem utiliſſima. Siquidem primò quàm vanum, quamque ridiculum ſit, ob res ſecundas, atque ex animi ſententiâ egregie geſtas, aliquam in fortuna ſpem ſitam habere, ſingulare univerſis exemplum præbuit M. Attilius: qui cum paulò ante nullâ erga Carthaginienſes ad extremum redactos miſericordiâ moveretur, pacemque ſuppliciter orantibus negaret, mox ipſe eò redactus eſt, ut eadem illa ſuppliciter à Carthaginienſibus petere cogeretur. Præterea quod olim ab Euripide ſapientiſſimè dictum fertur, Vnicum rectum cõſilium magnam militum manum vincere: hoc tempore ex iiſdem operibus fidem accepit. Siquidem unus homo, atque una ſententia multitudinem, quæ antea invicta ſemper atque inſuperabilis fuerat, vicit, ſuperavitque: ac profligatam urbem, & collapſos tot virorum animos inſtauravit, atque erexit. Equidem hæc libenter commemoravi, ad utilitatem & correctionem eorum qui commentarios iſtos ſunt lecturi. Nam cùm duo hominibus modi propoſiti ſint, quibus facile mutari in melius queant, unus ob ſuam cuiuſque calamitatem, alter ob alienæ calamitatis exemplum, proculdubio primus efficax quidem magis eſt, verum non ſine detri-*

mento

mento eius cui accidit. Secundus verò, etſi non habet in ſe tantum virium, ideo tamen præſtat, quòd omnis damni prorſus eſt expers. quo fit, ut priorem quidem modum nemo ſit qui ſpontè eligat, quandoquidem abſque dolore atque periculo accidere id nemini poteſt. Hunc verò ſemper venari & amplecti convenit, quod per eum ſine aliquo ſuo detrimento id quod melius eſt, cernere unicuique liceat. Idcirco rectè conſideranti, optima ad veram vitam inſtitutio, videtur eſſe experientia, quæ fit ex commemoratione rerum ab aliis geſtarum. Hæc enim dumtaxat, ſemoto prorſus omni detrimento, optimos veri boni iudices perficit. Hactenus commilito Scipionis: cuius verba meritò pectori immittamus atque animo intimo: haud obliti interim verſus Senecæ Troade:

> *Hæc cauſa multos una ab interitu arcuit,*
> *Credi periiſſe.*

Quod ipſum ſi & ſibi perſuadeant tui hoſtes; hærebis ſæpe annos plures, imò ætatem, circa verrucam montis, circa paludis inſulam. & benè ſi tantum hæres; neque etiam fias unus de grege,

> Ὅς μοι ἐνὶ κλισίῃ δεδαϊγμένος ὀξέϊ χαλκῷ
> Κεῖται, ἀνὰ πρόθυρον τετραμμένος:
> *Qui mihi in tentorio confoſſus acuto ære*
> *Iacet, ad ianuam pedibus converſus*---Homer. Iliad XIX.

Incurrasve fatum ducis Gallorum obviam habentis unum de Claudiorum familiâ; de quo Frontinus lib. IV. cap. V: *Cl. Marcellus, cùm in manus Gallorum imprudens incidiſſet, circumſpiciendæ regionis, qua evaderet, causâ, equum in orbem flexit: deinde cùm omnia eſſe infeſta vidiſſet, precatus Deos, in medios hoſtes irrupit. quibus inopinatâ audaciâ perculſis, ducem quoque eorum trucidavit: atque ubi ſpes ſalutis vix ſuperfuerat, inde opima retulit ſpolia.* Nec evades, quamvis incideris in oviculas meras. *Vt opinor, ignaviam quoque neceſſitas acuit; & ſæpe deſperatio ſpei cauſa eſt*, inquit Curtius lib. v. ubi locutus de Ariobarzanis militibus, addit: *Nudi complectebantur armatos & ingenti corporum mole ſecum ad terram detrahentes, ipſorum telis pleroſq; fodiebant.* Quæ legens, videor videre pugnantes Laconas in Xerxem; quibus *Nihil erat difficile perſuadere perſuaſis mori: ſtatim arma capiunt; & ſexcenti viri, caſtra quingentorum millium irrumpunt; ſtatimque regis prætorium petunt, aut cum illo, aut ſi ipſi oppreſſi eſſent, in ipſius potiſſimum ſede morituri. Tumultus totis caſtris oritur. Spartani poſteaquam regem non inveniunt, per omnia caſtra victores vagantur; cædunt, ſternuntq; omnia: ut qui ſciant ſe pugnare non ſpe victoriæ, ſed in mortis ultionem. Prælium à principio noctis in maiorem partem diei tractum: Ad poſtremum non victi, ſed vincendo fatigati, inter ingentes ſtratorum hoſtium catervas occiderunt.* ita Iuſtinus lib. II. Quibus dignè ſubiungamus Romanos delentes, Liuij libro XXV. exer-

Digitized by Google

citus duos Pœnorum novello duce Marcio. Cuius inter alias, ſunt & iſtę voces inflammantis ſuos: *Nihil omnium nunc minus metuunt hoſtes, quã ne obſeſſi modò ipſi atque oppugnati, caſtra ſua vltrò oppugnemus. audeamus quod credi non poteſt auſuros nos: eo ipſo, quod difficilimum videtur, facillimum erit.* Ad ſimile decus pari pervenerũt audacia Cæſariani milites, cæſo hoſte Seduno. Cæſar III. Gall: *Vnam eſſe ſpem ſalutis docent: ſi eruptione factâ, extremum auxilium experirentur. Itaque convocatis Centurionib. celeriter milites certiores facit: paulisper intermitterent prælium, ac tantummodò tela miſſa exciperent, ſeque ex labore reficerent. Poſt ſigno dato è caſtris erumperent, atque omnem ſpem ſalutis in virtute ponerent. Quod iuſſi ſunt, faciunt: ac ſubitò omnibus portis eruptione factâ, neque cognoſcendi, quid fieret, neque ſui colligendi hoſtibus facultatem relinquunt. Itaque cõmutatâ fortunâ, eos, qui in ſpem potiendorum caſtrorum venerant, vndique circumuentos, interficiunt: & ex hominum millibus amplius triginta, quem numerum barbarorum ad caſtra veniſſe conſtabat, plus tertiâ parte interfectâ, reliquos perterritos in fugam coniiciunt; ac ne in locis quidem ſuperioribus conſiſtere patiuntur. Sic omnibus hoſtium copiis fuſis, armiſq; exutis, ſe in caſtra, munitioneſq; ſuas recipiũt.* Haud igitur præter rẽ monuit Onoſander c. XXXIIX. Ὅϛις δὲ πικρὸς εὐθὺς καὶ πολεμικὸς προσφέρεται κύριος γινόμενος πόλεως, ἢ διαρπάζων, ἢ κτείνων, ἢ κατακόπτων, ἀλλοτριωτέρας διατίθησι τὰς ἄλλας πόλεις· ὥστε καὶ τὸν πόλεμον ἐπίπονον αὐτῷ καὶ τὴν νίκην δύσελπιν κατασκευάζειν· εἰδότες γὰρ ὡς ἀπαραίτητός ἐστιν ἡ τῶν ὑποχείρων πρὸς τοὺς κρατήσαντας τιμωρία, πᾶν ὁτιοῦν ὑπομένουσι καὶ ποιεῖν, καὶ πάσχειν, ὑπὲρ τοῦ μὴ παραδοῦναι τὰς πόλεις. οὐδὲν γὰρ οὕτως κατασκευάζει γενναίους, ὡς φόβος ὧν μέλλουσι πείσεσθαι κακῶς εἴξαντες. ἡ γὰρ προσδοκία τῶν δεινῶν ἐκ τοῦ καθυφεῖσθαι τὰ σφέτερα, δεινὴν ἐντίθησι φιλοτιμίαν ἐν τοῖς κινδύνοις. Χαλεπαὶ δὲ αἱ πρὸς τοὺς ἀπεγνωσμένους πεῖραι μάχης. οὐδὲν γὰρ χρηστότερον ἐλπίζοντες ἐκ τοῦ παραχωρεῖν ὧν πείσονται, κινδυνεύοντες αἱροῦνται μετὰ τοῦ πολλὰ δρᾶσαι καὶ πάσχειν. ὅθεν αἱ πολιορκίαι τοῖς τοιοῖσδε στρατηγοῖς ἄφροσι, καὶ τεθηρωμένοις γίγνονται καὶ πολυχρόνιοι, πολλοὶ δὲ καὶ ἀτελεῖς. οὐχ ἥκιστα δὲ σφαλερώτεραι καὶ ἐπικίνδυνοι: *Qui verò cum primum vrbe aliqua potitus eſt, ſeſe illi acerbum ac moleſtum exhibet, aut ciuium facultates diripiendo, aut cives ipſos interficiendo pulſandove; aliorum quoque civitatum animos ita abalienat, vt & bellum perdifficile, & victoriæ ſpem deſperandam preparẽt. Poſtquam enim perſpexerint nullum veniæ relictum eſſe locum, apud eum, in cuius ditionem aliæ venerunt, omnia prius ſuſtinebunt, facient, ac patientur quàm in eius poteſtatem redigãtur: nihilque magis generoſas mentes erigit, quam malorum impendentium metus, & ſimilis alienæ miſeriæ perferendæ calamitas. Semperque malorum poſt deditionem expectatio, obſtinatum ac perpugnacem in periculis animum efficere ſolet. At cum deſperatis periculoſum & arduum certamen eſt. Cùm enim nulla*

illis

illis rerum meliorum ſpes, etſi hoſtibus ceſſerint, affulgeat, multis antea cladibus inflictis, extrema tandem malunt ſubire pericula. Vnde adverſus huiusmodi Duces veſanos ac ferocientes, diuturnæ eſſe ſolent obſidiones; imò ſæpe infectæ & irritæ, nec parum interea damnoſæ ac fallaces.

Et vt fortè concedamus, heîc tibi explicare alas ſuam Victoriã; quid inde lucraris? Quod nimirum victâ prorſus Carthagine Romanus: *Quãta vrbs*, inquit Florus lib. II. cap. XV. *deleta ſit, vt de ceteris taceam; vel ignium morâ probari poteſt, quippe per continuos decẽ & ſeptem dies vix potuit incendium extingui; quod domibus ac templis ſuis ſponte hoſtes immiſerant: vt quatenus vrbs eripi Romanis non poterat; triumphus arderet*; Quod expugnatâ Numantia, de quâ idem Florus lib. II. cap. XVIII: *Maximo duce oppreſſa civitas, nullum de ſe gaudium hoſti reliquit. Vnus vir Numantinus non fuit qui in catenis duceretur: præda, vt de pauperibus nulla. Arma ipſi cremauerant. triumphus fuit tantùm de nomine.* Quod debellatâ Cretâ Metellus, de quâ pariter Florus lib. III. cap. VII: *Victuq; Laſthene & Panare Cydona ducibus, victor rediit; nec quicquam amplius tamen de tam famoſâ victoriâ quàm cognomen Creticum reportavit.* Vide ſis et unum ex Alexandri ducibus, iam victorem Iuſtini lib. XIII: *Interea Perdicca, bello Ariarathi regi Cappadocum illato, prælioque victor, nihil præmii præter vulnera & pericula retulit. Quippe hoſtes ab acie in vrbem recepti, occiſis coniugibus, & liberis, domos quiſque ſuas cum omnibus copiis incenderunt: Eodem congeſtis etiam ſervitiis & ſemetipſos præcipitant, vt nihil hoſtis victor ſuarum rerum, præter incendii ſpectaculo frueretur.* Conſidera quoq; mihi Iudæos, famoſos calamo Ioſephi, lib. ϛ. Ἁλώς: cap. λη: Καιομένην γοῦν ἀφορῶντες τὴν πόλιν ἱλαροῖς τοῖς προσώποις εὔθυμοι προσδέχεσθαι τὴν τελευτὴν ἔλεγον· πεφονευμένου μὲν τοῦ δήμου κεκαυμένου δὲ τοῦ ναοῦ, φλεγομένου δὲ τοῦ ἄστεος, μηδὲν καταλιπόντες τοῖς πολεμίοις: *Denique ardere civitatem lætis vultibus adſpicientes, alacri voto mortem ſe expectare dicebant; quod perempto populo, incenſo templo, & flagrante oppido, nihil eſſent hoſtibus relicturi.* Verùm vt nihil corrumpatur, integrâque potiare prædâ; an tu ſolus obſurduiſti ad tubam Demoſtheneæ vocis, quã oppoſuit Epiſtolæ regis Philippi? ὁρῶ δὲ ὡς ὅταν μὲν ὑπ' εὐνοίας τὰ πράγματα συνέχηται, καὶ ταυτὰ πᾶσι συμφέρει τοῖς μετέχουσι τοῦ πολέμου, μένει τὰ συσταθέντα βεβαίως. ὅταν δὲ ἐξ ἐπιβουλῆς, καὶ πλεονεξίας, ἀπάτῃ, καὶ βίᾳ κατέχηται, καθάπερ ὑπὸ τούτου νῦν, μικρὰ πρόφασις, καὶ τὸ τυχὸν πταῖσμα, ταχέως ἅπαντα διέσεισε καὶ διέλυσε: *Illud autem video, quando imperia benevolentiâ coaleſcunt, & eadem omnibus belli ſociis expediunt: diuturnam eſſe concordiam. Quoties verò ex inſidiis & auaritia, per impoſturam & violentiam obtinentur, id quod ab iſto modò fit: parvâ quapiam occaſione, & quantumvis levi errato celeriter diſcuti & diſſolvi omnia.* An ſolus nõ ex-

audis iſthæc Diodoti conſervata à Thucydide lib. III? Ἁπλῶς τε, ἀδύνατον, καὶ πολλῆς εὐηθείας, ὅστις οἴεται, τῆς ἀνθρωπείας φύσεως ὁρμωμένης προθύμως τι πρᾶξαι, ἀποτροπήν τινα ἔχειν, ἢ νόμων ἰσχύϊ, ἢ ἄλλῳ τῳ δεινῷ. οὔκουν χρὴ οὔτε τοῦ θανάτου τῇ ζημίᾳ ὡς ἐχεγγύῳ πιστεύσαντας, χεῖρον βουλεύσασθαι οὔτε ἀνέλπιστον καταστῆσαι τοῖς ἀποστᾶσιν, ὡς οὐκ ἔσται μεταγνῶναι, καὶ ὅτι ἐν βραχυτάτῳ τὴν ἁμαρτίαν καταλῦσαι: *Denique, ut rem paucis complectar, hoc fieri non poteſt, & magna eſt ſtultitia, ſi quis exiſtimet ſe aliquam rationem habere, qua homines à peccatis deterreat, aut legũ vi, aut aliquo alio mali gravioris metu, cũ humana natura ad aliquid agendum, magno ſtudio, magnoque impetu feratur. Quare non oportet nos aut mortis pœna, tamquam locuplete fideiuſſore fretos, aliquid gravius de Mitylenæis ſtatuere, aut omnem ſpem tollere illis, qui defecerint, fore ut nullus ipſorum pœnitentiæ locus detur, neque ſuum peccatum quàm leviſſima pœna ipſis eluere liceat.* Ad quæ ſi non per nebulam reſpexit Salluſtius in Iugurthino: *Et ſanè Gracchis cupidine victoriæ haud ſatis moderatus animus fuit. Sed bono vinci ſatius eſt, quàm malo more iniuriam vincere. Igitur eâ victoriâ nobilitas ex libidine ſua uſa, multos mortales ferro, aut fugâ extinxit: pluſque in reliquum ſibi timoris, quam potentiæ addidit. Quæ res plerumque magnas civitates peſſumdedit: dum alteri alteros vincere quovis modo, & victos acerbius ulciſci volunt.* At reſpexere Senatores Romani, quorũ ſic meminit Livius lib. XLII: *Poſt hanc pugnam ex diverſâ fugâ in unum collecti Ligures, cum maiorem multo partem civium amiſſam quàm ſupereſſe cernerent (nec enim plus decem millia hominum erant) dediderunt ſeſe, nihil quidem illi pacti: ſperaverant tamen non atrocius quàm ſuperiores imperatores, Cos. in ſe ſæviturum. At ille arma omnibus ademit, oppidum diruit, ipſos bonaque eorum vendidit: literaſque Senatui de rebus ab ſe geſtis miſit. Quas cùm A. Atilius Prætor in curiâ recitaſſet (nam Cos. alter Poſthumius agris recognoſcendis in Campaniâ occupatus aberat) atrox res viſa Senatui: Statellates, qui uni ex Ligurum gente non tuliſſent arma adverſus Romanos, tum quoque oppugnatos, non ultrò inferentes bellum, deditos in fidem populi Romani, omni ultimæ crudelitatis exemplo laceratos ac deletos eſſe: tot millia capitum innoxiorum fidem implorantia populi Romani, ne quis umquam ſe poſtea dedere auderet, peſſimo exemplo veniſſe: & diſtractos paſſim, iuſtis quondam hoſtibus populo Romano pacatis ſervire. Quas ob res S. C. factum eſt placere Senatui, M. Popilium Coſ. Ligures pretio emptoribus reddito ipſos reſtituere in libertatem: bonaque ut iis, quicquid eius recuperari poſſit, reddantur curare: arma primo quoque tempore fieri in ea gente: conſulem de provincia decedere, cùm deditos in ſedem ſuam Ligures reſtituiſſet: claram victoriam vincendo oppugnantes, non ſæviendo in afflictos fieri.* E quibus utique intelligimus ſententiam Flori lib. IV. cap. XII: *Difficilius eſt provincias obtinere*

tinere

Digitized by Google

tinere quàm facere. Viribus parantur, iure retinentur. Nec tu ius aliud putaveris, quàm clementiam, eamque non effuſam tantum, ſed & artibus omnibus adiutam. Verè enim Alexander: *Suis quiſque paret placidius, etiam cùm is praeſt, qui magis timeri poteſt*: Curt. lib. VI. Quibus paria dixit Ariſtides Oratione Sicula poſteriore: Οὐδεὶς γὰρ ἑκὼν οἶμαι δουλεύειν βούλεται. δυνάμεως δὲ τοσαύτης φανείσης, καὶ πάλιν ἄλλης πεμπομένης ὑφ' ἡμῶν, καὶ τῆς διανοίας οὔσης περιφανοῦς, οὐκέτ' ἐκείνους μισοῦσι μᾶλλον, ἢ ἡμᾶς δεδίασιν. ὥσθ' ἡμεῖς διαλλακταὶ γιγνόμεθα αὐτοῖς. πολὺ γὰρ αὖ μᾶλλον αἱρήσονται τοὺς οἰκείους καὶ ὁμοίους, ἐὰν ἄρα καὶ παριδεῖν δέῃ μικρὸν ἐλαττομένους αὐτῶν, ἢ τοὺς ἀλλοτρίους καὶ ἐπήλυδας: *Nemo non invitè opinor ſervit. Sed poſtquam copias tacitas viderunt, & alias iterum dimittimus, ac patefactum eſt ſtudium noſtrum; non iam illos magis oderunt, quam nos metuunt: ſic ut à nobis inter ſe ſint conciliati. Malent enim profectò domeſticos ac pares, etiamſi nonnihil ſit illis concedendum, quàm alienos & advenas.* Nec ſentētiæ alterius Gregoras lib. IV: Οἱ δὲ ἐκ τῷ τῶν Λατίνων πάλαι ἀχθόμενοι ζυγῷ, καὶ ἄλλως τοῖς ὁμοφύλοις μᾶλλον ἢ τοῖς ἀλλοφύλοις συνδιαιτᾶσθαι ποθοῦντες, ἕρμαιον κάλλιστον τὴν τοῦ Καίσαρος ἡγήσαντο ξυντυχίαν: *His verò, cum Latinorū iugū longo iam tempore moleſtè ferrent; & alioquin etiam popularium ſuorum quàm alienigenarum conſuetudine uti mallent, optatiſſimus Cæſaris adventus fuit.* Hinc eſt cur maximi fieret Annibali Pyrrhus apud Livium lib. XXXV: *Artem etiam conciliandi ſibi homines eam habuiſſe, ut Italicæ gentes regis externi, quàm populi Romani tam diu principis in eâ terrâ, imperium eſſe mallent.* Refert quidem Alexander de Barbaris lib. VI. Curtii, *In novo, & precario imperio, adhuc iugum eius rigidâ cervice ſubeuntibus Barbaris, tempore, milites, opus eſt, dum mitioribus ingeniis imbuuntur, & efferatos mollior conſuetudo permulcet. Fruges quoque maturitatem ſtatuto tempore expectant: adeò etiam illa ſenſus omnis expertia, tamen ſuâ lege miteſcunt. Quid? creditis &c.* Verùm niſi eadem de omnibus pariter mortalibus dicta putaverimus, fallimur. Regium planè animum redolent verba Liviæ ad Auguſtū: Οὐ πάντα τοι τὸ ξίφος διαπράττεται (μέγα γὰρ ἂν ἦν ἀγαθὸν, εἰ σωφρονίζειν τε τινὰς καὶ πείθειν, ἢ καὶ καταναγκάζειν φιλεῖν τινὰ ἀληθῶς ἐδύνατο) ἀλλὰ τὸ μὲν σῶμά τινος φθείρειεν ἄν, τὰς δὲ δὴ τῶν ἄλλων ψυχὰς ἀλλοτριώσειε. οὐ γὰρ ἐξ ὧν ἂν ἕτεροι τιμωρηθῶσι, προσφιλέστεροί τινι, ἀλλ' ἐξ ὧν ἂν αὐτοὶ φοβηθῶσιν, ἐχθίους γίγνονται. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἔχει. οἱ δὲ δὴ συγγνώμης τινὸς τυχόντες, καὶ μετανοοῦσιν, αἰσχυνόμενοι αὖθις τι τοὺς εὐεργέτας ἀδικῆσαι· καὶ πολλὰ αὐτοῖς ἀνθυπουργοῦσιν, ἐλπίζοντες πλείω ἀνθυποίσεσθαι. ὑφ' οὗ γὰρ ἄν τις ἀδικηθέντος τι σωθῇ, τοῦτον εὖ παθόντα, οὐδὲν ὅ, τι οὐκ εὐεργετήσειν ἑαυτὸν ἡγεῖται: *Non omnia gladius conficit (magnum enim bonum is fuiſſet, ſi emendare homines, ac perſuadere valeret, & ad ſuſcipiendum ſincerum amorem adigere) ſed ut corpus abolere alicuius poteſt, ita cæterorum animos à cadis autore avertit, qui non propter ſupplicium ſumptum*

Digitized by Google

vindicem amare, ſed ob metum mali odiſſe ſolent. Contra quibus delicti venia eſt donata, pænitudine ducti benefactorem lædere in poſterum verentur, ſed ſpe conſequendi maiora præmia eum ſuis officiis colunt: videlicet qui iniuriâ affectus, ſalutem eam inferenti conceſſerit, cum omnes putant beneficia ſummopere compenſaturum. Sic mulier Auguſta apud Dionem libro LV. Nec aliter alia retrò ætate ſenſit Polybius lib. V: *Καὶ μὴν γε τὸ νικῆσαι τοὺς πολεμίους καλοκαγαθίᾳ καὶ τοῖς δικαίοις οὐκ ἐλάττω, μείζω δὲ παρέχεται χρείαν τῶν ἐν τοῖς ὅπλοις κατορθωμάτων. οἷς μὲν γὰρ δι' ἀνάγκην, οἷς δὲ κατὰ προαίρεσιν εἴκουσιν οἱ ληφθέντες. καὶ τὰ μὲν μετὰ μεγάλων ἐλαττωμάτων τὴν διόρθωσιν, τὰ δὲ χωρὶς βλάβης πρὸς τὸ βέλτιον μετατίθησι τοὺς ἁμαρτάνοντας. τὸ δὲ μέγιστον ἐν οἷς μὲν τὸ πλεῖστον ἐπὶ τῆς πράξεως τῶν ὑποταττομένων, ἐν οἷς δ' αὐτοτελὴς ἡ νίκη γίγνεται τῶν ἡγουμένων: Enimverò benignitate atque clementiâ hoſtem vincere, quam armis, præſtat. Hic enim neceſſitate, ut pareant homines, inducuntur, illic voluntate: & hic quidem cum gravi ſæpe iacturâ errata corriguntur, illic ſine aliquo detrimento emendantur delinquentes. Præterea quod maius eſt, hic magnam laudis partem commilitones ſibi vendicant, illic omnis victoria tribuitur duci.* Ergo quid? Quid? Si durus es in devictos, imò ſi non es leniſſimus, ecce tibi omnes ad unum, neceſſitate ſublatâ, iterum hoſtes, & hoſtes quidem plus quàm Privernates, de quibus Livius lib. VIII: *Cùm ipſa per ſe res anceps eſſet: prout cuiuſque ingenium erat, atrocius mitiuſve ſuadentibus; tum incertiora omnia unus ex Privernatibus legatis fecit, magis conditionis in quâ natus eſſet, quàm præſentis neceſſitatis memor; qui interrogatus à quodam triſtioris ſententiæ auctore, Quam pœnam meritos Privernates cenſeret: Eam, inquit, quam merentur qui ſe libertate dignos cenſent. cuius cum feroci reſponſo infeſtiores factos videret Conſul eos, qui ante Privernatium cauſam impugnabant: ut ipſe benignâ interrogatione mitius reſponſum eliceret: Quid ſi pœnam, inquit, remittimus vobis, qualem nos pacem vobiſcum habituros ſperemus? Si bonam dederitis, inquit, & fidam, & perpetuam: ſi malam, haud diuturnam. Tum verò minari, nec id ambiguè, Privernatem quidem, & illis vocibus ad rebellandum incitari pacatos populos. Pars melior ſenatus ad meliora reſponſa trahere, & dicere, viri, & liberi, vocem auditam: an credi poſſe ullum populum, aut hominem denique in eâ conditione, cuius eum pœniteat, diutius quàm neceſſe ſit manſurum? ibi pacem eſſe fidam, ubi voluntarii pacati ſint: neque eo loco, ubi ſervitutem eſſe velint, fidem ſperandam eſſe. In hanc ſententiam maxime conſul ipſe inclinavit animos; identidem ad principes ſententiarum conſulares, ubi exaudiri poſſet à pluribus, dicendo, eos demum, qui nihil præterquam de libertate cogitant, dignos eſſe qui Romani fiant. Itaque & in ſenatu cauſam obtinuêre: & ex auctoritate patrum latum ad populum eſt, ut Privernatibus civitas daretur.* Attende Princeps, attende. quod quò magis facias, eadem fere, tanquam pulcherrimum acroa-

ma

Digitized by Google

ma,repræſentabo huic etiam papiro phraſi Valeriana: *Priverno capto, interfectisq; qui id oppidum ad rebellandum incitaverant, Senatus indignatione accenſus conſilium agitabat, quidnam ſibi de reliquis quoque Privernatibus faciendum eſſet. Ancipiti igitur cauſa ſalus eorum fluctuabat, eodem tempore & victoribus & iratis ſubiecta. Ceterum cum auxilium unicum in precibus reſtare animadverterent, ingeniti Italici ſanguinis oblivisci non potuerunt. Princeps enim eorum in Curiâ interrogatus, quam pœnam mererentur: reſpondit, Quam merentur qui ſe dignos libertate iudicant. Verbis arma ſumpſerat; exaſperatosque Patrum conſcript. animos inflammaverat. Sed Plautius conſul favens Privernatium cauſſæ, regreſſum animoſo eius dicto obtulit; quæſivitque, Qualem cum eis Romani pacem habituri eſſent, impunitate donata? At is conſtantiſſimo vultu, Si bonam dederitis, inquit, perpetuam: ſi malam, non diuturnam. Qua voce perfectum eſt, ut victis non ſolum venia, ſed etiam ius & beneficium noſtræ civitatis daretur.* Sic Val. Maximus lib VI. cap. II: quorum factum merebatur pingi non modò in aulæis Potentiorum, ſed in cordibus. Interim & hoc noris oportet, tantò pertinacius iſtos rebellaturos, quantò magis recordabuntur quæ deliquerunt. Habemus Livii lib. XXVI: *Acceſſit edictum Proconſulis ex Senatuſconſulto propoſitum, vulgatumque apud hoſtes;* VT QVI CIVIS CAMPANVS ANTE CERTAM DIEM TRANSISSET, SINE FRAVDE ESSET: *nec ulla facta eſt tranſitio; metu magis eos quàm fide continente; quia maiora in defectione deliquerant, quàm quibus ignoſci poſſet.* Fit igitur illud Senecæ lib. II. Natur. quæſt. cap. LII: *Ignaviſſima animalia, quæ natura ad fugam genuit; ubi exitus non patet, tentant fugam corpore imbelli. Nullus perícioſior hoſtis eſt, quàm quem audacem anguſtiæ faciunt, longeque violentius ſemper ex neceſſitate, quàm ex virtute corrigimur. Maiora, aut certè paria, conatur animus magnus ac perditus.* Quid plura? *Admittis muliebre conſilium? Fac quod medici ſolent; qui ubi uſitata non procedunt, tentant contraria. Severitate nihil adhuc profeciſti. nunc tenta, quomodo tibi cedat clementia. &c.* inquit Auguſto ſuo Livia, referente Seneca lib. I. Clem. cap. IX. A qua ut minus abhorreas, audi obſecro opinionem oraculi, prolatam ore Salluſtii: *Equidem ego cuncta imperia crudelia, magis acerba, quàm diuturna arbitror: neque quemquam in multis metuendum eſſe, quin ad eum ex multis formido recidat. Eam vitam bellum æternum, & anceps gerere: quoniam neque adverſus, neque ab tergo, aut lateribus tutus ſis, ſemper in periculo, aut metu agites. Contra, qui benignitate, & clementia imperium temperavêre: his læta, & candida omnia viſa, etiam hoſtes æquiores, quam alii cives. An qui me his dictis corruptorem victoriæ tuæ, nimisque in victos bona voluntate prædicent: ſcilicet quod ea, quæ externis nationibus naturâ hoſtibus, noſque, maioresque noſtri ſæpe tribuère, ea civibus danda arbitror: neque barbaro ritu*

Digitized by Google

cade cadem, & ſanguine ſanguinem expiandum. Quæ omnia, vt conſtet tibi prolata è Veritatis tripode, excipe ſinu quaſi collecto, tū populos, tū vrbes. agminatim ad hanc accedentes normam. Et primo quidem cape ſis Aſiæ gentes. de quibus ſic apud Diodorum libro XIII. Nicolaus: Δεῖ δὲ τοὺς τῆς ἡγεμονίας ἀντιποιουμένους, ὦ ἄνδρες Συρακούσιοι, μὴ οὕτω τοῖς ὅπλοις ἑαυτοὺς ἰσχυροὺς κατασκευάζειν, ὡς τοῖς τρόποις ἐπιεικεῖς παρέχεσθαι. οἱ γὰρ ὑποτεταγμένοι τοὺς μὲν φόβῳ κατισχύοντας καιροτηρήσαντες ἀμύνονται διὰ τὸ μῖσος· τοὺς δὲ φιλανθρώπως ἀφηγουμένους βεβαίως ἀγαπῶντες, ἀεὶ συναύξουσι τὴν ἡγεμονίαν. τί καθεῖλε τὴν Μήδων ἀρχήν; ἡ πρὸς τοὺς ταπεινοτέρους ὠμότης· ἀποστάντων γὰρ Περσῶν, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ἐθνῶν συνεπέθετο. πῶς γὰρ Κῦρος, ἐξ ἰδιώτου, τῆς Ἀσίας ὅλης ἐβασίλευσε; τῇ πρὸς τοὺς κρατηθέντας εὐγνωμοσύνῃ. Κροῖσον γοῦν τὸν βασιλέα λαβὼν αἰχμάλωτον, οὐχ ὅπως ἠδίκησεν, ἀλλὰ καὶ προσευηργέτησε, παραπλησίως δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις βασιλεῦσί τε καὶ δήμοις προσηνέχθη. τοιγαροῦν διαδοθείσης εἰς πάντα τόπον τῆς ἡμερότητος ἅπαντες οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἀλλήλους φθάνοντες εἰς τὴν τοῦ βασιλέως συμμαχίαν παρεγίνοντο: *Eos qui cæteris praeſſe, vereq; principes haberi contenderint, viri Syracuſii, in primis oportet non tam armis corpora ſibi circum vndique munita protegere, quàm bonis artibus & clemētiâ ad rerum faſtigia ſubniti. Nam qui pauore coacti & vi imperata faciunt, cuncta ad id obſervantes momenta, cum primum per occaſionem licet, repentè inviſi imperii iugum cervicib. excutere properant. Si quos verò manſuetis moribus & ingenio miti principes nacti fuerint, (ea eſt omnium animantium natura, manſuetudine magis quàm vi gubernari) firmo in eos amore conciliati, non imperiū modò quod geſſerint, illis contingere ac confirmare, verùm longè indies amplius reddere nituntur: Quid enim aliud magis Medorum delevit imperium, quàm crudelitas & ſuperbia principum, patientiam ſubditorum tandem demolita? Nam deficientibus primum Perſarum populis, maxima reliquarum gentium multitudo deſciuit. Quo namque modo Cyrus privato quedam loco ortus, priuatus & ipſe initio, poſt ad regium evectus culmen, vniuerſis Aſiæ gentibus imperauit? eò namque faſtigii ſola eum benignitas & clementia moderandi provexit. Crœſum namque regem à ſe captum, quamquā ſibi inimiciſſimus hoſtis eſſet, non vlla moleſtia vi affecit, verùm multis ornatum beneficiis reddidit: atque eiſdem moribus & artibus erga cæteros reges & populos vſus, cunctis aquè dilectus charusque habebatur. Divulgata igitur & collaudata paſſim eius per omnia loca manſuetudine & clementiâ, omnes Aſiæ populi certatim ſtudiis & officio, regis antè capere ſibi, & conciliare ſocietatem contendebant.* Contemplare quoque Latinos hos Livij lib. II: *Cum legatis donoque, qui captiuorum remiſſi ad ſuos fuerant, magna circumfuſa multitudo venit. pergunt domos eorum apud quem quiſque ſervierant: gratias agunt liberaliter habiti cultique in calamitate ſuâ; inde hoſpitia iungunt.*

gunt. Nunquam aliàs antè publicè priuatimq; Latinum nomen Romano imperio coniunctius fuit. Inprimis excute quæſo hos Faliſcos lætos ob receptos cum perfido magiſtro liberos: *Ad quod ſpectaculum concurſu populi primum facto, deinde à magiſtratibus de re novâ vocato ſenatu, tanta mutatio animis eſt iniecta, vt qui modò efferati odio iraque Veientium exitum, penè quàm Capenatium pacem mallent, apud eos pacem univerſa poſceret civitas. ſides Romana, iuſtitia imperatoris, in foro & curia celebrantur: conſenſuque omnium legati ad Camillum in caſtra, atque inde permiſſu Camilli Romam ad ſenatum: qui dederent Falerios, proficiſcuntur. introducti ad ſenatum ita locuti traduntur: Patres conſcripti, victoriâ, cui nec Deus, nec homo quiſquã invideat, victi à vobis & imperatore veſtro, dedimus nos vobis: rati, quo nihil victori pulchrius eſt, melius nos ſub imperio veſtro, quàm legibus noſtris victuros. Eventu huius belli duo ſalutaria exempla prodita humano generi ſunt. vos fidem in bello, quàm præſentem victoriam maluiſtis: nos fide provocati, victoriam vltrò detulimus: ſub ditione veſtra ſumus. mittite qui arma, qui obſides, qui vrbem patentibus portis accipiant; nec vos fidei noſtræ, nec nos imperii veſtri pænitebit.* Ita Livius libro v. Sed nec ſperne Mantineenſes iſtos iterum ab Achæis Arato duce captos. Polyb. lib. II. Ἐν ᾧ καιρῷ τοσοῦτον ἀπέσχον τοῦ παθεῖν τι δεινὸν διὰ τὴν προειρημένην ἁμαρτίαν, ὡς καὶ περιβόητον γενέσθαι συνέβη τὸ πραχθὲν διὰ τὴν ὀξύτητα τῆς κατὰ τὴν προαίρεσιν ἀμφοτέρων μεταβολῆς. ἅμα γὰρ τῷ κατασχεῖν τὴν πόλιν Ἄρατος, παραυτίκα μὲν τοῖς ὑφ' αὑτὸν ταττομένοις παρήγγελλε μηδένα μηδενὸς ἅπτεσθαι τῶν ἀλλοτρίων. ἑξῆς δὲ τούτοις τοὺς Μαντινέας συναθροίσας, παρεκάλεσεν θαρρεῖν καὶ μένειν ἐπὶ τῶν ἰδίων. ὑπάρξειν γὰρ αὐτοῖς τὴν ἀσφάλειαν πολιτευομένοις μετὰ τῶν Ἀχαιῶν. τοῖς δὲ Μαντινεῦσιν ἀνυπονοήτως καὶ παραδόξως φανείσης τῆς ἐλπίδος, παραυτίκα πάντες ἐπὶ τὴν ἐναντίαν ἐτράποντο γνώμην. καὶ πρὸς οὓς μικρῷ πρότερον μαχόμενοι, πολλοὺς μὲν τῶν ἀναγκαίων ἐπεῖδον ἀπολλυμένους, οὐκ ὀλίγους δ' αὐτῶν βιαίοις πράγμασιν πεσόντας, τούτους εἰς τὰς ἰδίας οἰκίας εἰσαγόμενοι, καὶ ποιησάμενοι σφίσι καὶ τοῖς ἄλλοις ἀναγκαίοις ὁμοεστίους οὐδὲν ἀπέλιπον τῆς μετ' ἀλλήλων φιλοφροσύνης. καὶ τοῦτ' εἰκότως ἐποίουν. οὐ γὰρ οἶδ' οἵ τινες ἀνθρώπων εὐγνωμονεστέροις ἐνέτυχον πολεμίοις, οὐδ' εἴ τινες ἀβλαβέστερον ἐπάλαισαν, τοῖς μεγίστοις δοκοῦσιν εἶναι συμπτώμασι Μαντινέων, διὰ τὴν Ἀράτου καὶ τῶν Ἀχαιῶν εἰς αὐτοὺς φιλανθρωπίαν: *Quo tempore tantum abfuit, vt ob contractam offenſam mali quidpiam paterentur, vt incredibile omnibus apparuerit, quàm facile, quamque celeriter vterque populus in vnam denuo rempub. coaluerit. Quippe Aratus ſimulatque potitus eſt vrbe, mandavit ſuis, ne quid alienum tangerent: poſtea vocatos ad ſe cives, hortatus eſt, vt bono animo eſſent, ſuiſque rebus fruerentur. Futuros enim ſalvos quàm diu ſub republicâ Achæorum manerent. Mantinienſes qui omni prorſus ſpe deſtituti videbantur, Arati verbis ſummopere recreati, è veſtigio ſen-*

tentiam mutant, & quorum modo pernicioſiſſimi hoſtes erant, & quos multis neceſſariis deſtitutos ac non paucos illorum vi rerum aduerſariarum oppreſſos videbant, proprias domos admittunt, cum iis res fortunasque ſuas communicant: nil denique prætermittunt, quod ad ineundam firmiſſimam amicitiam pertinere videatur. Neque id iniuria. neſcio enim an aliqui vnquam vel in manus mitiorum hoſtium venerint, vel in maiores fortunæ caſus lapſi cum minori detrimento ſurrexerint: quod Arati atque Achæorum humanitas fecit. Ex eiuſdẽ auctoris libera cuſtodia habe tibi etiã Athenienſes lib. IV: Καὶ μὴν ὁ πρῶτος αὐτῶν αὐξήσας τὴν βασιλείαν, καὶ γενόμενος ἀρχηγὸς τοῦ προσχήματος τῆς οἰκίας, Φίλιππος νικήσας Ἀθηναίους τὴν ἐν Χερονείᾳ μάχην, οὐ τοσοῦτον ἤνυσε διὰ τῶν ὅπλων, ὅσον διὰ τῆς ἐπιεικείας καὶ φιλανθρωπίας τῶν τρόπων. τῷ μὲν γὰρ πολέμῳ καὶ τοῖς ὅπλοις αὐτῶν μόνον περιεγένετο, καὶ κύριος κατέστη τῶν ἀντιταξαμένων. τῇ δ' εὐγνωμοσύνῃ καὶ μετριότητι, πάντας Ἀθηναίους, ἅμα καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν ἔσχεν ὑποχείριον. οὐκ ἐπιμετρῶν τῷ θυμῷ τοῖς πραττομένοις, ἀλλὰ μέχρι τούτου πολεμῶν καὶ φιλονεικῶν, ἕως οὗ λαβεῖν ἀφορμὰς πρὸς ἀπόδειξιν τῆς αὐτοῦ πρᾳότητος καὶ καλοκἀγαθίας. τριχαρεσιῶ χωρὶς λύτρων ἀποστείλας τοὺς αἰχμαλώτους, καὶ κηδεύσας Ἀθηναίων τοὺς τετελευτηκότας, ἔτι δὲ συνθεὶς Ἀντιπάτρῳ τὰ τούτων ὀστᾶ, καὶ τῶν ἀπαλλαττομένων τοὺς πλείστους, ἀμφιέσας μικρᾷ δαπάνῃ διὰ τὴν ἀγχίνοιαν τὴν μεγίστην πρᾶξιν κατειργάσατο. τὸ γὰρ Ἀθηναίων φρόνημα καταπληξάμενος τῇ μεγαλοψυχίᾳ, πρὸς πᾶν ἑτοίμους αὐτοὺς ἔσχε συναγωνιστὰς ἀντὶ πολεμίων: *Atqui Philippus, qui primus Macedoniæ regnum auxit, nomenque familiæ ſuæ longè lateque propagauit, cum prælio Athenienſes in Cheronia viciſſet, non tantum armis, quantum dexteritate morum, & quadam naturæ benignitate conſecutus eſt. Armis enim eos tantummodò ſuperauit, qui ſibi in prælio obſtiterunt: manſuetudine vero atque clementiâ omnes Athenienſes, atque adeò ciuitatem ipſam ſui iuris fecit, non irâ aut indignatione aliquâ proſecutus victos, ſed tamdiu cum hoſte dimicans, quoad oblata ei occaſio foret oſtendendæ benignitatis ac virtutis ſuæ. Enimverò Athenienſibus, quos paſſus fuerat infeſti[illegible]imos, & captivos gratis remiſit, & bello conſumptorum corpora ſepulturæ tradidit, reliquiasque funerum, vt ad ſepulcra maiorum deferrent, vltro hortatus eſt. Poſthac oſſa illorum & plurimos libertate donatos n[illegible]o ſumptu veſtitos, cum Antipatro remittens, rem maximam per induſtriam ſuam perfecit. Ex quo conſecutus eſt, vt elati Athenienſium animi magnanimitate eius victi, ſibi in poſterum obſequentiſſimi fuerint, ſemperque ad omnia regis iuſſa promptiſſimi.* Habe etiam Iudææ ſtirpis homines; ſuppeditante Plutarcho Apophthegm: Τῶν δὲ Ἰουδαίων, πολιορκοῦντος Ἀντιόχου τὰ Ἱεροσόλυμα, πε[illegible] μεγίστην ἑορτὴν αἰτησαμένων ἑπτὰ ἡμερῶν ἀνοχάς, οὐ μόνον ἔδωκε ταύτας, [illegible] καὶ ταύρους χρυσόκερως παρασκευασάμενος, καὶ θυμιαμάτων καὶ ἀρωμάτων πλῆθος, ἄχρι τῶν πυλῶν ἐπόμπευσε· καὶ παραδοὺς τοῖς ἐκείνων ἱε-

ρεῦσι.

Digitized by Google

ρεῦσι τὴν θυσίαν, αὐτὸς ἐπανῆλθεν εἰς τὸ στρατόπεδον. οἱ δὲ Ἰουδαῖοι θαυμάσαντες, εὐθὺς ἑαυτοὺς μετὰ τὴν ἑορτὴν ἐνεχείρισαν: *Obſidentem Hieroſolyma, Iudæi vt maximã ſuam feſtiuitatem poſſent celebrare, ſeptem dierum inducias popoſcerunt. Non id modò conceſſit, ſed & tauros auratis cornibus apparauit, aromatumq; copiam & vſque ad portas cum pompâ deduxit; traditâque ipſorum ſacerdotibus victimâ in caſtra rediit. Quod mirati Iudæi, ſtatim poſt exactos feſtos dies deditionem fecerunt.* Nec eſt quod refugias Celtiberos latitantes hactenus apud Val. Maximum lib. v. cap. I: *Q. verò Metellus Celtibericum in Hiſpaniâ gerens bellum, cum vrbem Centobricam obſideret, & iam admota machina, partem muri quæ ſola cõvelli poterat, diſiecturus videretur; humanitatem propinquæ victoriæ prætulit. Nam cum Rethogenis filios, qui ad eum tranſierat, Centobricenſes machinæ ictibus obieciſſent; ne pueri in conſpectu patris crudeli genere mortis conſumerentur (quamquam ipſe Rethogenes negabat eſſe impedimento, quo minus etiam per exitum ſanguinis ſui expugnationem perageret,) ab obſidione diſceſſit. Quo quidem tam clementi facto, etſi non vnius ciuitatis mœnia, omnium tamen Celtiberarum vrbium animos cepit: effecitque vt ad redigendas eas in ditionem populi Rom. non multis ſibi obſidionibus opus eſſet.* Accipe præterea rex Regem, ex Frontini Strategematum libro IV. cap. IV: *Ad Fabricium ducem Romanorum medicus Pyrrhi Epirotarum regis peruenit, pollicitusq; eſt daturum ſe Pyrrho venenum, ſi merces ſibi, in quâ operæ pretium foret, conſtitueretur. Quo facinore Fabricius egère victoriam ſuam non arbitratus, regi medicum detexit: atq; eâ fide meruit, vt ad appetendam amicitiam Romanorum compelleret Pyrrhum.* Plura cupis? cupis video: ſed non in ſinu; adeo ille iam periclitatur de rupturâ, tot vmbris gentiũ vrbiumque gravidus. Ergo adponam ante pedes ſimulachrum Alcibiadis, de quo narrat Æm. Probus: *Alcibiades ſimul cum collegis receperat Ioniã, Helleſpontum; multas præterea vrbes Græcas, quæ in orâ ſitæ ſunt Aſiæ: quarũ expugnauerat quamplures, in his Byzantium. neque minus multas conſilio ad amicitiam adiunxerant, quod in captos clementiâ fuerant vſi.* Ecce & Lucullum occupatâ iam Tigranocerta: Τὰς δὲ δὴ γυναῖκας τῶν δυνατωτάτων πολλὰς ἁλούσας ἄνευ ὑβρισμοῦ ὁ Λούκουλλος ἐφύλαξε. καὶ ἀπ' αὐτοῦ καὶ τοὺς ἄνδρας σφῶν προσεποιήσατο, τόν τε καὶ Κομμαγηνῆς βασιλέα: *&c. Multas potentiſſimorum coniuges captas Lucullus ab omni iniuriâ cuſtodiuit: eo facto maritos earũ ſibi coniunxit, regemq; Commagenæ regionis &c.* Caſſius lib. XXXIV. Cuius dono vides & heîc Brutum captâ Xantho obſidentẽ Patara: Τὸ μὲν πρῶτον τοὺς αἰχμαλώτους τῶν Ξανθίων (καὶ γὰρ ἐν γένει αὐτοῖς κατ' ἐπιγαμίαν πολλοὶ ἦσαν) ἔπεμψε σφίσιν, ἐλπίδα ἔχων δι' ἐκείνων αὐτοὺς προσάξεσθαι. ἐπεὶ δ' οὐδὲν μᾶλλον ἐνέδοσαν, καίπερ προῖκα αὐτοῦ τοὺς ἀναγκαίους ἑκάστῳ διδόντος, στρατήγιόν τι ὑπ' αὐτὸ τὸ τεῖχος ἐν ἀσφαλεῖ κατεστήσατο, καὶ προάγων εἶτα ἐ-

καστον τῶν πρώτων ἀπεκήρυττεν, εἴ πως διά γε τοῦτο τοὺς Παταρέας ὑπαγάγοιτο. ὡς δ' οὐδὲ τότε αὐτῷ προσεχώρησαν, ὀλίγους ἀποδόμενος, τοὺς λοιποὺς ἀφῆκεν. ἰδόντες δὲ τοῦτο οἱ ἔνδον οὐκέτ' ἀντῆραν, ἀλλ' εὐθὺς αὐτῷ, ὡς καὶ ἀρετὴν ἔχοντι, προσέθεντο, μηδὲν ἔξω τῶν χρημάτων ζημιωθέντες. Καὶ τοῦτο καὶ οἱ Μύρεις ἐποίησαν ἐπειδὰν τὸν στρατηγὸν αὐτῶν ἐν τῷ ἐπινείῳ λαβὼν ἀπέλυσε. καὶ οὕτω καὶ τἄλλα δι' ὀλίγου κατεστήσατο: *Captiuos Xanthios, quòd plerisque horum cum Patarenſibus affinitas intercedebat, iis miſit, ſperans horum operâ ſe eos ad amicitiam adducturos. quum nihilo magis à propoſito deducerentur, quamuis vnicuiq; eorum ſuos neceſſarios dono dediſſet, catastam ſub ipſo muro, in tuto loco, conſtituit: primoreſque ſingillatim productos vendidit, ſi fortè hoc Patarenſes permouere poſſet. quum ne ſic ſe dederent, paucis venditis, cæteros miſſos fecit. Eo viſo oppidani, miratique hominis virtutem, deditionem tandem fecerunt, ac præter pecuniam exactam nihil damni paſſi ſunt. Idem Myrii fecerunt, quum eorum prætorem in nauali captum Brutus dimiſiſſet, eodemque modo reliqua etiam parvo temporis ſpatio confecit.* Nec ſequiore teſtimonio virum illum ornarat in vita Plutarchus; vbi ait: Ἔχων δὲ γυναῖκας Παταρέων αἰχμαλώτους, ἀφῆκεν ἄνευ λύτρων. αἱ δὲ ἀνδρῶν τε καὶ πατέρων ἐπιφανῶν οὖσαι, διηγούμεναι τὸν Βροῦτον, ὡς ἀνὴρ εἴη σωφρονέστατος καὶ δικαιότατος, ἔπεισαν εἶξαι καὶ παραδοῦναι τὴν πόλιν. ἐκ δὲ τούτου καὶ πάντες οἱ λοιποὶ προσεχώρησαν, ἐπιτρέψαντες ἑαυτοὺς ἐκείνῳ: *Cæterùm quum feminas Patareorum captiuas teneret, has miſſas fecit ſine pretio. Quæ vbi viris & parentibus ſuis, illuſtribus hominibus, expoſuerunt, virũ Brutum eſſe moderatiſſimum & iuſtiſſimum, perſuaſerunt eis vt cederent & traderent ei oppidum. Inde cæteri quoque omnes in poteſtatem venêre, in fidem ſe eius permittentes.* Sed quid circa vnum moror? en tibi cum barbaris ab Oriente Alexandrum Magnum, de quibus ita Curtius lib. VII: *Itaque Sacæ miſere legatos, qui pollicerentur gentem mandata facturam. Mouerat eos Regis non virtus magis quã clementia in deuictos Scythas: quippe captiuos omnes ſine pretio remiſerat; vt fidẽ faceret, ſibi cũ ferociſſimis gentium de fortitudine, non de irâ fuiſſe certamen.* En tibi etiam Narſetem ac Lucanorũ liberos obſides ex Agathiâ lib. I: Ναρσῆς ὁ στρατηγὸς πολλῇ χρώμενος τῇ μεγαλοφροσύνῃ, ἀφίησι τούτους εὐθύς, καὶ ἐς τὰ οἰκεῖα ἐκπέμπει, οὔτε λύτρα κομισάμενος, οὔτε ἄλλό τι πλὴν τὴν πόλιν ὁμολογεῖν ἀναγκάσας. θαυμαζόντων δὴ τῶν Λευκανῶν, καὶ ὅτου δὴ ἕνεκα τοῦτο δράσειεν ἀμφιγνοούντων, οὐ συνήθης ἐμοί γε, ἔφη, βωμολοχίαις τε καὶ γλισχραῖς ἐλπίσιν ἐγκαλλωπίζεσθαι. οἶμαι γὰρ καὶ τούτων ἄνευ, εἰ μὴ ὡς τάχιστα ἑκόντες προσχωρήσοιτε, ἀλλὰ πάντως γε ὑμᾶς παραστήσονται, καὶ ἅμα λέγων ἐπεδείκνυε τὰ ξίφη. οἱ μὲν δὴ ἄνδρες ἀφειμένοι, καὶ τοῖς ὁμοφύλοις ἀναμιχθέντες, ἐν εὐφημίᾳ πολλῇ τὸν Ναρσῆν ἐποιοῦντο ἐπὶ τοὺς ξυλλόγους φοιτῶντες· ἐμέμνηντο δὲ τῆς κομιδῆς τε καὶ ἐπιμελείας ὁποίας ἔτυχον πρὸς αὐτοῦ, ὅτι τε μειλίχιος, καὶ εὐόμιλος, καὶ τὸ μεγαλουργὸν ἔχοι τῷ δικαίῳ ἀνακεκραμένον, πανταχοῦ ἐψιθυρίζετο. καὶ ἔμελλον ἄρα οὐκ ἐς μακρὰν οἵδε οἱ λόγοι μείζονα τῶν ὅπλων διαπράττε-

Digitized by Google

ἆσαι, καταχηλοῦντος τοῦ πλήθους ὁπόσον φίλιον καὶ πολύμβουλον, καὶ ὡς πλείστους ἀναπείσειν τὰ ῥωμαίων ἑλέσθαι: *Narſes ſummâ utens animi magnitudine, ſtatim obſides liberos ad ſuos remiſit, nullis redimiis acceptis, neque ullâ conventione ab urbe extortâ. Admirantibus verò Lucanis, & quo conſilio id feciſſet ambigentibus, Non eſt mei moris, inquit, adulari & vanis ſpebus lactare. Nam etiam abſque his, niſi quàm citiſsime deditionem faciatis, hæc, inquit, vos ſubigent; ſimulque hæc dicens, enſes eis oſtendebat. Obſides itaque dimiſſi, & civibus ſuis redditi. Narſetem, cœtibus hominum immiſti, ſummis laudibus efferebant, comitatemq. quâ excepti eſſent prædicabant, & quod blandis commodiſque moribus præditus eſſet, quodque ſingularem animi magnitudinem iuſtitiæ ſtudio temperaret paſſim muſſitabatur. videbanturque hi ſermones brevi plus quàm arma effecturi, demulcentes quotquot è vulgo erant cõtentioſiores & inconſtãtiores, & quã plurimos ad Romanorũ partes ſectandũ cõcitaturi.* Sed quid facio? ſi omnes introduxero & qui benignè fecerũt, & quib. benignè factũ eſt; totus orbis excitabitur: adeo nulla eſt natio, cui non aliquo ſæculo eã vim indiderit clemẽtia, ut armis invicta, ab ipsâ vinceretur. Nũc modò pro omnibus una erit Africa: de quâ, ut & de Beliſario, ita loquuntur Annales Manaſſis: *Libyam univerſam occupavit & cervices Vandalorum quæ hactenus flecti nequiverant, inflexit; ipſiſmet Afris ad eum deficientibus, & operam dantibus, ut à Beliſario regerentur. Nimirum invicta res eſt iuſtitia, quæ prius infeſtos poteſt amicos reddere; ac hoſtes perinde attrahit, ut magnes ferrum. Exemplum bonitatis & humanitatis eius erga ſubditos hoc eſſe poteſt. Quidam miles avem domeſticam rapuerat. Eâ qui per iniuriam ſpoliatus erat, clamorem tumultuarium tollit. quo Beliſarius audito, factum illud moleſto tulit animo: militem rapinis deditum perquirendo reperit: ardentius excandeſcens, pœnam pro delicto non magno atrocem & gravem ſtatuit: quippe miſerum in crucem agi iuſſit, atque hoc ſupplicii propter animum iniuriæ cupidum perpeti. Quamvis enim à natura ſic comparatus erat, ut perhumaniter cum hominibus ageret, dulcique melle verba ſua temperaret: tamen idem norat, experientes & claros in arte ſua medicos ſolere nonnunquam amara miſcere. Atque hoc facto conſequutus eſt, ut ingens quidem pavor exercitum invaderet, militumque corda metus conſtringeret: Libyca vero natio, Romanis infeſta Beliſarium amare occiperet, ac ducem hunc inſtar alicuius Dei laudibus vulgo proſequeretur. Hinc caſtellis munitiſſimis, & omnibus claris urbibus potitus eſt. Tunc & urbs opulenta Carthaginienſium portas aperuit. Omnes enim toto pectore Beliſarium, ceu patrem liberi, diligebant.* Huiuſque moderationis viam dum calcat, multum nocuiſſe Eccleſiæ Iulianum Apoſtatam, gemit Ruffinus lib. v. Eccleſ. hiſt. cap. XXXII: *Iulianus non vi, neque tormentis; ſed præmiis, honoribus, blanditiis, perſuaſionibus, maiorem penè populi partem, quàm ſi atrociter*

Digitized by Google

pulſaſſet, eliſit. Eiuſdem inſtitiſſe veſtigiis Traſamundum, teſtatur Procopius lib. I. Vand: *Poſt quem frater Traſamundus rem ſuſcepit, vir indole ſapientia maximâ, tum animi magnitudine omneis maiores antecedens. Chriſtianos non pœnis corporis aut ſuppliciis veluti illi, ſed præmiis ac honoribus omnibus ad deſerendam fidem invitavit: non auſcultantes verò minimè plectebat. ſi quos magnis criminibus obnoxios vidiſſet, ſeu fortuna, ſeu voluntate, hos non dare præteritorum pœnam, ſed præmiis muneribusque meliorem induere mentem cogebat.* Ex quibus planè ſe probat veritas carminis Claudiani:

——— Peragit tranquilla poteſtas
Quod violenta nequit.

Quod dictum, ceu civicam aliquam coronam, ſuperimponam verbis Iſidori Peluſiotæ lib. II. Epiſt. CCCLXX: Πολλοὶ μὲν τροπαιοῦχοι ἀνδρείαν κτησάμενοι, φιλανθρωπίᾳ τοὺς ὑπηκόους διεσώσαντο, καὶ οὓς ἄκοντας κατεδουλώσαντο, τούτους ἑκόντας ἐχειρώσαντο. ἡ μὲν γὰρ ἀνδρεία δεινὴ τὸ μὴ ὑπάρχον κτήσασθαι, ἡ δὲ πρᾳότης αὐτὸ τὸ κτηθὲν ἄμεινον φυλάξαι: *Multi quidem victores, eos quos virtute atque animi magnitudine adepti erant, humanitate conſervarunt: & quos invitos in ſervitutem redegerant, eoſdem lubentes tenuerunt. Etenim fortitudo ad id, quod non habeas comparandum, magnam vim habet: clementia autem & facilitas, ad id, quod quæſitum eſt, tuendum atque conſervandum, maiorem vim obtinet.* Sic ille. tu Imperator ſequere, & accipe inſuper ceu flores, ultrò ſparſos à devotis in caput tuum, tum iſthæc Hermodori verba affirmantis lib. XIII. Diodori Siculi: Ὡς κάλλιόν ἐστι τοῦ νικᾶν, τὸ τὴν νίκην ἐνεγκεῖν ἀνθρωπίνως: *Victoriâ clementer ac humaniter uti ſcire, longè quam ipſum vincere ſatius eſſe.* Tum voces Euphradæ Oratione ad Valentem Imperatorem: Εὖ δὲ ἐποίει καὶ Σωκράτης τὸν παρὰ τοῖς πολλοῖς εὐδοκιμοῦντα λόγον ἐπανορθῶν, ὅτι δεῖ τοὺς μὲν φίλους εὖ ποιεῖν, τοὺς δὲ ἐχθροὺς κακῶς ποιεῖν. ἐπηνώρθου δὲ, τὸ μὲν φυλάττων, τὸ δὲ μεταγράφων· τὸ τοὺς μὲν φίλους εὖ ποιεῖν, μεταγράφων, τοὺς δὲ ἐχθροὺς κακῶς, ἐπιδιορθούμενος. τὸ μὲν γὰρ εὖ ποιεῖν ἐπῄνει, τὸ δὲ κακῶς, ἐπηνώρθου, τοὺς φίλους μὲν εὖ ποιεῖν, τοὺς δὲ ἐχθροὺς μὴ κακῶς ποιεῖν, ἀλλὰ φίλους, μεταγράφων. καὶ πρὸς τὸν ἀπειλήσαντα, ἂν μή σε λαβὼν ἀποκτείνω, ἀντεπειλήσας, ἂν μή σε φίλον ποιήσω. εἰ δὲ τὴν πρᾳότητα ταύτην τριβωνίῳ μὲν φησί τις προσήκειν, ἁλουργίδι δὲ μή, ἀλλ' ἐγώ σοι καταριθμήσω καὶ τοὺς ἐνδοξοτάτους τῶν βασιλέων παραπλησίους Σωκράτει γεγενημένους. Φιλίππῳ τῷ Ἀμύντου κατεῖπέ τις σπουδῇ τῶν ταξιαρχῶν ὡς ἀπεχθῶς διακειμένου, καὶ ῥᾳδίως κακόν τι βουλεύσοντος, εἰ μὴ τάχιστα ἐκποδὼν γένηται. τί οὖν ὁ Φίλιππος; οὐκ εὐθὺς ἧκεν ἐπὶ τὸν σίδηρον, ἀλλὰ καὶ παρ' ἡμᾶς φησὶ τὸ αἴτιον τῆς ἀπεχθείας. ὁ γὰρ ἀνὴρ οὐχ ὁ φαυλότατος τῶν Μακεδόνων, καὶ τά τε ἄλλα ἐπιμελεῖται εὐθὺς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ προῖκα ἐπιδίδωσι δεομένῳ θυγατρὸς ὡραίας. καὶ μετὰ ταῦτα οὐδεὶς ἦν πρότερος τῷ βασιλεῖ τῶν πάλαι κεκερμένων ἐπιτηδείων. ὡς εὐεργεσίη κακοεργίης μέγ' ἄμεινον. οὐ γὰρ ῥᾴδιον οὕτω

Digitized by Google

οὕτω τινὰ ἐν ἀνθρώποις ἄνθρωπον φῦναι, ὥστε παρ' οὗ τὰ ἔσχατα πείσεσθαι προσεδόκησε, τούτῳ χρηστῷ καὶ προσνείμαντι τι τιμῆς, οὐκ εὐθὺς εὔνουν γενέσθαι. ἀλλ' ὁ τὴν τιμωρίαν διαφυγὼν, ὅσῳ δικαιότερον ὦφλε, τοσούτῳ μᾶλλον ὑπόχρεως γίνεται τῷ συγχωρήσαντι: *Recte atque ordine etiam Socrates tritum illud, & vulgò comprobatum corrigens proverbium, Quod amicis benè, inimicis malè oporteat facere: priorem partem, uti erat, relinquens, laudavit: Amicis benefacere oportere: alteram emendavit, traiciens & quædam addens: Amicis quidem benè oportere facere: hoſtibus verò non malè; ſed potius amicos nobis eſſe adiungendos hos ipſos. Et ad minantem ſibi, Niſi te arreptum occidero; viciſsim minitans, Niſi te (inquit) amicum fecero. Si quis tamen hanc tantam manſuetudinem vili tantum pallio convenire, purpuram autem minus decere dixerit: ego contra clariſsimos quoque reges, Socrati ſimiles fuiſſe, numerabo. Philippo Amyntæ F. detulit quiſpiam de neſcio quo tribuno erga ipſum hoſtiliter affecto, qui facile aliquid mali machinaturus eſſet, ni eum caveret, aut removeret. Quid hic igitur Philippus? Non ſtatim provolavit ad gladium: ſed & penes nos, inquit, cauſa eſt, cur inviſi ſimus. Is enim vir non ignauiſsimus Macedonum eſt; & cùm alius virum rebus neceſſarius inſtruxit, tum dotem filiæ eius liberali forma præditæ puellæ, ſed egenti, conſtituit: neque quiſquam poſtea Regi fidelior fuit, ex illis ipſis qui iam olim eximiè obſequentes ac morigeri ei fuerant. Tantò penſius eſt; benefactũ quàm malefactum. Non enim facile fit ut quiſquam ab humanitate tam horrens naſcatur, qui, à quo morti ſeſe addicendum viderat, ei, ubi reconciliatus fuerit, & ab eodem honoris quid contigerit, non ſtatim amicus fiat: ſed qui commeritum effugit ſupplicium, quanto iuſtius puniri mereretur, tanto magis ignoſcenti devinctus tenetur. &c.* O voces ſuavis odoris! & quibus ita recreor, ut ex eodem penu manus ultrò plura ſuggerere geſtiat, niſi ſuccurreret illud poëtæ;

Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis.

Concludam igitur cum Demoſthene Orat. de Libertate Rhodiorum: Ἔπειτα καὶ δίκαιον, δημοκρατουμένους αὐτοὺς τοιαῦτα φρονοῦντας φαίνεσθαι περὶ τῶν ἀτυχούντων δήμων, οἷα τοὺς ἄλλους ἀξιώσαιτε φρονεῖν περὶ ὑμῶν, εἴ ποτε, ὃ μὴ γένοιτο, τοιοῦτό τι συμβαίη. καὶ γὰρ, εἰ δίκαιά τις ἂν φήσειε Ῥοδίους πεπονθέναι, οὐκ ἐπιτήδειος ὁ καιρὸς ἐφησθῆναι. δεῖ γὰρ τοὺς εὐτυχοῦντας, περὶ τῶν ἀτυχούντων ἀεὶ φαίνεσθαι βουλομένους τὰ βέλτιστα· ἐπειδήπερ ἄδηλον τὸ μέλλον ἅπασιν ἀνθρώποις: *Deinde æquum etiam eſt, ut vos, qui populi autoritate ipſi regi vultis, ſic in calamitoſos populos animati eſſe videamini: ut alios in vos eſſe animatos velletis, ſi quando (quod Dii prohibeant) tale quippiam accidiſſet. Nam tametſi dici queat, iurè ita agi cum Rhodiis: vos tamen ratio temporis, malis eorum gaudere non ſinit. Quibus enim Fortuna ſecunda eſt: hi calamitoſis perpetuò rectiſsimè conſulere debent: cùm nemo omnium mortalium, quid ſit futurum, exploratum habeat.* Imò

Nemo

Nemo tam Divos habuit ſecundos
Craſtinum ut poſſet ſibi polliceri,

ſuccinit nobis Senecæ tragœdia: cui ita eiuſdem reſpondet Stoa : *Quicquid longa ſeries multis laboribus, multâ Dei indulgentiâ ſtruxit; id unus dies ſpargit ac diſſipat. Longam moram dedit malis properantibus, qui diē dixit. Hora momentumque temporis, evertendis imperiis ſuffecere.*

Voluptatibus Romani plus aduerſus ſubiectos, quàm armis valent. Lib. IV. Hiſt.

Ridemus ad iſta Plauti Menæchmis Act. I. Sc. I: vbi plenis buccis intonat Peniculus Paraſitus:

Homines captiuos qui catenis vinciunt,
Et qui fugitivis ſervis indunt compedes;
Nimis ſtultè faciunt, meâ quidem ſententiâ.
Namque homini miſero, ſi ad malum accidit malum,
Maior libido eſt fugere & facere nequiter.
Nam ſe ex catenis eximunt aliquo modo:
Tum compediti ianuam lima proterunt,
Aut lapide excutiunt clavum. nugæ ſunt meræ.
Quem tu aſſervare rectè, ne aufugiat, voles;
Eſcâ atque potione vinciri decet.
Apud menſam plenam homini roſtrum deliges.
Dum tu illi, quod edit, & quod potet, præbeas,
Suo arbitratu & affatim cotidiè;
Numquam edepol fugiet, tametſi capital fecerit.
Facilè aſſeruabis, dum eo vinclo vincies.
Ita iſtæc nimis lenta vincla ſunt eſcaria.
Quàm magis intendas, tantò adſtringunt arctius.

Et ſunt quidem ridicula : ſed ſic tamen lota in arcano fonte Prudentiæ, hodie quidem vſquequaque arido; at qui ſæculo priſco plenis fluebat riuulis, & ex quo Potentiores non ſecus bibebant, ac Choaſpe ſuo & Eulæo Monarchæ Perſici: quos ipſos quoque aquam illam non ſemel vſurpaſſe. ſi quando ad compendioſam aſpirarent victoriam, pacemque nūquam à deuictis ſollicitandam; haurire eſt è libris memorialibus. Nam de Aſtyagis ex filiâ nepote, tradit Polyænus lib. VII. Stratagem : Κῦρος μετὰ τὴν ἅλωσιν Κροίσου Λυδῶν πάλιν ἀποστάντων, αὐτὸς ἐλαύνων ἐπὶ Βαβυλῶνος, Μαζάρην τὸν Μῆδον κατέπεμπε, προστάξας ὅταν κατάσχῃ τὴν χώραν. ἀ-

φελέσθαι τὰ ὅπλα καὶ τοὺς ἵππους, καὶ στολὴν γυναικείαν αὐτοὺς ἀναγκάσαι φορεῖν· καὶ μήτε τοξεύειν, μήτε ἱππεύειν ἔτι μανθάνειν· ὑφαίνειν δὲ καὶ ψάλλειν ἅπαντας· τοῖς ἐπιτηδεύμασι τούτοις, ὡς ἔοικε τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐκθηλῦναι προαιρούμενος. ἀμέλει βαρβάρων ἀπολεμώτατοι γεγόνασιν οἱ Λυδοὶ πρόσθεν ὄντες πολεμικώτατοι: *Cyrus Lydis, poſt Crœſi captiuitatem, iterum deficientibus, ipſe Babylonē verſus profectus, Mazarem Medum cum precepto miſit, vt cùm regionem ſubegiſſet, arma pariter & equos adimeret, veſtitumque muliebrem geſtare eos cogeret, neque ad iaculandum amplius exerceri permitteret: ſed omnes texere ac pſallere compelleret: vt his nimirum ſtudiis eorum animi molleſcerent, & effœminarentur. Sic deinceps omnium barbarorum inutiliſſimi ad bellum euaſerunt Lydi, cùm antea bellicoſiſſimi extitiſſent*. Sic Polyænus; quæ quid vetat etiam audire ab Iuſtino? lib. 1: *Occupato in aliis bellis Cyro, Lydi rebellauere: quibus iterum victis, arma & equi adempti: iuſſitque cauponas & ludicras artes, & lenocinia exercere. Et ſic gens induſtria, quondam potens & manu ſtrenua, effeminatâ mollitie luxuriâque virtutem priſtinam perdidit; & quos ante Cyrum inuictos bella præſtiterant, in luxuriā lapſos otium ac deſidia ſuperauit.* Eodē bibiſſe poculo Darij filiū, colligere eſt Apophthegm. Plutarchi: Ὀργισθεὶς δὲ Βαβυλωνίοις ἀποστᾶσι, καὶ κρατήσας, προσέταξεν ὅπλα μὴ φέρειν, ἀλλὰ ψάλλειν καὶ αὐλεῖν καὶ πορνοβοσκεῖν καὶ καπηλεύειν, καὶ φορεῖν κολπωτοὺς χιτῶνας: *Xerxes iratus Babylonius ob defectionem, cùm eos in poteſtatem ſuam redegiſſet, interdixit armorum geſtatione. Iuſſitque fidibus & fiſtulis canere, lenocinium & cauponam exercere, ac tunicas geſtare ſinuoſas*. Nec aliunde potârat Ariſtodemus Cumanorum tyrannus. Is enim, ἵνα δὲ μηδὲ τῶν ἄλλων πολιτῶν ἐν μηδενὶ γένηται μήτε γενναῖον μήτε ἀνδρῶδες φρόνημα, πᾶσαν ἐκθηλῦναι ταῖς ἀγωγαῖς τὴν ἐπιτρεφομένην νεότητα τῆς πόλεως ἐπεβάλετο. ἀνελὼν μὲν τὰ γυμνάσια καὶ τὰς ἐνόπλους μελέτας, ἀλλάξας δὲ τὴν δίαιταν, ᾗ πρότερον οἱ παῖδες ἐχρῶντο. κομᾶν τε γὰρ τοὺς ἄρρενας, ὥσπερ τὰς παρθένους, ἐκέλευσεν, ἐξανθιζομένους καὶ βοστρυχιζομένους, καὶ κεκρυφάλοις τὰς πλοκαμίδας ἀναδουμένους, ἐνδύεσθαί τε ποικίλους καὶ ποδήρεις χιτωνίσκους, καὶ χλανιδίοις ἀμπέχεσθαι λεπτοῖς καὶ μαλακοῖς, καὶ δίαιταν ἔχειν ὑπὸ σκιαῖς· ἠκολούθουν τε αὐτοῖς εἰς τὰ διδασκαλεῖα τῶν ὀρχηστῶν καὶ αὐλητῶν, καὶ τῶν παραπλησίων τούτοις μουσοκολάκων, παραπορευόμεναι παιδαγωγοὶ γυναῖκες σκιάδια καὶ ῥιπίδας κομίζουσαι, καὶ ἔλουον αὐτοὺς αὗται, κτένας εἰς τὰ βαλανεῖα φέρουσαι, καὶ μύρων ἀλαβάστρους καὶ κάτοπτρα. τοιαύτῃ ἀγωγῇ διαφθείρων τοὺς παῖδας ἕως ἐκπληρώσουσιν εἰκοστὸν ἔτος, τὸν ἀπὸ τοῦδε χρόνον εἰς ἄνδρας εἴα τελεῖν: *Et ne in cæterorum quoque ciuium vllo animus exiſteret generoſus ac maſculus, dedit operam vt effœminaretur tota vrbanæ iuventutis educatio, ſublatis gymnaſiis & armorum meditationibus, & mutata victus ratione qua prius vtebantur pueri. Iuſſit enim eos more virginum comam alere, flores & cincinnos gerere, reticulisque crinium*

Googl

nodos religare; indui pictus tunicis talaribus, tenuibusque & mollibus amiciri lenulis, & in vmbra degere. in ludum ſaltatorium, & ad tibicines, aliosque muſicarum illecebrarū artifices, comitabantur eos pædagogæ mulieres cū vmbellis & flabellis: ipſeque lavabant eos pectines in balnea deferentes & alabaſtros vnguentarias ac ſpecula. huiusmodi educatione corruptos vſq; ad annū ætatis vigeſimū tū demū inter viros cenſeri paſſus eſt: Sic Halicarnaſſæus lib. VII. Antiq. Rom Quæ trias, ad fontē iſtū fortè acceſſit indicio Seſoſtris; cuius ſic circa Ægyptios meminit Sophoclis Scholiaſtes ex Nymphodori Hiſt. lib XIII: Ἔθεσι τὰ μὲν ἐναντίοις, τὰ δὲ ὁμοίοις χρῶνται τοῖς Ἕλλησι· τὸ μὲν γὰρ ἐξίστασθαι τοῖς πρεσβυτέροις τοὺς νεωτέρους, ὁμοτρόπως καὶ ἡμῖν διοικοῦσι. τῶν δ᾽ ἄλλων οὐδέν. ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἕλλησιν, οἱ μὲν ἄνδρες τὰ κατὰ τὴν ἀγορὰν οἰκονομοῦσιν. αἱ δὲ γυναῖκες, ἔνδον μένουσαι ταλασιουργοῦσιν. ἐκεῖ δὲ αἱ μὲν γυναῖκες ἐν ἀγορᾷ περιπατοῦσι καὶ καπηλεύουσιν. οἱ δὲ ἄνδρες κατὰ τὴν οἰκίαν ὑφαίνουσιν. ὁ γὰρ Σέσωστρις ἐκθηλῦναι τοὺς ἄνδρας βουλόμενος, ἅτε μεγίστης χώρας γεγυμνημένους καὶ πολλοὺς ὄντας, ὅπως μὴ συστραφέντες ἐπ᾽ ἰσομοιρίαν ὁρμήσωσι, τὰ μὲν ἐκείνων ἔργα ταῖς γυναιξί, τὰ δὲ τῶν γυναικῶν ἐκείνοις προσέταξεν. ἵνα μὴ μόνον τῶν ὅπλων ἀναγκαίως στερηθέντες, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν ὑπὸ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἀνεθέντες, ἀσμένως ἐπὶ τοῖς ὑπάρχουσι καταμένωσιν. ὅθεν τοὺς μὲν ψιλοὺς εἶναι, τὰς δὲ ἀνιέναι τὰς τρίχας προσέταξε. καὶ τοὺς μὲν ἐπὶ τῶν κεφαλῶν φέρειν τὰ φορτία, τὰς δὲ ἐπὶ τῶν ὤμων ἠνάγκασε. ἔπειτα δὲ τοὺς μὲν καθημένους, τὰς δὲ ὀρθὰς ἑστώσας οὐρεῖν. καὶ τοῖς μὲν δύο ἱμάτια περιέβαλε, ταῖς δὲ ἕν. ὑπολαμβάνων ἅμα τοῖς ἐπιτηδεύμασι καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐκθηλυνεῖσθαι: *Aegyptii quod ad cultum ſenum attinet, ita obſervant, vti Græci; in cæteris omnibus ab illorum moribus diſcrepantes. Nam in Græcia viri forum & iudicia frequentant; at mulieres intra tecta lanam & telam tractant; In Aegypto verò verſantur foris mulieres; nentque ac texunt domi viri. Hoc conſilium Seſoſtris rex cepit, vt tali vitæ ratione virilem ſexum effæminaret, illiſque obedientibus, imperio vteretur: quod ſe conſecuturum putavit, iniunctis virorum muneribus feminis, & harum, viris. Ita enim non modò inermi corpore, ſed & animo molli promtè facturos imperata credidit. Voluit igitur & comam nutrire viros, & mulieres tondere: itemque illos onera capite ſuſtinere, has humeris: præterea viros binas, mulieres ſingulares tunicas ferre. Poſtremo ſtantes mulieres, ſubſidentes viros, mingere: vt pro vita modo animi quoque enervarentur.* Callidè profectò: adeò vt non ſine cauſſa de eo ſcribat Ælianus lib. XII. cap. IV. var. hiſtor: Φασὶν Αἰγύπτιοι Σέσωστριν παρ᾽ Ἑρμοῦ τὰ νοήματα ἐκμουσωθῆναι: *Aegyptii dicunt Seſoſtridem à Mercurio ſolertiam & conſilia didiciſſe.* Quanquam & eò perveniri poſſe ſapiētiæ ratione humanâ, diſcamus tum ex Tacito, tum ex Cæſare. Apud illū enim Tencterorum legatus conſulit Agrippinenſibus lib. IV. Hiſtor: *Inſtituta cultumque patrium reſumite, abruptis voluptatibus; quibus Romani plus adverſus ſubiectos quam armis valent.* Apud hunc verò legimus lib. II.

Gall: *Eorum fines Nervii attingebant: quorum de naturâ moribuſque Cæſar cùm quæreret, ſic reperiebat; nullum aditum eſſe ad eos mercatoribus; nihil pati vini, reliquarumque rerum ad luxuriam pertinentium inferri: quod his rebus relangueſcere animos, eorumque remitti virtutem exiſtimarent.* Quod idem etiã crediſſe ipſummet Iulium, teſtatur verſus eius libro I. Gal': *Horum omnium fortiſſimi ſunt Belgæ: propterea, quod à cultu atq; humanitate provinciæ longiſſimè abſunt; minimeque ad eos Mercatores ſæpè commeant; atque ea quæ ad effeminandos animos pertinent, important &c.* Nec alterius fuiſſe opinionis Tacitum, prodidit libro de morib. Germ: *Sine apparatu, ſine blandimentis expellunt famem. adverſus ſitim non eadem temperantia. ſi indulſeris ebrietati, ſuggerendo quantum concupiſcunt; haud minus facilè vitiis quàm armis vincuntur.* Prudenter illi. nam magis ex quercu fatidicâ profectum videri queat, quàm ex ore Auguſti, quod habet Caſſius libro I.: Ἀδυνατόν ἐστι, βασιλικῶς τινὰ τρυφῶντα, καὶ γυναικείως θρυπτόμενον ἀνδρῶδές τι φρονῆσαι καὶ πρᾶξαι. διὰ τὸ πᾶσαν ἀνάγκην εἶναι, οἵοις ἄν τις ἐπιτηδεύμασι συνῇ, τοιούτοις αὐτὸν ἐξομοιοῦσθαι: *Fieri enim non poteſt, ut is qui regio luxui mollicitieique muliebri indulget, viro aliquid dignum vel conſulat vel agat. eſt enim neceſſe omnino ut quibus unusquisque vitæ rationibus utitur, earum ſimilis reddatur.* Eſtq; Sibyllæ folium, non Onoſandri verbum cap. IX: Ἡ μὲν γὰρ ἀργία, τὰ σώματα μαλθακὰ καὶ ἀσθενῆ κατασκευάσιν, ἡ δὲ ῥαθυμία, τὰς ψυχὰς ἀνάνδρους καὶ δειλὰς ἐποίησεν. αἱ γὰρ ἡδοναὶ δελεάζουσαι τῷ καθ' ἡμέραν συνήθει τὰς ἐπιθυμίας, διαφθείρουσι καὶ τὸν εὐτολμότατον: *Otio quidem corporis vires molleſcunt & languent; deſidiâ verò, animi veluti evirantur, ſocordeſque & ignavi fiunt. nempe blandimenta voluptatum, aſſiduo abuſu, ferociſſima quæque pectora enervant & abſumunt.* Inſpexitq; antè Naturæ viſcera Nonnus, quàm cecinit lib. XIV. Dionyſiac:

Ἀεὶ μὲν μεθύουσα φιλακρήτοισι κυπέλλοις
Πᾶσα γονὴ σατύρων θρασυκάρδιος. ἐν δὲ κυδοιμοῖς
Πάντες ἀπειλητῆρες ἀεὶ φεύγοντες Ἐνυώ,
Νόσφι μόθοιο λέοντες· ἐνὶ πτολέμοις δὲ λαγωοὶ
Ἴδμονες ὀρχηστῆρες ἐπιστάμενοι πλέον ἄλλων
Οἰνοδόκου μέθυ λαρὸν ἀπὸ κρητῆρος ἀφύσσον:
Semper quidem inebriata merum, amantibus poculis
Tota generatio Satyrorum audax corde, in conflictu verò
Omnes interminatores, ſemper fugientes Bellonam;
Sine pugna Leones, in bello verò Lepores.
Exacti ſaltatores, periti magis aliis
Vinum capiente merum dulce è poculo haurire.

Hocque ipſum probè noverat Pyrrhus rex. itaq; legimus in vitâ eius a-

Digitized by Google

pud Plutarchum: Τηνικαῦτα δὲ ὁρῶν τὸ πλῆθος ἄνευ μεγάλης ἀνάγκης μήτε σώζεσθαι δυνάμενον, μήτε σώζειν, ἀλλ' οἷον ἐκείνου προπολεμοῦντος, οἴκοι καθῆσθαι περὶ λουτρὰ καὶ συνουσίας γινόμενον, ἀπέκλεισε μὲν τὰ γυμνάσια καὶ τοὺς περιπάτους, ἐν οἷς ἀλύοντες ὑπὲρ τῶν πραγμάτων λόγῳ διεστρατήγουν, πότους δὲ καὶ κώμους καὶ θαλίας ἀκαίρους ἀνεῖλεν. ἐκάλει δὲ πρὸς τὰ ὅπλα, καὶ περὶ τοὺς καταλόγους τῶν στρατευομένων ἀπαραίτητος ἦν καὶ λυπηρός. ὥστε πολλοὺς ἐκ τῆς πόλεως ἀπελθεῖν, ἀηθείᾳ τοῦ ἄρχεσθαι, δουλείαν τὸ μὴ πρὸς ἡδονὴν ζῆν καλοῦντας: *Tunc multitudinem aduertens, niſi acriter compulſam neque ſervari ipſam neque ſernare poſſe alios, ſed tamquam ipſo propugnante domi reſidere balneis indulgentem & conuiuiis, gymnaſia ambulationeſque, in quibus ſpatiantes diſpenſabāt res gerendas verbis, occluſit: compotationibus, comeſſationibus, & ludis intempeſtiuis interdixit. Ad arma eos vocauit, in delectibusque iuventutis ſeverus & durus fuit. Vnde reliquerunt vrbem multi, qui inſolentiâ parendi, quòd non liceret in deliciis viuere, ſervitutem vocabant.* O læuas eius gentis mētes! imò id ipſiſſima erat libertas. nam niſi & oculis æquè cæca eſſet ac pectore, cerneret opinor,

——*latè*

Florentes quondam luxus quas verterit vrbes.

Sanè & ipſam inter reliquas quæ propterea perierit, circumſpectè memorat Dio Chryſoſtomus Oratione Tharſicâ priore: Οὐ Σύβαρις μὲν ὅσῳ μάλιστα ἐτρύφησε, τοσούτῳ μᾶλλον ἀπώλετο; Κρότων δὲ καὶ Θούριοι, καὶ Μεταποντῖνοι καὶ Τάρας, ἐπὶ ποσὸν ἀκμάσασαι, καὶ τηλικαύτην ποτὲ σχοῦσαι δύναμιν, ποίας πόλεως οὐκ εἰσὶ νῦν ἐρημότεραι; πολὺ δ' ἂν ἔργον εἴη πάντας ἐπεξιέναι, τοὺς διὰ τρυφὴν ἀπολωλότας. Λυδοὺς πάλαι, Μήδους, Ἀσσυρίους πρότερον, τὰ τελευταῖα, Μακεδόνας. οἱ νεωστὶ μὲν τὰ ῥάκη περιῃρημένοι, καὶ ποιμένες ἀκούοντες, περὶ τῶν μελινῶν μαχόμενοι τοῖς Θραξὶ, τοὺς Ἕλληνας ἐκράτησαν, εἰς τὴν Ἀσίαν διέβησαν, ἄχρις Ἰνδῶν ἦρξαν. ἐπεὶ δὲ τὰ ἀγαθὰ τὰ Περσῶν ἔλαβον, τούτοις ἐπηκολούθησε καὶ τὰ κακά. τοιγαροῦν, ἅμα σκῆπτρα καὶ ἁλουργίδες, καὶ Μηδικὴ τράπεζα, καὶ τὸ γένος αὐτῶν ἐξέλιπεν· ὥστε νῦν εἴ τις διέρχοιτο Πέλλαν, οὐδὲ σημεῖον ὄψεται πόλεως οὐδὲν, δίχα τοῦ πολὺν κέραμον εἶναι συντετριμμένον ἐν τῷ τόπῳ. καί τοι μένει τὰ χωρία τῶν πόλεων, ὧν εἶπον, καὶ τῶν ἐθνῶν ἔτι καὶ πρότερον ἦν, καὶ τοὺς ποταμοὺς οὐδεὶς ἄλλος ἔτρεψεν, οὐδ' εἴ τι τοιοῦτον ἦν ἕτερον. ἀλλ' ὅμως ὧν ἂν πολυτέλεια, καὶ τρυφὴ ἅψηται, τούτοις οὐκ ἔστι πλείω χρόνον διαγενέσθαι. μὴ γὰρ οἴεσθε τοὺς κριοὺς, μηδὲ τὰς ἑλεπόλεις καὶ τὰς ἄλλας μηχανὰς οὕτως ἀνατρέπειν, ὡς τρυφὴν, εἴτε ἄνδρα βούλεταί τις πεπτωκότα ἰδεῖν, εἴτε πόλιν. οὐ ποταμός ἐστιν, οὐδὲ πεδίον, οὐδὲ λιμὴν, ὁ ποιῶν εὐδαίμονα πόλιν, οὐδὲ χρημάτων πλῆθος, οὐδὲ οἰκοδομημάτων, οὐδὲ θησαυροὶ θεῶν, οἷς οὐδὲν προσέχει τὸ δαιμόνιον, οὐδ' ἂν τὰς πόλεις τινὲς μεταφέρωσι τὰ ὄρη, καὶ τὰς πέτρας ξὺν πολλῇ ταλαιπωρίᾳ καὶ πόνοις, καὶ μυρίοις ἀναλώμασιν. ἀλλὰ σωφροσύνη καὶ νοῦς ἐστι τὰ σώζοντα. ταῦτα ποιεῖ τοὺς χρωμένους μακαρίους, ταῦτα τοῖς θε-

Digitized by Google

οἷς προσφιλεῖς· οὐχὶ λιβανωτὸς, οὐδὲ σμύρνα πόθεν, οὐδὲ ῥίζαι, καὶ δάκρυα δένδρων, οὐδὲ ἰνδῶν καὶ ἀῤῥάβων φρύγανα: *Nonne Sybaris quidem quanto magis delicijs ſtuduit, tanto magis diſperiit? Croton autem, & Thuris & Metapontini & Tarentum, quæ tanto quondam fuerunt in vigore, tantamque habuerunt potentiam, qua ciuitate iam non ſunt deſertiores? Multum eſſet negotii omnes recitare, qui propter delicias perierunt: Lydos olim, & Medos & Aſſyrios antea, poſtremò Macedonas, qui quondam vilibus erant pannis amicti, & paſtores dicti; quique pro panico bellum cum Thracibus geſſerant, mox Græcos ſibi ſubiecerunt: cumque tranſiſſent in Aſiam, ad Indos vſque imperium tenuerunt. Poſtquã verò Perſarum bona acceperunt, conſecuta eos ſunt & mala. Igitur ſimul ſceptra & veſtes purpureæ, & Medica menſa, & genus ipſum defecit: vt ſi quis nunc pertranſeat Pellam, ne ſignum quidem vllum videbit ciuitatis, ſed multas tegulas contritas eſſe in loco. Atqui manent regiones ciuitatum, quas dixi, & gentium, quales & prius erant & flumina nemo alio auertit: ſed tamen quos ſumptuoſitas & deliciæ attigerint, ij longum tẽpus perdurare non poſſunt. Ne enim putetis, arietes & helopoles aliasq; machinas ita ciuitates euertere, vt delicias: ſiue quis virum euerſum videre velit, ſiue civitatem. Non flumen eſt, neque campus, neque portus, qui ciuitatem faciat felicem: neque pecuniarum multitudo, neque ædificiorum, neque deorum theſauri, quibus nihil afficitur diuinitas: neq; ſiquis in ciuitates montes quoſdam & ſaxa cum multis ærumnis & laboribus infinitisque ſumptibus transferat: ſed modeſtia ſapientiaque ea ſunt quæ conſeruant, ea faciunt vtentes beatos, ea diis ſunt accepta: non thus, neque myrrha alicunde, neque radices, neque arborum lachryma, neque Indorum aut Arabum ſarmenta.* Sic Orator ille: cuius proſam verſibus ferè incluſit Muſa Claudiani lib. III. de laudib. Stilicon:

——— nam cetera regna
Luxuries vitiis, odiisque ſuperbia vertit.
Sic male ſublimes fregit Spartanus Athenas,
Atque idem Thebis cecidit. ſic Medus ademit
Aſſyrio Medoque tulit moderamina Perſes.
Subiecit Perſen Macedo, ceſſurus & ipſe
Romanis.

Quæ cùm ita ſint, meritò ſocerum ſuum laudat his verbis Tacitus: *Sequens hyems ſaluberrimis conſiliis abſumta. namq; vt homines diſperſi ac rudes, eoque bello faciles, quieti & otio per voluptates aſſueſcerent: hortari priuatim, adiuuare publicè, vt templa, fora, domus extruerent, laudando promptos, & caſtigando ſegnes. Ita honoris æmulatio, pro neceſſitate erat. Iam verò principum filios liberalibus artibus erudire, & ingenia Britannorum ſtudiis*

Gallorum anteferre, ut qui modò linguam Romanam abnuebant, eloquentiam concupiſcerent. inde etiam habitus noſtri honor, & frequens toga: paullatimq; diſceſſum ad delinimenta vitiorum, porticus, & balnea, & conviviorum elegantiam, idque apud imperitos humanitas vocabatur, cùm pars ſeruitutis eſſet. Prolixè ſatis auctor alioquin ſuccinctus; niſi arbitratus fuiſſet, intereſſe omnium, ſcire artem illam Agricolæ. quam ne ignotam putemus fuiſſe Annibali, facit querela ipſius ad cives Livii lib. XXX: *Tunc fleſſe decuit, cum adempta nobis arma, incenſa naves, interdictum externis bellis. illo enim vulnere concidimus. Nec eſſe in vos odio veſtro conſultum ab Romanis credatis. Nulla magna civitas diu quieſcère poteſt: ſi foris hoſtem non habet, domi invenit: ut prævalida corpora ab externis cauſis tuta videntur, ſed ſuis ipſa viribus onerantur. Tantum nimirum ex publicis malis ſentimus, quantum ad privatas res pertinet: nec in eis quicquam acrius, quàm pecuniæ damnum ſtimulat. Itaque cum ſpolia victæ Carthagini detrahebantur, cum inermem tam ac nudam deſtitui inter tot armatas gentes Africa cerneretis, nemo ingemuit. nunc quia tributum ex privato conferendum eſt, tamquam in publico funere comploratis.* Ad quæ item reſpexit Alaricus, Claudiani Paneg. de VI. Conſul. Honorii v. 303:

——prò fœdera ſævo
Deteriora iugo! tunc vis exſtincta Getarum
Tunc mihi, tunc lethum pepigi. Violentior armis
Omnibus expugnat noſtram clementia gentem,
Mars gravior ſub pace latet, capiorque viciſſim
Fraudibus ipſe meis. quis iam ſolatia feſſo,
Conſiliumve ferat? ſocius ſuſpectior hoſte.
Atque utinam cunctos licuiſſet perdere bello!

Idem fuit ante oculos Epaminondæ, de quo ſic in vitâ ipſius Aem. Probus: *Habuit obtrectatorem Meneclidem quendam, indidem Thebis, adverſarium in adminiſtranda Repub. ſatis exercitatum in dicendo, ut Thebanum ſcilicet. namque illi genti plus ineſt virium quam ingenii. Is quod in re militari florere Epaminondam videbat, hortari ſolebat Thebanos, ut pacem bello anteferrent, ne illius Imperatoris opera deſideraretur. Huic ille, fallis, inquit, verbo cives tuos, quòd hos à bello avocas. otii enim nomine ſervitutem concilias. Nam paritur pax bello. Itaque qui eâ diutinâ volunt frui, bello exercitati eſſe debent. Quare ſi Principes Græciæ eſſe vultis, caſtris eſt vobis utendum, non palæſtrâ.* Haud falsò itaque Portius Latro apud Senecam lib. II. Controv. II: *Non vides ut immota fax torpeat, & exagitata reddat ignes? mollit viros otium. ferrum ſitu corrumpitur & rubiginem ducit. deſidia dedocet.* Omninò. Hinc Trogus fine libri VI: *Epaminondæ morte etiam Athenienſium virtus intercidit: ſiquidem amiſſo, cui æmulari conſueverant, in ſegnitiem, torporemque reſoluti, non ut olim in claſſem & exer-*

& exercitus, ſed in dies feſtos, apparatusque ludorum reditus publicos effundunt; & cum actoribus nobiliſſimis poetiſque theatra celebrant, frequentius ſcenam quàm caſtra viſentes; verſificatoreſque meliores, quàm duces laudantes. Tunc vectigal publicum, quo antea milites & remiges alebantur, cũ urbano populo dividi captum eſt. Quibus rebus effectum eſt, ut inter otia Græcorum, ſordidum & obſcurum antea, Macedonum nomen emergeret; & Philippus obſes triennio Thebis habitus, Epaminondæ & Pelopidæ virtutibus eruditus, regnum Macedoniæ, Græciæ, & Aſiæ cervicibus, velut iugum ſervitutis imponeret. Ex quibus patet; cur Antiocho devicto à Romanis, idem ſubiiciat auctor fine libri XXXI: *Captas civitates inter ſocios diviſere Romani; aptiorem gloriam, quàm poſſeſſiones voluptarias iudicantes. quippe victoriæ gloriam Romano nomini vindicandam: opum luxuriam ſociis relinquendam.* Nimirum opinabantur, quod illi apud Ciceronem de Senectute: *Sæpe à maioribus natu audivi, qui ſe porrò pueros à ſenibus audiviſſe dicebant; mirari ſolitum C. Fabricium, quod cùm apud regem Pyrrhum legatus eſſet, audiſſet à Theſſalo Cyneâ, Athenis quendam eſſe qui ſe ſapientem profiteretur, eumque dicere, omnia quæ faceremus, ad voluptatem eſſe referenda. quod ex eo audientes M. Curium & T. Coruncanum optare ſolitos, ut id Samnitibus ipſiſq. Pyrrho perſuaderetur; quò facilius vinci poſſent, cùm ſe voluptatibus dediſſent.* Circumſpectè. Sed nec improvidè Pylades pantomimus, ab Auguſto obiurgatus; Dionis lib. LIV: ἐπεὶ Βατύλλῳ ὁμοτέχνῳ τε οἱ ὄντι, καὶ τῷ Μαικήνᾳ προσήκοντι, διεστασίαζεν, εἰπεῖν λέγεται ὅτι: Συμφέρει σοι, Καῖσαρ, περὶ ἡμᾶς τὸν δῆμον ἀποδιατρίβεσθαι: *quod cum Batyllo eandem artem exercente, & Mæcenatis neceſſario rixaretur, reſpondiſſe fertur: Expedit tibi Cæſar, populum nobis intentum tempus conſumere.* Cui verbo aures accommodent ſuas Potentes: plus enim ſub eo latet, quàm pateat vulgo. Porrò quàm facilè quis ſine omni ſanguine ac pulvere redigi queat ſub iugum Voluptatis, non invenuſtè repræſentavit Aſtrais apud Nonnum lib. Dionyſiac. XVII; ubi exponit Oronti quomodo Indos debellarit Bacchus:

Ἵστατο δ' ἀπτολέμων σατύρων στρατός, οὐ δόρυ χάρμης
Χερσὶ φέρων, οὐ γυμνὸν ἔχων ξίφος· οὐ δ' ἐπὶ νευρῇ
Εἰς σκοπὸν ἰθυκέλευθον ὀιστεύων βέλος ἕλκων·
Ἀλλὰ κέρας βοὸς εἶχεν· ἐνὶ γλαφυρῇ δὲ κεραίῃ
Φάρμακον ὑγρὸν ἄειρε· καὶ ἀργυρέου ποταμοῖο
Εἰς προχοὰς δολόεσσαν ὅλην κατέχευεν ἐέρσην
Ἰκμάδι φοινίξας γλυκερὸν ῥόον. ἐκ δὲ κυδοιμοῦ
Κύματα διψώοντες ὅσοι πίον αἴθοπες ἰνδοί,
Ἔμφρονα λύσσαν ἔχοντες ἀνεκρούσαντο χορείην,
Καὶ σφίσι λοίγιος ὕπνος ἐπέχραεν· ἀκλινέες δὲ
Ἔσκαζον βακχεύοντες ἐπεκλινάζοντο βοείαις·

Ἄλλοι

Digitized by Google

Ἄλλοι δ' ἀστορέεσσι κατεκλίνοντο χαμεύναις
Νωθρὸν ἐπιτρέψαντες ἀκοιμήτῳ δέμας ὕπνῳ·
Βάκχαις ἀδρανέεσσιν ἑλώρια καὶ Διονύσῳ·
Τοὺς δὲ δίχα πτολέμοιο, καὶ ἀθήκτοιο σιδήρου
Δούλιον, ἐς ζυγόδεσμον ἐληίσαντο γυναῖκες,
Βεβριθομένους μελέεσσι, καὶ ἀντιβίων ὑπὲρ ὤμων,
Ὡς νέκυες ζώοντες ἐλαφρίζοντο μαχηταί:
Stabat verò imbellium Satyrorum princeps, non iaculum pugnæ
Manu ferens, non nudum habens gladium, nec ſuper nervum
Ad ſcopum rectivium venteſum telum trahens:
Sed cornu bovis habuit, in concavo verò cornu
Venenum humidum ſuſtulit & argentei fluminis
In profluenta doloſum totum defudit rorem
Liquore rubefaciens dulcem potum. In conflictu verò
Aeſtu ſitientes quotcunque biberant nigri Indi
Prudentem rabiem habentes pulſabant choream,
Et ipſis peſtifer ſomnus ingruit. immoti verò
Extremæ furore bacchantes in ſomnum dabantur tympanis.
Alii verò in ſtratis inclinabant lectis humi factu,
Pigrum indulgentes irrequieto corpus ſomno;
Bacchis imbecillibus rapinas & Baccho.
Hos verò ſine bello & benè acuto ferro
Servile in iugum ſunt deprædatæ mulieres
Oneratos membris, & hoſtiles ſuper humeros
Tanquam mortui viventes elevati ſunt milites &c.

Haud abſimili prorſus imagine, in Prudentii Pſychomachiâ, Luxuriæ cōmittitur Sobrietas:

O nova pugnandi ſpecies! non ales arundo
Nervo pulſa fugit, nec ſtridula lancea torto
Emicat amento, frameâ nec dextra minatur:
Sed violas laſciva iacit, foliiſque roſarum
Dimicat, & calathos inimica per agmina fundit.
Inde eblanditis virtutibus, halitus illex
Inſpirat tenerum labefacta per oſſa venenum;
Et malè dulcis odor domat ora & pectora & arma.
Ferratoſque toros oblito robore mulcet.
Deiiciunt animos ceu victi, & ſpicula ponunt
Turpiter, heu, dextris languentibus; obſtupefacti
Dum currum variâ gemmarum luce micantem

Mirantur

Mirantur, dum bracteolis crepitantia lora,
Et ſolido ex auro pretioſi ponderis axem
Defixis inhiant obtutibus; & radiorum
Argento albentem ſeriem, quam ſumma rotarum
Flexura electri pallentis continet orbe &c.

Pergerem ulterius; niſi ſentirem cum Scauro; *Non minus magnam virtutem eſſe, ſcire deſinere, quam ſcire dicere*; ut refert apud Senecam patrem lib. IX. Cont. V. Deſino igitur: relictis, pro capitis obſignaculo, iſtis Baſilii Seleucienſis Orat. XXX: Οἱ σοφοὶ τῶν ἰατρῶν, τότε πλέον ἐγείρουσι τὸ θαῦμα τῆς τέχνης, οὐχ ὅταν σιδήρῳ καὶ πυρὶ πολέμου νόμῳ, τὸ πάθος χειρώσωνται, ἀλλ᾽ ὅταν ἠδέσι φαρμάκοις τὸ ἀλγοῦν κολακεύσαντες, τῷ κάμνοντι τὴν ἴασιν μηχανήσωνται. καὶ τὰ μὲν φοβερὰ τῆς τέχνης ἐπίσχωσι ἐπιτάγματα· πρᾳέσι δέ τισι καὶ συντρόφοις ἐνδιαιτήμασι τὰς ὀδύνας κοιμήσαντες δείξωσι τὸν κάμνοντα τοῦ πάθους ἐλεύθερον: *Periti ſcienteſque medici, tunc plus de arte cient admirationis, cùm non ferro & igni, in belli modum vim mali domant; ſed cùm lenibus pharmacis affectæ parti adulantes, ægrum ſcitè perſanant, & artis ſeveriora præcepta cohibent, miti interim ac familiari quodam victu, dolore ſopito, ægrotum à morbo liberum oſtendunt.*

Manſura hæc, ſi nullo novo onere tentarentur.
Lib. IV. Annal:

NULLUM mel, nullum ſaccharũ tam dulce eſt ori puerorum, quàm auribus meis allubeſcit apophthegma Theoderici, proditũ Caſſiodoro lib. III. Variarũ Epiſt. XLIII: *Aliorum fortè regum prælia, captarum civitatum aut prædas appetunt, aut ruinas: nobis propoſitũ eſt, Deo iuvante, ſic vincere, ut ſubiecti ſe doleant noſtrum dominium tardius acquiſiiſſe.* Macte hac mente regum haud poſtremè! ac quò minus tædeat propoſiti; ſcias idem ſenſiſſe Alexandrum illum Magnũ: cuius hæc verba ſunt ad Hermolaum, Curtii lib. VIII: *At enim Perſæ quos vicimus, in magno honore ſunt! Apud me quidem moderationis meæ certiſſimum indicium eſt, quod ne victis quidem ſuperbè impero. Veni enim in Aſiam, non ut funditus everterem gentes: nec ut dimidiam partẽ terrarum ſolitudinem facerem; ſed ut illos quoque quos bello ſubegiſſem, victoriæ meæ non pœniteret.* Etiam in eâdem fuiſſe ſententiâ Camillum Furium, eliciamus ex vocibus eius ad Senatum Livii lib. VIII: *P. C. quod bello armiſque in Latio agendum fuit, id iam deûm benignitate ac virtute militum ad finem venit. caſi ad Pedum Aſturamque ſunt exercitus hoſtium: oppida Latina omnia, & Antium ex Volſcis, aut vi capta,*

aut recepta in deditionem præſidiis tenentur veſtris. Reliqua conſultatio eſt, quoniam rebellando ſæpius nos ſollicitant, quonam modo perpetuâ pace quietos obtineamus. dii immortales, ita vos potentes huius conſilii fecerunt, ut, ſi Latium deinde, an non ſit, in veſtra manu poſuerint. Itaque pacem vobis, quod ad Latinos attinet, parare in perpetuum vel ſæviendo, vel ignoſcendo poteſtis. Vultis crudeliter conſulere in deditos victoſque? licet delere omne Latium: vaſtas inde ſolitudines facere, unde ſocialis egregio exercitu per multa bella magnaque ſæpe uſi eſtis. Vultis exemplo maiorum augêre rem Romanam, victos in civitatem accipiendo? materia creſcendi per ſummam gloriam ſuppeditat. certè id firmiſſimum longe imperium eſt, quo obedientes gaudent. Sed maturatò opus eſt, quicquid ſtatuere placet. tot populos inter ſpem metumque ſuſpenſos animi habetis: & veſtram utique de eis curam quam primum abſolvi, & illorum animos, dum exſpectatione ſtupent, ſeu pœnâ, ſeu beneficio praeoccupari oportet. Nec alterius calculi opinatio Largii Dictatoris, prodita Dionyſio Halicarn. libro VI: Πολλῷ τε κρείττονα καὶ βεβαιοτέραν ἀποφαίνων ἀρχὴν, ἥτις εὐεργεσίαις, ἀλλὰ μὴ τιμωρίαις κρατεῖν βούλεται τῶν ὑπηκόων· τῇ μὲν γὰρ εὔνοιαν ἀκολουθεῖν, τῇ δὲ φόβον· ἀνάγκην δ' εἶναι φύσεως, μάλιστα μισεῖσθαι τὰ φοβερὰ πάντα: *Optimum & firmiſſimum eſſe imperium, quod ſubditos beneficiis magis quam ſuppliciis in officio contineat. illi enim benevolentiam, huic metum eſſe comitem. quidquid autem timeatur, id neceſſitate naturali exoſum eſſe omnibus.* Sed & affirmat Iſocrates in Panathenaico: Καί τοι πάντες ἴσασι τὰς πόλεις τὰς ὑφ' ἑτέροις γιγνομένας, ὅτι πλεῖστον χρόνον τούτοις παραμένουσιν, ὑφ' ὧν ἂν ἐλάχιστα κακὰ πάσχουσαι τυγχάνωσιν: *Enimverò ſciunt omnes, urbes aliis ſubiectas diutiſſimè in eorum fide permanere, à quibus minimis malis afficiuntur.* Quibus vocibus, velut iucunda aliqua Echo multiplicato repercuſſu, concordant iſthæc M. Antonini apud Herodianum lib. I: Οὔτε γὰρ χρημάτων πλῆθος οὐδὲν αὔταρκες πρὸς τυραννίδος ἀκρασίαν, οὔτε δορυφόρων φρουρὰ ἱκανὴ ῥύεσθαι τὸν ἄρχοντα, εἰ μὴ προϋπάρχοι ἡ τῶν ὑπηκόων εὔνοια. μάλιστα δὲ ἐκεῖνοι εἰς ἀρχῆς μῆκος ἀκινδύνως ἤλασαν, ὅσοι μὴ φόβον ἐξ ὠμότητος, πόθον δὲ τῆς αὐτῶν χρηστότητος ταῖς τῶν ἀρχομένων ψυχαῖς ἐνέσταξαν. οὐ γὰρ οἱ ἐξ ἀνάγκης δουλεύοντες, ἀλλ' οἱ μετὰ πειθοῦς ὑπακούοντες, ἀνύποπτοι, καὶ ἔξω κολακείας προσποιήτου δρῶντές τε καὶ πάσχοντες διατελοῦσιν· οὐδέ ποτε ἀφηνιάζουσιν, ἢν μὴ βίᾳ καὶ ὕβρει ἐπὶ τοῦτο ἀχθῶσι: *Neq; enim aut pecunia vis, tyrannidis luxuriam explere, aut ſtipantia ſatellitum agmina, tueri Principem poſſunt; niſi eorum quibus imperat, prius adſit benevolentia. Quippe ij demum diu tutoque imperant, qui non metum ex crudelitate; ſed ſui deſiderium ex bonitate civium ſuorum animis inſtillant. Neque enim quos ſervire neceſſitas coëgit; ſed quos obtemperare ſua quemq; voluntas adegit, ij ſunt in agendo patiendoque à ſuſpicione omni aſſentationeque vacui, numquamq; imperio detrectant niſi violentiâ & iniuriâ ad hoc adducantur.* Exque his patet

quàm

quàm abundent pietate verba Nicolai, libro Diodori Siculi XIII: Καλὸν κατάρξασθαι φιλίας, καὶ τῷ τῶν ἠτυχηκότων ἐλέῳ ἀπεῖσαι τὴν διαφοράν. δεῖ γὰρ τὴν μὲν πρὸς τοὺς φίλους εὔνοιαν ἀθάνατον φυλάττειν, τὴν δὲ πρὸς τοὺς ἐναντίους ἔχθραν, θνητήν. οὕτω γὰρ συμβήσεται τοὺς μὲν συμμάχους γίνεσθαι πλείους, τοὺς δὲ πολεμίους ἐλάττους. τὴν δὲ διαφορὰν αἰώνιον διαφυλάττοντας παραδιδόναι παισὶ παίδων, οὔτ' εὔγνωμον, οὔτ' ἀσφαλές. ἐνίοτε γὰρ οἱ δοκοῦντες ὑπερέχειν, ἐν ῥοπῇ καιροῦ τῶν πρότερον ὑποπεπτωκότων ἀσθενέστεροι γίνονται: *Egregia res eſt, amicitiæ ſibi & benevolentiæ prima per officium initia, primaque jura occupare: & ignoſcendo calamitoſis iras conceptas extinguere: tũ miſerando ſubmovere diſcordiam. Nam benevolentiam inter inimicos oportet inviolatã, immortalemque ſervari: odia verò iraſq; in adverſarios, quàm celerrime fieri poteſt, tolli. Ea namq; ratione ſociorum ſemper & eorum qui te incolumen optẽt, augeſcere: ſed hoſtium contra neceſſariò, inimicorumq; numerum tibi decreſcere videbis. Qui perpetuis perſequi inimicitias odiis, & implacatâ flagrare perrexerint iracundiâ, hos pronepotibus ſuis, injucundum, inconſtans, infeſtum, ac nulla prorſus parte tutum patrimonium parare conſtat: quippe quorum res omnes fortunæ ſimul inſidiis, inimicorumque odio ſemper obnoxiæ relinquantur. Nonnumquam enim id obtigiſſe conſpeximus, vt qui potentiâ præſtarent, quique quondam hoſtes ſuos longè viribus opibusq; vicißent, momento temporis eo faſtigio deturbati, in deteriorem ruerent his longè conditionem, qui tamen olim faſtu inſolentiâq; fortunæ conſueverant alios proterere.* Et hoc ipſum erat quod ſuadebat nequam ille Acedux Boſtari apud Liviũ lib. XXII: *Itaque quos metus non teneat, beneficio & gratia devinciendos eſſe.* Eadẽq; de cauſſâ legimus lib. eiuſdẽ Livij XXII: de Italiæ populis *Nullus terror cùm omnia bello arderent, fide ſocios demovit, videlicet, quia iuſto moderatoq; imperio regebantur.* Vt ergo etiam tales perpetuò maneant quos viciſti; præſcribendæ iis initio conditiones commodæ: ſed nec minus obſervandæ. Iucundum quidem legere, ſiue illud de Thraſybulo Valerij Maximi libro IV. cap. I: *Inſignem deinde reſtitutione libertatis victoriã, clariorem aliquantò moderationis laude fecit. Plebis ſcitum enim interpoſuit, ne qua præteritarum rerum mentio fieret. hæc oblivio, commiſſum & labentẽ civitatis ſtatum in priſtinum habitum revocauit.* Siue iſtud Iuſtini lib. XV: *In quo prælio maior Ptolomai moderationis gloria, quàm ipſius victoria fuit. Siquidem & amicos Demetrij non ſolùm cum ſuis rebus, verùm etiam addiditis inſuper muneribus dimiſit; & ipſius Demetrij privatum omne inſtrumẽtum ac familiam reddidit: adjecto honore verborum, non ſe propter prædam ſed propter dignitatem iniſſe bellum.* Dulce etiam auditu quod adfirmat Aſdrubal Livij libro XXX: *Populũ Romanum eo invictum eſſe, quod in ſecundis rebus ſapere, & conſulere meminerit. Et hercule mirandum fuiſſe, ſi a-*

Digitized by Google

liter facerent. Ex inſolentiâ, quibus nova bona fortuna ſit, impotentes lætitiæ inſanire; populo Rom. vſitata ac propè jam obſoleta ex victoriâ gaudia eſſe; ac plus penè parcendo victis, quàm vincendo imperium auxiſſe. Legimuſque ſummo animi fauentiâ de Acilio Conſ. Livij lib. XXXVI: *Et cetera vrbes in Eubœâ ſine certâmine traditæ. paucosq́; per dies omnibus perpacatis ſine vllius noxâ vrbis, exercitus Thermopylas reductus: multò modeſtiâ poſt victoriam quam ipsâ victoriâ laudabilior.* Applaudimus verò etiam manibus Theodoſio, vbi audimus ei dici à Latinio Pacato: *Clementia, Imperator, tua quo cœlo, quo pigmento, quo ære aurove ducetur, qua tu ipſius victoriæ victor ita omnem cum armis iram depoſuiſti, vt ceciderit nemo poſt bellum, certe nemo poſt Maximum? Paucis Maurorum hoſtium, quos ſecum velut agmen Infernum moriturus incluſerat, & duobus aut tribus, furioſi gladiatoris laniſtis in belli piaculum caſis, reliquos omnes venia complexa, velut quodā materno ſinu clauſit. Nullius bona publicata, nullius mulctata libertas, nullius præterita dignitas imminuta. nemo aſſectus notâ, nemo convitio, aut deniq́; caſtigatione perſtrictus, culpam capitis, aurium ſaltem moleſtiâ, luit. cuncti domibus ſuis, cuncti coniugibus ac liberis; cuncti deniq́;, quod eſt dulcius, innocentiæ reſtituti ſunt. Vide Imperator, quid hac clementiâ conſecutus ſis: Feciſti vt nemo ſibi victus te victore videatur.* Sed tamen eadem hæc tū demum culmen aſſequuntur laudum, ſi & longo poſt tempore maneat adhuc in ore deuictorum carmen Ovidianum:

——ſæpe vtile vinci
Victoris placidi fecit clementia multis. lib. VIII. Metamorph:

Aſſeveretque fama communis idem quòd de Græciâ poſt euerſam Corinthum; Zonaræ tomo II: Καὶ ἡ μὲν Κόρινθος οὕτως ἀνάστατος γέγονε, τὸ δ᾽ ἄλλο Ἑλληνικὸν παραχρῆμα μὲν καὶ σφαγαῖς καὶ χρημάτων ἐκλογαῖς ἐκακώθη· ἔπειτα ἔντε ἀδείᾳ καὶ εὐδαιμονίᾳ τοσαύτῃ ἐγένετο, ὥστε λέγειν, ὅτι εἰ μὴ θᾶττον ἑαλώκεισαν οὐκ ἂν ἐσέσωντο: *Corintho ſic everſâ, Græcia initio ſtatim & cædibus & pecuniarum exactionibus eſt vexata. deinde tantam libertatem & felicitatem adepta, vt dicerent, ni maturè capti eſſent, ſe incolumes eſſe non potuiſſe.* Id autem continget, ſi permittantur vivere, aut legibus ſuis, aut tuis. quanquam malim ſuis. ita enim non videbuntur mutaſſe conditionem, ſed perſonam tantùm; quod in minimis poni ſolet. Veriſſimâ enim ſententiâ Tacitus lib. I. Hiſt: *Vt in familiis, privata cuiq́; ſtimulatio, & vile jam decus publicum.* Nec ſecus Annibal Livij lib. XXX. *Tantum ex malis publicis ſentimus quantum ad privatas res pertinet; nec in eis quidquam acrius quàm pecuniæ damnum ſtimulat.* Imò infinitos inuenias, in quos quadret Ciceronis illud lib. I. Epiſt. XV. ad Atticum: *Ceteros iam noſti, qui ita ſtulti ſunt; vt, amiſſâ Rep. piſcinas ſuas fore ſalvas ſperare videantur.*

antur. Reſpexere huc reges illi duceſq; celebrati Themiſtio Oratione IX: Οὕτω δὲ Ἀλέξανδρος, Μέμνονα τὸν Δαρείῳ συστρατηγήσαντα ἀποκτιννύειν τινῶν κελευόντων, ἐπειδὰν ὡς τάχιστα κύριος γένηται, μηδαμῶς, ἔφη, ἀλλὰ ποιήσωμεν ἀντὶ φιλοδαρείου τὸν ἄνθρωπον φιλαλέξανδρον. καὶ οὕτω τὴν εἰς ἐκεῖνα σπουδὴν εἰς ἡμᾶς μεταθήσεται. ταυτὸ δὲ τοῦτο καὶ ὁ Βοιώτιος στρατηγὸς, ἐπειδὴ Θηβαῖοι τῶν πόλεων ἐξελαύνειν ἐπεχείρουν τοὺς Λακωνίζοντας, ἀλλ᾽ οὐδεὶς, ἔφασκεν, ὦ Θηβαῖοι, τίκτεται φύσει φιλοθήβαιος, ἢ φιλολακεδαιμόνιος, ἀλλ᾽ ἕκαστος ἑαυτῷ ἁπανταχόθεν τὸ συμφέρον ἐπιζητῶν, παρ᾽ ὧν ἂν τὰ χρηστότερα προσδοκήσῃ, τούτοις ἑαυτὸν προσνέμει: *Sic Alexander ſuadentibus nonnullis, vt Memnonem, quo Dareium aduerſus Alexandrum auxiliis juverat, occideret, quò citra vllius mortalium metum omnium dominus eò citius evaderet. Nequaquam, inquit, ſed faciemus illum è Dareij amico, amicum Alexandri: & ita amorem, quo Dareium prius proſecutus eſt, in nos transferet. Illud idem & Bœotiorum dux, cum Thebani ſuis ex vrbibus eos qui Lacedæmoniorum partibus favebant, expellere aggrederentur: At nemo, ait, ô Thebani, Thebanorum amicus natura gignitur, neque etiam Lacedæmoniorum: ſed vnusquisque vndecumque commodum augere ſuum poteſt, quærit, ita, vt à quibus amplius quid emolumenti ſperet, iis ſe lubentius adiungat.* Sic Euphrades noſter; cuius iudicio ſubſcribît Procopius lib. II. Vandalic: *Naturâ neq; amici neque inimici inter ſe homines exiſtunt. actiones eius cuiuslibet aut morum ſimilitudine in concordiam & ſocietatem mortales coniungunt: aut moribus diſcrepantes in inimicitiam deducunt*. Et inventos fuiſſe qui ſuperatos ſuis reliquerint legibus, etſi liquet ſuperioribus aliquot ſcriptorum exemplis, amplius tamen teſtatur præter Polybiū & Curtius & Liuius. Primus quidem de Macedone refert: Ἀντίγονος ἐκ παρατάξεως νικήσας μάχῃ Κλεομένην, φυγαδεύσας τὸν βασιλέα, τῶν Λακεδαιμονίων ἐγκρατὴς ἐγένετο καὶ τῆς Σπάρτης. αὐτός τε ὢν κύριος ὅ βούλοιτο χρῆσθαι καὶ τῇ πόλει καὶ τοῖς ἐμπολιτευομένοις, τοσοῦτον ἀπεῖχε τοῦ κακῶς ποιεῖν τοὺς γεγονότας ὑποχειρίους, ὡς ἐκ τῶν ἐναντίων ἀποδοὺς τὸ πάτριον πολίτευμα, καὶ τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τῶν μεγίστων ἀγαθῶν αἴτιος γενόμενος, καὶ κοινῇ καὶ κατ᾽ ἰδίαν Λακεδαιμονίοις, οὕτως εἰς τὴν οἰκίαν ἀπαλλάγη· τοιγαροῦν οὐ μόνον ἐκρίθη παρ᾽ αὐτὸν τὸν καιρὸν εὐεργέτης, ἀλλὰ καὶ μεταλλάξας σωτήρ. οὐδὲ παρὰ μόνοις Λακεδαιμονίοις, ἀλλὰ παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν, ἀθανάτου τέτευχε τιμῆς καὶ δόξης ἐπὶ τοῖς προειρημένοις: *Antigonus cùm bello Cleomenem Lacedæmoniorum regem fugaſſet, Spartæ dominium conſecutus, tantum abſuit vt quicquam ſævius in populum committeret; vt non moderatus ſolùm, verùm etiam mitis adverſus hoſtes fuerit; reſtitutâque Lacedæmoniis patriâ libertate ac multis beneficiis & publicè & privatim impenſis, domum redierit. Ex quo non ſolùm in præſens tempus beneficus; verùm etiam poſt mortem Salvator appellatus eſt: nec apud Lacedæmonios tantùm, ſed apud omnes nationes immortalem laudem ac gloriam conſecu-*

Digitized by Google

tus: Aſſerit verò Curtius lib.IV.de Alexandro: *A Memphi ad interiora Aegypti penetrat; compoſitisq́ rebus, ita vt nihil ex patrio Aegyptiorum more mutaret, adire Iouis Hammonis oraculum ſtatuit.* Narrat prætereà Livius de Romanis ac Phocæenſibus lib. XXXVII: *Praconibus per vrbem miſſis liberos omnes in forum ad ſe conuenire iubet, ne violarentur; & in omnibus qua ipſius poteſtatis fuerunt, fides conſtitit Pratoris. vrbem agroſq; & ſuas leges iis reſtituit, & quia, &c.* Refert quoque idem, de Macedonibus decretum Senatus Romani tale, libro XLV: *Omnium primum liberos eſſe placebat Macedonas atque Illyrios, vt omnibus gentibus appareret, arma populi Rom. non liberis ſervitutem, ſed contra ſervientibus libertatem adferre, & vt in libertate gentes qua eſſent, tutam eam ſibi perpetuamque ſub tutela P. R. eſſe, &c.* Simile etiam vſurpaſſe Romanos circa Achæos, narratum pluribus his illiſque hiſtoricis, breviter autem Floro libro II. cap. VII: *Gracia verò veterem ſtatum reddidit, ut legibus viveret ſuis & avitâ libertate frueretur. Qua gaudia, qua vociferationes fuerunt, cum hoc fortè Nemea in theatro quinquennalibus ludis à pracone caneretur &c.* Luculenter quoque lib. v. Hiſt Græc. Xenophon: ὁ μέν τοι Τιμόθεος περιπλεύσας, Κέρκυραν μὲν εὐθὺς ὑφ' ἑαυτῷ ἐποιήσατο· οὐ μέν τοι ἠνδραποδίσατο, οὐδὲ ἄνδρας ἐφυγάδευσεν, οὐδὲ νόμους μετέστησεν. ἐξ ὧν τὰς περὶ ἐκεῖνα πόλεις ἁπάσας εὐμενεστέρας ἔσχεν: *Timotheus quidem circumvectus, ſtatim Corcyram occupavit: neque tamen eam in ſervitutem redegit, neq; quenquam multavit exſilio; ac ne leges quidem immutavit. Quo factum, ut civitatum iis locis finitimarum omnium maiora eſſent erga Timotheum ſtudia.* Accommodatè igitur Eunones Imp. Claudio, Taciti lib. XII. Annal: *Bellorum egregiorum fines, quoties ignoſcendo tranſigatur. Sic Zorſini victo nihil detractum &c.* Inde & poſtulatum Thracum, Taciti Annal. lib. IV: *Antequam arma inciperent, misère legatos, amicitiam obſequiumque memoraturos: & manſura hac, ſi nullo novo onere tentarentur &c.* Præſtitiſſe autem iſtud Corbulonem, teſtatur idem Cornelius lib. XIV. Annal: *Nec multò poſt legati Tigrano certâ miſſi; patere mœnia afferunt: intentos populares ad iuſſa. Accepitq́ cum honore. nec quicquã urbi detractum, quò promptius obſequium integri retinerent.* Quin imò, ſi paulò es ambitioſior, fac laxius ſub te agant quàm prius, cum aut ſui iuris eſſent, aut Principis alterius. ſic enim & ipſi ambitioſè pugnabunt ne vnquã Imperio tuo excidant. Bonitatis huius exemplum ſuggerit Livius lib. XLV; ubi agit de Macedonibus in provinciam redigendis: *Vectigal exercentibus, dimidium eius impoſitum quod pependiſſent regi.* Sed & extat Taciti lib. II. Annal: *At Cappadoces in formam provincia redacti Q. Veranium legatum accepère: & quadam ex regiis tributis deminuta, quò mitius Romanum imperium ſperaretur.* Non abhorruiſſe ab animo tali Philippum regem, innuit apophthegma

eius

Digitized by Google

eius apud Plutarchum : Ἐπεὶ δὲ νικήσαντι τοὺς Ἕλληνας αὐτῷ συνεβούλευον ἔνιοι φρουραῖς τὰς πόλεις κατέχειν, ἔφη μᾶλλον πολὺν χρόνον ἐθέλειν χρηστὸς ἢ δεσπότης ὀλίγον καλεῖσθαι : *Poſtquam Græcos devicit, non defuerunt qui ei ſuaderent ut urbibus præſidia imponeret. reſpondit autem, malle ſe diu benignum, quàm exiguo tempore dominum perhiberi.* Egregius etiam hac in re Mithridates Trogi, apud Iuſtinum lib. XXXVIII : *Aquilio & Maltino ſimul cum Nicomede pulſis, ingenti favore civitatum excipitur. multum ibi auri argentique ſtudio veterum regum, magnumque belli apparatum invenit. quibus inſtructus, debita civitatibus publica privataque remittit, & vacationem quinquennii concedit &c.* At quid ſi theſauri iã antè exhauſti? Nihilominus exerce huiuſmodi largitatem: & brevi implebuntur. Et ut fortè nonnihil damni capias, quid tum? Sanè ſi, *Pecuniam in loco negligere maximum interdum eſt lucrum*, heîc non maximũ modò eſt, ſed & perpetuum. Rationem ingerit tibi Micipſa Salluſtianus: *Non exercitus neque theſauri præſidia regni ſunt, verùm amici quos neque armis cogere, neque auro parare queas: officio & fide parantur.* Et quid ſi illi ipſi amici, *Theſauri*? pro talibus profectò habuit Alexander Magnus. Nec ſine cauſsâ. Vt enim placet Theoni in Chriis: ὁπόσους γὰρ ἄν τις ᾖ κεκτημένος ἑταίρους, τοσούτοις μὲν ὀφθαλμοῖς ἃ βούλεται ὁρᾷ· τοσαύταις δὲ ἀκοαῖς ἃ δεῖ ἀκούει, τοσαύταις δὲ διανοίαις διανοεῖται περὶ τῶν συμφερόντων. διαφέρει γὰρ οὐδὲν, ἢ εἴ τῳ Θεὸς ἓν σῶμα ἔχοντι, πολλὰς ψυχὰς ἔδωκεν, ἁπάσας ὑπὲρ ἐκείνου προνοουμένας: *Quos amicos pararis, tot oculos habes, quibus quæ velis videas: tot aures, quibus quæ decet, audias: tot conſilia, quibus de iis quæ conducunt, conſultare & proſpicere poſsis. Non enim aliter ſe habet plurium amicitia, quàm ſi cui Deus unũ corpus habenti multas daret animas, quæ omnes illi providerent & conſulerent.* Sed & eximiè benè idẽ Theõ in Paradigmat. Καὶ μὴν εἰκότως ἂν μᾶλλον οἱ φίλοι θησαυροὶ προσαγορευθεῖεν, ἢ ταῦτα, ἃ νῦν κέκληται. τί γὰρ τοσοῦτον παρὰ τῶν χρημάτων, ὅσον τὸ παρὰ τούτων, παρετάξατο χρήματα πολεμοῦσι καὶ παρεκινδύνευσεν; οὐκ ἔστιν. ἀλλ' εἰσηγήσατο γνώμην; ἀλλὰ κατεμήνυσεν ἔνεδραν; ἀλλ' ἔλυσε στάσιν, ἀλλὰ φρονιμώτερον ἐποίησεν; οὐδαμῶς. καὶ μὴν πάντα γε ταῦτα, καὶ ἔτι πλείω τούτων παρὰ τῶν ἐπιτηδείων, καὶ πρός γε αὐτὰ τὰ χρήματα, καὶ παρ' αὐτῶν γένοιτ' ἄν. εἶτ' τοίνυν οἱ μὲν ἄριστοι τῶν φίλων, οὐδεπώποτε χείρους τοὺς χρωμένους ἐποίησαν: τὸν δὲ πλοῦτον ἀκούομεν πολλάκις εἰς κακίαν συντελεῖν: *Ac multò quidem rectius amici vocari debeant Theſauri, quàm ea quæ nunc ſic nominantur. Quid enim ab his tantum, quantum ab amicis? Vtrum pecunia in aciem proceſſit, & una cum belligerantibus adiit pericula? Minimè. At autor fuit ſententiæ? Index inſidiarum, ſedatrix ſeditionis? At reddidit meliorem? Nequaquam. Atqui hæc omnia, hisque etiam plura à neceſſariis, nec non pecunia quoque ipſa conferri ſolet. Præterea amici optimi nũquam eos qui uterentur ipſis, reddidere deteriores. At divitias ſcimus ſæpe in malum*

malum exire. Nimirum hoc ipſo adſequitur Princeps, quod Vranius quidam à ſervo ſuo; ad quem ſic Libanius in Epiſtolis: *Quæſivi ex ſervo tuo, cur præter eius generis hominum conſuetudinem tanta fide res tuas curaret. Is verò grauiter ſapientiſſimeque reſpondit, ſe novum quoddam fidiſſimæ ſervitutis genus excogitare oportuiſſe: quoniam herum habebat nomine, re fratrem; cum quo eundem cibum caperet, vinum idem biberet; à quo non modò vapularet, ſed ne malum quiddam vnquam audiret.* Adſequitur omne illud quod Dionyſio oggerit idem Libanius in Epiſtolis: *Quem credis plus lucri feciſſe? túne qui dederis, an ego qui munus acceperim? Certè acceſſione maximi muneris tui, non modò ad fortunas meas additum eſt aliquid, ſed plurimum eis potius ademptum eſt: imò omnes alieno, hoc eſt, tuo arbitrio ſe ſubmiſere. Quid enim proprium habere poſſit, quẽ munificentiâ tuâ ſervum tibi feceris? Nam ipſum ingenium, ipſam cogitationem, ipſam memoriam, ipſam vocem meam olim atque liberã, tu tibi duntaxat vẽdicas. Lucri ergo plus feciſti dando quàm ego accipiendo: quippe ad quem datum munus redit cum poteſtate & imperio fortunarum meiq; adeò ipſius.* Nõ ignorabat iſtud Symmachus, cuius verbum eſt lib. X. Epiſt. LIV: *Amari, coli, diligi; majus imperio eſt.* Nec aliorſum velificant illa ejuſdẽ lib. VII. Epiſt. XLVI: *Suſcipe oro benefaciendi provinciam, quæ hominum merita Deo applicat, clarioresq; fructus ex huius commodo cape. Mihi enim videntur beneficia plus conferre praſtanti.* Quod etiam ſenſiſſe videtur Alexander Magnus, vbi loquitur de gentibus à ſe victis, libro VIII. Curtij: *Itaque militant vobis Macedonibus, cùm pro imperio veſtro ſanguinem fundunt; qui ſuperbè habiti, rebellaſſent*: Iterum lib. IX: *Cum per Helleſpontum navigaremus, de paucitate noſtrâ cogitandum fuit. Nunc nos Scythæ ſequuntur, Bactriana auxilia ſunt praſto, Dahæ Sogdianique inter nos militant.* Eodemq; adhuc libro: *Scythæ Bactrianiq; erunt mecum, hoſtes paulò antè, nunc milites noſtri.* Deque iiſdem aliiſque ad eoſdem lib. X: *Cùm fortes viri ſitis; non fortitudinem magis quam fidem colitis. Hoc ego nunc primùm profiteor; ſed olim ſcio. itaque & delectum è vobis iuniorum habui, & vos meorum militum corpori immiſcui, &c.* Quibus lepidè reſpõdent hęc eiuſdem Curtij lib. v: *Hic Abulites cum donis regalis opulentiæ occurrit; dromades, cameli inter dona erant, velocitatis eximiæ, xij elephanti à Dariò ex Indiâ acciti; non iam terror, vt ſperauerant, Macedonum ſed auxilium; opes victi ad victorem transferente fortunâ.* Audiſne? Omnia hoſtis tua ſunt: & tantò quidem magis, ſi eius porrò eſſe pateris. Scin quomodo? Diſce à Nino Iuſtini lib. I: *Domitis igitur proximis; cùm acceſſione virium fortior ad alios tranſiret, & proxima quæque victoria inſtrumentum ſequentis eſſet, totius Orientis populos ſubegit.* Diſce ab Annibale Flori lib. II. cap. VI: *Hæc in diuerſa*

terra

terrarum populus Rom: nec ideo tamen Italiæ viſceribus inhærentem ſummo vere poterat Annibalem. pleraque ad hoſtem defecerant: & dux acerrimus, contra Romanos Italicis quoque viribus vtebatur. Diſce à Theodoſio; quem ſic alloquitur Latinius: *Quâ tuâ benignitate pellecta omnes Scythicæ nationes tantis examinibus confluebant, vt quem remiſeras tuis, Barbaris videreris imperaſſe delectum. O res digna memoratu! Ibat ſub ducibus vexilliſque Romanis hoſtis aliquando Romanus, & ſigna contra quæ ſteterat ſequebatur, vrbeſque Pannoniæ quas inimica dudum populatione vacuaverat miles implebat. Gotthus ille, & Hunnus, & Alanus reſpondebat ad nomen, & alternabat excubias, & notari infrequens ferebat. Nullus tumultus, nulla confuſio, nulla direptio, vt à Barbaro, erat. Quin ſi quando difficilior frumentaria res fuiſſet, inopiam patienter ferebat, & quam numero arctarat annonam, cõparcendo laxabat, pro omni præmio omnique mercede id vnum repoſcens, vt tuus diceretur. Quanta eſt virtutis ambitio! Accipiebas beneficiũ q; imputares.* Nimirum tunc abſurda planè videbitur tuis exercitibus oratio ea quâ vſus ad Britannos Galgacus, Taciti Agricolâ: *Noſtris illi diſceſſionibus ac diſcordiis clari, vitia hoſtium in gloriam exercitus ſui vertunt: quem contractum ex diverſiſſimis gentibus; vt ſecundæ res tenent, ita adverſæ diſſolvent. niſi ſi Gallos & Germanos, &, pudet dictu, Britannorum pleroſq; dominationi alienæ ſanguinem commodantes, diutius tamen hoſtes quàm ſervos, fide & affectu teneri putatis. metus & terror eſt, infirma vincula charitatis. quæ vbi removeris: qui timere deſierunt, odiſſe incipient.* Quin erit eis magis in ore & animis: agnoſcere ſe, veriſſime dictum P. Syro:

Submittit ſe, quæ ſe erigit, felicitas.

Mœrens Burrhus & laudans. Lib. xv. Annal.

QVAM magis immergor lectionibus hiſtoriarum, tam magis experior, non Philoſophis ſolùm, ſed & Regibus dictum eſſe à Senecâ libro de Iniuriis cap. XIX: *Et honores & iniuriæ vulgi, in promiſcuo habendi ſunt. nec his dolẽdum: nec illis gaudendum.* Quia vtraque profectò ſemper falſa; certè nunquam omnimodè vera ſunt. Rationem expedit nobis Greg. Nazianzenus, Apologetico Quare in Pontum fugerit: Οὐδὲν οὕτως ἡδὺ ἀνθρώποις, ὡς τὸ λαλεῖν τὰ ἀλλότρια: καὶ μάλιστα ἐὰν τύχωσιν ὑπ' εὐνοίας τινὸς ἢ μίσους ἑλκόμενοι, ὑφ' ὧν καὶ φιλεῖ κλέπτεσθαι ὡς τὰ πολλὰ ἡ ἀλήθεια: *Nihil hominibus adeò ſuave ac iucundum eſt, vt de rebus alienis ſermonem habere: idque præſertim, ſi vel benevolentia quadam vel odio trahantur; à quibus veritas plerumq; ſurripi ſolet.* Quocirca ridiculè admodum iactat ſe Atreus his vocibus, apud Tragœdiographum Thyeſte:

—maximum hoc regni bonum;

Google

—— qui fauoris gloriam veri petit,
Animo magis quàm voce laudari volet.

Nec aliud poſtulant diſticha Theognidis, verſ.87:

Μή μ᾽ ἔπεσιν μὲν στέργε, νόον δ᾽ ἔχε, καὶ φρένας ἄλλῃ,
Εἴ με φιλεῖς, καί σοι πιστὸς ἔνεστι νόος.
Ἤ με φίλει, καθαρὸν θέμενος νόον, ἤ μ᾽ ἀποειπὼν
Ἔχθαιρ᾽, ἀμφαδίην νεῖκος ἀειράμενος.

Ne me verbis quidem cole: mentem autem habe & præcordia alibi,
Si me amas, & tibi fidelis ineſt mens,
Aut me ama, puram afferens mentem: aut me refugiens,
Odio proſequere, manifeſtè contentionem ſuſcipiens.

Itaque iniuriè indignatur Claudianus viuentibus ſub Eutropio, verſ.135:

——— non ſaltem tacitâ formidine muſſant?
Non damnant animo? plaudentem cerne Senatum
Et Byzantinos proceres, Graiòſque Quirites, &c.

Nam iidem illi, non ſine ſummâ animi curâ, planè

——— abſcondunt gemitus & pectora latâ
Fronte tegunt ———

vt (iuxta Lucan. lib.IX. verſu penult.) Romæ faciebant principes, Pompeio victo ad Pharſaliam. Quid ni? ſcilicet

——— Deiecerat omnes
Occultis odiis terror, tacitiq́ʒ ſepultos
Suſpirant gemitus, indignariq́ʒ verentur.

Veluti dextrè canit lib. I. in Rufinū verſu 256. idem Claudianus. Quippe fortaſſis, vt pergam vſurpare eiuſdem carmina è lib. de bel. Gild. verſ.175:

——— Si quiſquam vultu præſentia damnet
Liberiusve gemat; dapibus crudelis in ipſis
Emicat ad nutum ſtricto mucrone ſatelles.

Ita enim alibi factum, & quidē ſæpiùs, innuit Pacatus laudatione Theodoſij: *Interim miſeri vetabamur agere miſeros, immo omnes cogebamur mentiri beatos, & cum domi atque ſecretò ſolis coniugibus ac liberis credidiſſemus furtiuum dolorem, procedebamus in publicum non noſtra fortuna vultu. audires enim dicere delatorem, Quid ita ille triſtis incedit? An quia pauper ex diuite eſt? Non enim ſe viuere gratulatur? Quid ita publicum atratus inceſtat? Luget (credo) fratrem. Sed habet filiū. Ita flere non licebat amiſſa metu reliquorum. Serenos ergo nubilis mentibus vultus induebamus; & ad illorum vicem qui deguſtato Sardorum graminum ſucco feruntur in morte ridere, imitabamur læta mærentes.* Notaque alioquin querela Ciceronis lib.IV. Epiſt. famil. IV. ad Ser. Sulpitium: *Atque hoc ipſo melior eſt tua quàm no-*

Digitized by Google

ſtra conditio; quod tu, quid doleas, ſcribere audes. nos ne id quidem tutò poſſumus. Signatque in eodem albo nomen ſuum ille de quo Cæſar lib. I. Gall: *Diuitiacus Heduus reſpondit, hoc eſſe miſeriorem, & grauiorem fortunam Sequanorum, quàm reliquorum; quod ſoli ne in occulto quidem, queri, nec auxilium implorare auderent, abſentiſque Arioviſti crudelitatem, velut ſi coram adeſſet, horrerent.* Pulchrè igitur Latinius eidẽ Theodoſio: *Quin & illud me impulit ad dicendum; quod vt dicerem, nullus adigebat. non enim iam coacta laudatio, & expreſſa metu voces periculum ſilentij redimunt. Fuerit, abieritq́; triſtis illa facundiæ ancillantis neceſſitas; cùm trucem dominũ auras omnes plauſuum publicorũ ventoſâ popularitate captantem, mendax aſſentatio titillabat: cùm gratias agebant dolentes; & tyrannum non prædicaſſe, tyrannidis accuſatio vocabatur.* Lepidè Phædrus lib.v. Fabulâ LXXXII:

Demetrius qui dictus eſt Phalereus
Athenas occupauit imperio improbo.
Vt mos eſt vulgi, paſſim & certatim ruit:.
Feliciter, ſubclamant ipſi Principes;
Illam oſculantur quâ ſunt oppreſſi manum:
Tacitè gementes triſtis fortunæ vicem.

Grauiter verò Tacitus ſub extremum lib.xv.Annal: *At in Senatu cunctis, vt cuique plurimum mæroris, in adulationem demiſſis &c.* Rurſus lib. XIV. de Nerone publicè citharã cantante: *Acceſſerat cohors militum, centuriones tribunique; & mærens Burrhus ac laudans.* At cenſoriè admodũ fine eiuſdẽ libri memoratur: *Quoties fugas & cædes iuſſit Princeps, toties gratias actas; quæq́; rerum ſecundarum olim, tum publicæ cladis inſignia fuiſſe.* E quibus elucet quid velit his Annalium XV: *Sed compleri interim vrbs funeribus, Capitolium victimis. alius filio, fratre alius aut propinquo aut amico interfectis; agere grates Deis, ornare lauru domũ, genua ipſius aduolui, & dextram oſculis fatigare.* Eadem ferè meminit de Caligulâ Seneca lib. de Tranquill. cap. XIV: *Agebant enim gratias & quorum liberi occiſi, & quorum bona ablata erant.* Similia priùs item vſitata ſub Triumuiris, prodidit Dio lib. XLVII: Καὶ τέλος, ὡς τό, τε πεπλασμένον αὐτῶν πᾶν αἱ συμφοραὶ ἐξενίκων, καὶ οὐδεὶς οὐδὲ τῶν πάνυ ἀνδρειοτάτων ἀντικαρτερεῖν πρὸς αὐτὰς ἐδύνατο, ἀλλ' ἔν τε τοῖς ἄλλοις πᾶσι καὶ ἔργοις καὶ λόγοις ἐσκυθρώπαζον, καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ ἔτους οὐχ ἤμελλον (ὥσπερ εἰώθασιν) ἑορτάσειν, ἐκελεύσθησαν διὰ προγραφῆς, εὐθυμεῖσθαι, θάνατον ὀφλήσοντες ἂν μὴ πειθαρχήσωσιν· οὕτω που ὡς καὶ ἐπ' ἀγαθοῖς τοῖς κοινοῖς κακοῖς χαίρειν ἠναγκάζοντο. ἔτι τοῦτο εἶπον, ὁπότε καὶ ἐκείνοις (τοῖς τρισὶν ἀνδράσι λέγω) ἄλλα τε ὡς εὐεργέταις καὶ σωτῆρσι τῆς πόλεως γεγονόσι, καὶ τοὺς στεφάνους τοὺς πολιτικοὺς ἐψηφίσαντο; *Denique quum iam calamitatibus omnis ſimulatio eſſet victa, ac ne fortiſſimi quidem iam iis reſiſtere poſſent, ſed mæſtitiam in omnibus*

Digitized by Google

bus ſermonibus actionibuſq́ præferrent; initio anni, quum eſſet feſtum de more celebrandum, edictum eſt ut læto eſſent omnes animo: quiq; id non feciſſet, ei mors ſupplicium eſt conſtitutum: itaq́ hi coacti ſunt communibus malis, quaſi rebus in lætis, gaudere. Quamquam quid hoc referre oportuit? quum triũviris iſtis alios honores decreverint, qui benefactoribus vrbis tribui ſolebant & coronas etiam ciuicas. Hinc non inſulsè Arrianus, in Epictetum lib. I. cap. XIX. tyranno minanti: Ἀλλὰ δύναμαί σε τραχηλοκοπῆσαι. καλῶς λέγεις. ἐξελαθόμην ὅτι σε δεῖ θεραπεύειν, καὶ ὡς πυρετὸν καὶ ὡς χολέραν· καὶ βωμὸν στῆσαι, ὡς ἐν Ῥώμῃ πυρετοῦ βωμός ἐστι: *At collum tibi præcidere poſſum. Recte dicis, oblitus eram te colendum eſſe; & ita quidem colendum, vt febrem, vt choleram: & aram tibi exſtruendam, vt Romæ Febris ara eſt.* Ergo ſic eſt: quamuis haud adſit omnibus ea rectitudo ceruicis quæ Virgiliano iuueni referenti;

Dicam equidem, licet arma mihi, mortemq́ minetur:

nec ſciſcitentur plerique Creontem aliquem verbis Antigonæ Sophocleæ verſu 497.

Θέλεις τι μεῖζον, ἢ καταχτεῖναι μ' ἑλών;
Τί δῆτα μέλλεις; ὡς ἐμοὶ τῶν σῶν λόγων
Ἀρεστὸν οὐδὲν, μηδ' ἀρεσθείη ποτέ:
Vis ne quid amplius quàm me captam occidere?
Quid igitur cunctaris? cùm nec mihi tui ſermones
Placeant, nec placituri ſint.

Manet tamen perpetuò ſcitum Drancis;

——*Cuncti ſe ſcire fatentur*
Quid fortuna ferat populi; ſed dicere muſſant.
Det libertatem fandi, &c.

Quod ita quoque expreſſum Sophocli ſupradictâ tragædiâ. Obiiciente enim Creonte Antigonę, verſu 508:

Σὺ τοῦτο μούνη τῶνδε Καδμείων ὁρᾷς;
Hoc tu ſola civium vides?

reſpondet ex vero, cordatiſſima virago:

Ὁρῶσι χ' οὗτοι: σοὶ δ' ὑπίλλουσι στόμα·
Vident & iſti; ſed tibi os continent.

Quibus ſimilia protulit Cointus Calaber, vbi agit de reſtituendâ Helenâ lib. II. Paralip:

Ὣς φάτο Πουλυδάμαντος εὐσθενος: ἀμφὶ δὲ Τρῶες
Ἤνεον εἰσορόωντες ἐνὶ φρεσὶν· οὐδ' ἀναφανδὸν
Μῦθον ἔφαν· πάντες γὰρ ἑὸν τρομέοντες ἄνακτα
Ἅζοντ', ἠδ' Ἑλένην, κείνης ἕνεκ' ὀλλύμενοί περ.

Digitized by Google

Sic Polydamas virtute præſtans monebat. Troes
Intra animos (quidem) approbabant audita; ſed non apertè
Sententiam dicebant: Omnes enim cum trepidatione principem ſuũ
Reuerebantur & Helenam, quamuis illius causâ pereuntes.

Ergo vni ſilent; cæteris omnibus, maximè clamant etiam cùm maximè ſilent. Præclarè enim Ioh. Chryſoſtomus in Matthæum Homilia XV: Οἱ φανερῶς κολακεύοντες τοὺς ἐν πονηρίᾳ ζῶντας, κατὰ νοῦν διαβάλλουσι: *Homines qui vitioſos quoſque palam quidem adulatorio ſermone demulcent; eoſdem in ſecreto mentis accuſant*. Vnde Philo legatione ad Caium, de Caligulâ: Καὶ τὸ πρᾶγμα ἤδη περιβόητον ταῖς ἐπαλλήλοις τῶν πρώτων ἀνδρῶν φόνοις ἐγεγόνει, ὡς διὰ παντὸς στόματος δυσκάθαρτα ἄγη συνηχεῖσθαι, φανερῶς μὲν οὐ διὰ δέος, ἠρεμαιοτέρα δὲ τῇ φωνῇ: *Atq; ita magnatum alia ſuper aliam cædes vulgabatur rumoribus; ſceleratis facinoribus nemine non obloquente; nec tamen apertè præ metu, ſed ſuſurris clancularis*. Nec aliunde Tacitus lib. III. Annal: *Iis haud aliàs intentior populus, plus ſibi in Principem occultæ vocis, aut ſuſpicacis ſilentij, permiſit*. Quibus reſpondent iſta Caſſij lib. LXI: Νέρωνα δὲ μετὰ τὸν τῆς μητρὸς φόνον ἐσιόντα ἐς τὴν Ῥώμην δημοσίᾳ μὲν ἐθεράπευον, ἰδίᾳ δὲ ἐν ᾧ γε καὶ παρρησιάσασθαί τινες ἀσφαλῶς ἐδύναντο, καὶ μάλα αὐτὸν ἐσπάραττον: *Neronem in vrbem venientem, matre interfectâ, omnes publicè colebant: priuatim autem quoties tutò & liberè loqui poterant, carpebant & vellicabant.* Acceduntq; omnes ad vnum, aut Romanis illis ſub ſucceſſore Auguſti: *Laudante filium pro roſtris Tiberio; Senatus populuſque habitum ac voces dolentum imitatione magis quàm libens induebat; domumque Germanici reuiuiſcere occulti lætabantur*; inquit Tacitus IV. Annal. Aut etiam Macedonibus Curtij lib. VIII: *Pudebat amicos, ſuper vinum & epulas ſocerum ex deditis eſſe electum. Sed poſt Cliti cædem libertate ſublatâ, vultu, qui maximè ſeruit, aſſentiebantur*. Imitantur, inquam nurus Thebanas proſequentes Adraſti legatum; Papiniani lib. II. Thebaid. verſu. 481:

———attonitæ tectorum è culmine ſummo
Proſpectant matres: ſævoque infanda precantur
Oenidæ; tacitoq; ſimul ſub pectore, Regi.

In ſummâ; quiſque tunc repræſentant Caliſtô Naſonianam. Vt enim ipſa lib. II. Metamorph. verſ 488:

——— gemitu teſtata dolores
Qualeſcumque manus ad cælum & ſidera tollit;
Ingratumq; Iovem, nequeat cùm dicere, ſentit.

Moratè D. Chryſoſtomus, Homiliâ XLIX. in Matthæum: Μὴ ἴδῃς αὐτὸν ἔξωθεν γελῶντα, ἀλλὰ τὸ συνειδὸς ἐξέταζε, καὶ τότε ὄψει μυριάκις αὐτὸν ἑαυτῷ καταρώμενον καὶ στένοντα καὶ ὀδυρόμενον. εἰ δὲ οὐκ ἐπιδείκνυται, καὶ τοῦτο διά σε: *Noli faciem*

li faciem externam reſpicere ridentis, ſed animum eius conſidera, & tunc intelliges millies ſibi à ſeipſo maledici, tunc gementem atque plangentem videbis. Quam rem ſi occultat, propter te quippe occultat. Loquitur de menſarum adſeclis; ſed quin idem quoque huc trahamus, nihil vetat; imò omnia ſuadent. A quibus minimè alieni hi, quos taxat Philo Iudæus lib. de migrat. Abrahæ: Τοὺς κόλακας οὐχ ὁρᾷς, οἳ μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτα ἀποκναίουσι τῶν κολακευομένων τὰ ὦτα θρύπτοντες, οὐκ ἐπινεύοντες ἐφ' ἑκάστῳ τῶν λεγομένων αὐτὸ μόνον, ἀλλὰ καὶ ῥήσεις μακρὰς συνείροντες, καὶ ῥαψῳδοῦντες, καὶ εὐχόμενοι μὲν τῇ φωνῇ πολλάκις, ἀεὶ δὲ τῇ διανοίᾳ καταρώμενοι; *Annon vides iſtos adulatores, qui tam noctu quàm interdiu permulcent aures ſuis regibus, nec tantùm applaudunt dictis eorum ſingulis, ſed & prolixis eos ornant laudibus, quos tamẽ execrantur taciti, quantumvis fauſta ominando propalam?* Sed & eiuſdem farinæ iſti, quorum meminit D. Hieronymus Epiſt. ad Ruſticum: *Ne credas laudatoribus tuis; imò irriſoribus aurem ne accommodes: qui cùm te adulationibus foverint, & cum te impotentem mentis effecerint; ſi ſubitò reſpexeris, deprehendes poſt te colla incurvari, aut manu auriculas agitari aſini, aut æſtuantem canis protendi linguam.* Gaudeant ergo atque exultent coactâ ſuâ laudatione Buſirides: gaudeant atque exultent

——ficto gemitu vulgiq́ue gementis
Aſſenſu: ——Stat. lib. XI. Theb. verſ. 755.

dum interim probè intelligant agnoſcantque, *deteſtari malos Principes etiam qui malos faciunt*, vt teſtatur Plinius Panegyr. Traiano. At boni reges; ſibi dicta arbitrentur Iſocratis illa ad Nicoclem: Νόμιζε τῶν τιμῶν ἀληθεστάτας εἶναι, μὴ τὰς ἐν τῷ φανερῷ μετὰ δέους γινομένας: ἀλλ' ὅταν αὐτοὶ παρ' αὑτοῖς ὄντες, μᾶλλον σου τὴν γνώμην, ἢ τὴν τύχην θαυμάζωσιν: *Veriſſimos honores eos eſſe puta, non qui palàm ex metu tibi habentur: ſed ſi ipſi apud ſeſe prudentiam tuam, plus quàm fortunam admirentur.* Sed & *comitatem.* Niſi enim mentitur Seneca lib. I. de Clementiâ cap. XIII: *Sermone affabilis, acceſſuq́ue facilis, vultu qui maximè populos demeretur, amabilis, æquis deſideriis propenſus, & iniquis acerbus; à totâ civitate amatur, defenditur, colitur. eadem de illo homines ſecretò loquuntur, quæ palàm.*

Intellexit hæc Tiberius, vt erant magis, quàm vt dicerentur. Lib. III. Annal.

GRaviter Philo Iudæus περὶ φιλανθρωπ.: Ὑπεροψίας καὶ ἀλαζονείας ὡς μεγίστων ἀγαθῶν οἱ πολλοὶ περιέχονται, καὶ μάλισθ' ὅταν πλοῦτοι καὶ δόξαι, καὶ ἡγεμονίαι περιουσίας ἀφθόνως χορηγῶσιν. ἀλαζονεία γὰρ φύεται, καὶ ἐν ἠμελημένοις πολλάκις

πολλάκις καὶ ἀφανέσιν ἀνθρώποις, ὡς καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ψυχῆς παθῶν τε καὶ νοσημάτων καὶ ἀρρωστημάτων· τὴν δὲ ἐπὶ πλέον βλάβειαν καὶ περιαύξησιν οὐ λαμβάνει, ἀλλ' οἷα πυρὸς οὐσία σπάνει ὕλης ἀμαυροῦται· καὶ περιφέρεται ἐν τοῖς μεγάλοις, χορηγοὺς ὡς ἔφην, ἔχουσι τοῦ κακοῦ πλούτους καὶ δόξας καὶ ἡγεμονίας, ὧν ὑποπλησθέντες καθάπερ οἱ πολὺν ἄκρατον ἐμφορησάμενοι, μεθύουσι καὶ ἐμπαροινοῦσι δούλοις ὁμοῦ καὶ ἐλευθέροις, ἔστι δὲ ὅτε καὶ ὅλαις πόλεσι. τίκτει γὰρ κόρος ὕβριν, ὡς ὁ τῶν παλαιῶν λόγος: *Arrogantiam ſuperbiamq́; multi amplectuntur pro virtutibus, præſertim quotquot opibus extolluntur atque honoribus. nam arrogantia ſæpe naſcitur etiam in contemptis & obſcuris hominibus, ſicut ceteræ perturbationes & ægritudines; ſed nõ poteſt in his creſcere; quia, ſicut ignis abſq; fomẽto deficit: & ad magnates demigrat, quibus vt dixi largè opes honoreſq; ſuppetunt; atq; ita dulci fortunâ ebrij debacchantur in ſeruos ac ingenuos interdum & in ciuitates integras. ſaturitas enim parit ferociam, vt eſt in veteri prouerbio.* Nec mirum. nam vt cenſet Dio Caſſius lib. XLIV: τὸ ὑπερβάλλον τῶν τε τιμῶν καὶ τῶν ἐπαίνων χαυνοτέρους πως καὶ τοὺς πάνυ σώφρονας, ὥστε κἀκ τῶν ἐπαίνων ἀληθῶς γίγνεσθαι δοκεῖν, ποιεῖ: *Immoderati honores laudeſq;, leuitatem animi etiam modeſtiſſimo cuiq; afferunt; vt ſe iam tales eſſe, quales prædicantur, exiſtiment.* Vnd non ſine ſumma ratione Sulpitius Seuerus Dialogo I. cap. XIV: *Quis noſtrum eſt, quem ſi vnus homunculus humilis ſalutaverit, aut fatuis atq; adulantibus verbis femina vna laudauerit, non continuò elatus ſit ſuperbiâ, non ſtatim inflatus ſit veritate? vt etiamſi non habeat cõſcientiam ſanctitatis, tamen quia vel ſtultorum adulatione, aut fortaſsis errore ſanctus eſſe dicatur, ſanctiſſimum ſe putabit.* Et iſtud quidem tantò fit procliuius, quod eo ſimus ingenio quo depingimur Senecæ cap. I. de Tranquill. animi; *Non eſt quod nos magis alienâ iudices adulatione perire, quàm noſtrâ. Quis ſibi verum dicere auſus eſt? quis non inter laudantiũ blãdientiumque poſitus greges, plurimum tamen ſibiipſi adſentatus eſt?* Ab hoc fonte, vt prodidit præter alios Curtius lib. VIII; *Alexander Magnus, Iouis filius non dici tantum, ſed etiam credi volebat; tanquam perinde animis imperare poſſet ac linguis. itaque more Perſarum Macedonas venerabundos ipſum ſalutare, proſternentes humi corpora.* Et ex ipſius Alexandri ſinu producuntur Plutarcho Orat. altera de Fortuna Alex: Κλεῖτος ἐν Ἀμοργῷ τρεῖς ἢ τέτταρας Ἑλληνικὰς ἀνατρέψας τριήρεις, Ποσειδῶν ἀνηγορεύθη, καὶ τρίαιναν ἐφόρει. Δημήτριος δὲ, ᾧ τῆς Ἀλεξάνδρου δυνάμεως ἡ τύχη σμικρὸν ἀποσπάσασα προσέθηκε, καταιβάτης καλούμενος ἐπήκουε, καὶ πρέσβεις πρὸς αὐτὸν οὐκ ἔπεμπον, ἀλλὰ θεωροὺς αἱ πόλεις, καὶ τὰς ἀποκρίσεις, χρησμοὺς προσηγόρευον. Λυσίμαχος τὰ περὶ Θρᾴκην, ὥσπερ ἐσχατιάς τινας τῆς βασιλείας κατασχὼν, εἰς τοσοῦτον ὑπεροψίας ἔφθασε καὶ θρασύτητος, ὥστε εἰπεῖν· Νῦν Βυζάντιοι πρὸς ἐμὲ ἥκουσιν, ὅτε τῇ λόγχῃ τοῦ οὐρανοῦ ἅπτομαι. παρὼν δὲ Πασιάδης ὁ Βυζάντιος, Ὑπάγωμεν

(ἔφη)

(ἔφη) μὴ τῇ ἐπιδορατίδι τὸν οὐρανὸν τρυπήσῃ. καὶ τί ἂν περὶ τούτων λέγει τις οἷς ἐξῆν δι' Ἀλέξανδρον μέγα φρονεῖν, ὅπου καὶ Κλέαρχος Ἡρακλείας τύραννος γενόμενος, σκῆπτρον ἐφόρει, καὶ τῶν υἱῶν ἕνα, Κεραυνὸν ὠνόμασε; Διονύσιος δὲ ὁ νεώτερος, Ἀπόλλωνος υἱὸν ἑαυτὸν ἀνηγόρευσεν, ἐπιγράψας, Δωρίδος ἐκ μητρὸς Φοίβου κοινώμασι βλαστών. ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ τῶν μὲν πολιτῶν μυρίους, ἢ καὶ πλείους, ἀνελὼν, προδοὺς δὲ τὸν ἀδελφὸν ὑπὸ φθόνου τοῖς πολεμίοις, οὐκ ἀναμείνας δὲ τὴν μητέρα, γραῦν οὖσαν, ὀλίγαις ἡμέραις ἀποθανεῖν ὕστερον, ἀλλ' ἀποπνίξας, ἐν δὲ τραγῳδίᾳ γράψας αὐτὸς, Ἡ γὰρ τυραννὶς ἀδικίας μήτηρ ἔφυ· ὅμως τῶν θυγατέρων τὴν μὲν, Ἀρετὴν τὴν δὲ, Σωφροσύνην ὠνόμασεν, τὴν δὲ, Δικαιοσύνην. οἱ μὲν Εὐεργέτας, οἱ δὲ Καλλινίκους, οἱ δὲ σωτῆρας, οἱ δὲ μεγάλους ἀνηγόρευσαν ἑαυτούς: *Clitus, cũ apud Amorgum tres vel quatuor Græcas triremes ſubvertiſſet, Neptuni cognomen accepit, & tridentem geſtauit. Demetrius, cui Alexandreæ potentiæ paruã Fortuna portiunculam contulerat, paſſus eſt ſe Catebatem (tanquam deum qui in terras deſcendiſſet) appellari, & ab vrbibus ad eum non legati ſed conſultores numinis mittebantur, reſponſaq; ipſius, oracula dicebantur. Lyſimachus Thraciam, quaſi extremos regni Alexandrei fines, adeptus, eò ſuperbiæ & ferociæ proceſſit, vt diceret: Nunc ad me veniunt Byzantij cùm haſtâ cælum tango: cùm quidem Paſiades Byzantius, tunc præſens, Abeamus hinc, inquit, ne cuſpide cælum perforet. Et quid de iis dicam, quibus licuit propter Alexandrum altos ducere ſpiritus? quando Clearchus etiam occupatâ Heraclea tyrannide ſceptrum geſſit, & filiorum vnum Ceraunī (quæ vox fulmen ſignificat) nomine affecit. Dionyſius verò iunior Apollinis ſe filium prædicauit hac inſcriptione:*

Dorica quem genuit Phœbeo ſemine mater.

Pater huius, cùm ciuium CCIↃↃ. *aut amplius interfeciſſet, fratrem ob inuidiam hoſtibus prodidiſſet, matrem vetulam, paucis poſt diebus morituræ exitum praſtolari non ſuſtinens, ſuffocaſſet, atque in tragœdiâ ipſe ſcripſiſſet,*

Tyrrannis iniuſticiæ ipſa mater eſt:

tamen filiabus Virtutis, Pudicitiæ, Iuſtitiæ nomina impoſuit. Alij Euergetâs, id eſt benefactores, alij Callinicos, id eſt pulcras victorias conſecutos, alij Soteras hoc eſt ſervatores, alij Magnos ſe denominauerunt: Hinc & de Caligulâ in vitâ eius Tranquillus cap. XXII: *Admonitus & Principum & Regum ſe exceſſiſſe faſtigium, diuinam ex eo maieſtatem aſſerere ſibi cæpit, &c.* De Agrippâ verò ludos celebrãte pro ſalute Cæſaris memorat Ioſephus lib XIX. Antiq. cap vltimo: Δευτέρα δὴ τῶν θεωριῶν ἡμέρα στολὴν ἐνδυσάμενος ἐξ ἀργύρου πεποιημένην πᾶσαν, ὡς θαυμάσιον ὑφὴν εἶναι, παρῆλθεν εἰς τὸ θέατρον ἀρχομένης ἡμέρας. ἔνθα ταῖς πρώταις τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων ἐπιβολαῖς ὁ ἄργυρος καταυγασθεὶς, θαυμασίως ἀπέστιλβε μαρμαίρων τι φοβερὸν, καὶ τοῖς εἰς αὐτὸν ἀτενίζουσι φρικῶδες. εὐθὺς δὲ οἱ κόλακες τὰς οὐδὲ ἐκείνῳ πρὸς ἀγαθοῦ, ἄλλος ἄλλοθεν

Digitized by Google

ἀνεβόων, θεὸν προσαγορεύοντες, εὐμενής τε εἴης ἐπιλέγοντες, εἰ καὶ μέχρι νῦν ὡς ἄνθρωπον ἐφοβήθημεν, ἀλλὰ τοὐντεῦθεν κρείττονά σε θνητῆς φύσεως ὁμολογοῦμεν. οὐκ ἐπέπληξε τούτοις ὁ βασιλεὺς, οὐδὲ τὴν κολακείαν ἀσεβοῦσαν ἀπετρέψατο: *Eius celebritatis die ſecũdâ proceſſit manè in theatrum amictus veſte totâ ex argẽto mirabili opere contextâ; qua radiis exorientis ſolis perculsâ, & diuinum quendã fulgorem emittens, venerationem cum horrore excutiebat ſpectãtibus: moxq; adulatores pernicioſi aliüs aliunde acclamantes Deum conſalutabant; rogãtes vt faueret propitius. hactenus enim vt hominem reueritos, nunc agnoſcere & fateri in eo quiddã mortali naturâ excellentius. hanc impiam adulationem ille nec caſtigauit, nec repulit*. Iure itaq; extulit Satyra IV. Iuuenalis: ——— *Nihil eſt quod credere de ſe*
Non poſſit cùm laudatur Diis æqua poteſtas.

Quod ipſum tamen ità intelligendum videtur, quemadmodum & priora omnia; eſſe quidem huiuſmodi philautiam proceribus vt magnificentiſſimè de ſe ſentiri velint per orbem, ſed non vt & ipſimet ita ſentiant: hoc eſt, vt ſe id eſſe putent, quod non ſunt, non erunt. Eo enim admiſſo, priuaueris ſenſu communi. quo quid turpius? Quin imò veriſſimè Plutarch. titulo de Diſcrim. Adul. & Amici: ἡ γὰρ οἴκοθεν κρίσις ἀντιμαρτυροῦσα, καὶ μὴ προσδεχομένη τὸν ἔπαινον, ἀπαθής ἐστι τοῦ ἀδίκου, καὶ ὑπὸ τοῦ κολακεύοντος ἀνάλωτος: *Interim enim iudicium animi noſtri laudi reclamans, eamq; non admittẽs, nullo affectu trahitur aut mouetur. neq; poteſt ab aſſentante corrumpi*. Nec mẽdax dictum Plinij ad Traianum: *Alius fortaſſe alium; ſe nemo deceperit: introſpiciat modò vitam, ſeq; quid mereatur interroget*. Et huc ſpectabat vox Alexandri Magni proditâ Curtio lib VIII: *Vtinam Indi quoq; Deum eſſe me credant. Famâ enim bella conſtant: & ſæpe etiam, quod falsò creditum eſt, veri vicem obtinuit*. Quare aſſeueratè Tacit. lib. IV. Annal. *Nec occultum eſt quando ex veritate, quando adumbratâ lætitiâ facta Imperatorum celebrẽtur*. Et lib. priore: *Intellexit hæc Tiberius vt erant magis, quàm vt dicerentur*. Eaq; propter ſui oblitus idem videri poteſt in Agricolæ vitâ. vbi eſt: *Satis cõſtat lecto teſtamẽto Agricolæ, quo cohæredem optimæ vxori & piiſſimæ filiæ Domitianum ſcripſit, lætatũ eum velut honore iudicioq;: tam cæca & corrupta mens aſſiduis adulationibus erat; vt neſciret à bono patre non ſcribi heredem niſi malum principem*. Imò, imò ſciuit, ſed diſſimulauit ſcire: ſciuit, inquam, neq; hoc ſolum, ſed etiam toto ipſius ferè imperio, ſæculum fuiſſe, *Malefacere Imperatori, ac Benè audire*. Quod idem Tiberiano item imperio prudẽter impingit idem Cornelius fine lib. XIV: *Quæq; rerum ſecundarum olim, tum publicæ cladis inſignia fuere*. Perſuaſum igitur ſit & nobis; vbi Princeps peſſimus laudatur pro optimo, venire ei ſtatim in mentem fabulam anus Siculæ de quâ his verbis Val. Max. lib. VI. cap. II: *Senectutis vltimæ quædam, Syracuſanis omnibus, Dionyſii tyranni exitũ, propter nimiam morum acerbitatem, & intolerabilia onera votis expetentibus, ſola quotidie matutino tẽpore deos, vt incolumis ac ſibi ſuperſtes eſſet, orabat. Quod*

vbi is cognouit, indebitam ſibi admiratus beneuolentiam, accerſit eam, & quid ita hoc, aut quo ſuo merito faceret, interrogauit. Tum illa, Certa eſt, inquit, ratio propoſiti mei. puella enim, cum grauem tyrannum haberemus, carêre eo cupiebã: quo interfecto, aliquantò tetrior arcem occupauit. Eius quoq; finiri dominationẽ magni æſtimabam: tertium te ſuperioribus importuniorem habere cœpimus rectorẽ. Itaq; timens, ne ſi tu fueris abſumptus, deterior in locum tuum ſuccedat, caput meum pro tua ſalute deuoueo. Quin, quàm magis omnia examino, tam magis videntur abhorrere ab huiuſmodi fictis præconiis reges mali; minimè eius neſcij, q extat apud Dionẽ lib. LVIII: Πᾶν ὃ ἂν τις παρὰ τὴν ἀλήθειαν ἐπὶ κολακείᾳ ποιῇ, ὑποπτεύεται: *Omne id quod præter veritatẽ adulandi cauſsâ fit, in ſuſpicionẽ incurrit.* Quiq; norint itẽ ex vero dictũ Libanio Epiſt. ad Maximũ: *Sicut iniuſta infamia in laudem; ita falſa laus in infamiã conuerti ſolet.* Cui quadrat iſtud Dionis Chryſoſt. Orat. L: Τὸ δὲ ἐγκώμιον τοῦτο, ἐὰν φαίνησθε ἀνόμοιοι τοῖς λεγομένοις, οὐχ ὑμέτερός ἐστιν ἔπαινος, ἀλλ' ἢ ἐπαινοῦντες κατηγορία: *Encomiũ hoc, ſi dictis videamini diſsimiles, nõ veſtra laus eſt, ſed dicẽtis accuſatio.* Breuiusq; è Symmacho Sidonius lib. VIII. Epiſt X: *Vt vera laus ornat, ita falſa caſtigat.* Exẽpla huius rei ſuppetit Macrobius lib. VII. Saturn. c. III: *Sunt ſcommata quæ in ſuperficie habent ſpeciem contumeliæ, ſed interdum nõ tangunt audientes, cùm eadẽ ſi obnoxio dicantur exagitent: vt contrà ſunt quæ ſpeciẽ laudis habent, & perſonã audientis efficiant contumeliæ plenã. De priore genere prius dicã. L. Quintius prætor de prouinciâ nuper reuerterat obſeruatâ (quod mireris Domitiani tẽporibus) præturæ maximâ caſtitate. is cũ æger aſsidẽti amico diceret frigidas ſe habere manus: renidẽs ille ait; Atquin eas de prouinciâ calidas paulò ante reuocaſti. riſit Quintius delectatusq; eſt; quippe alieniſſimus à ſuſpicione furtorum. Contrà ſi hoc diceretur male ſibi conſcio & ſua furta recolenti, exacerbaſſet auditum. Critobulũ famoſæ pulchritudinis adoleſcentem Socrates cùm ad comparationẽ formæ prouocaret; iocabatur, non irridebat. Certè ſi dicas conſummatarum diuitiarũ viro; tibi excito creditores tuos: Aut ſi nimis caſto; gratæ ſunt tibi meretrices, quia cõtinuâ eas largitate ditaſti: vterq; delectabuntur, ſcientes his dictis ſuam conſcientiam non grauari. ſicut contrà ſunt quæ ſub ſpecie laudis exagitãt: nã ſi timidiſſimo dixero; Achilli vel Herculi comparandus es: aut famoſæ iniquitatis viro; ego te Ariſtidi in æquitate præpono; ſine dubio verba laudem ſonantia, ad notam vituperationis ſuæ vterq; tracturus eſt.* Hęc lõgęvus ille è Sympoſ. Plutarchi lib. II. Quæſt. II. è quo libet tranſcribere hęc paucula: Οἱ τὰ χρηστὰ τῶν πραγμάτων τοῖς λοιδορουμένοις ὀνόμασι μετὰ παιδιᾶς καλοῦντες ἂν ἐμμελῶς ποιῶσιν, αὐτῶν μᾶλλον εὐφραίνουσι τῶν ἀπ' εὐθείας ἐπαινούντων. καὶ γὰρ δάκνουσι μᾶλλον οἱ διὰ τῶν εὐφήμων ὀνειδίζοντες, ὡς οἱ τοὺς πονηροὺς Ἀριστείδας, καὶ τοὺς δειλοὺς Ἀχιλλεῖς καλοῦντες: *Qui bonas res per iocũ nominibus probroſis adficiunt, id ſi accuratè agant, magis delectant quàm qui apertè laudant. ſicut magis etiam mordent, qui honeſtis nominibus in conuitiando vtuntur: vt qui improbos Ariſtidæ, timidos Achillis nomine appellan*

Notum iſtud Adulatoribus: itaq; ſi res eis cũ homine paulò cordatiore; haud aliter videas ſudare quàm ſi lupum tenerent auribus. Viuidè hanc imaginem excepit Tacitus lib. I. Hiſtor: *Coacto verò in Curiam Senatu; arduus rerum omnium modus, ne contumax ſilentium, ne ſuſpecta libertas. & priuato Othoni nuper, atq; eadem dicenti, nota adulatio. Igitur verſare ſententias, & huc atque illuc torquere &c.* Et ne ſic quidem effugiunt indignationem eius cui ſe ſubſternunt. Quid enim non putemus clam de iſtis cenſere reges, quos palam ſatis contumelioſè excipiunt? Habemus in Tacito lib. Annal. III: *Memoria proditur Tiberium quoties Curiâ egrederetur, Græcis verbis in hunc modum eloqui ſolitum*: O HOMINES AD SERVITVTEM PARATOS! *Scilicet etiam illum, qui libertatem publicam nollet, tam proiectæ ſervientium patientium tædebat.* Sed & extat in Athenæo lib. VI. citata è Democharis lib. XX. Hiſtoriarum, vox Demetrij Poliorcetis, indignantis atque aſſerentis: ὅτι οὐδεὶς ἐπ' αὐτοῦ Ἀθηναίων γέγονε μέγας καὶ ἁδρὸς τὴν ψυχήν: *Neminem inuentum ipſius ætate ex omnibus Athenienſibus virum magnum, & generoſi animi.* Proinde qualicunque Principis ori conuenit ſermo quam pulcræ Imagini attribuit Lucianus ὑπὲρ τῶν εἰκόνων: Οὐδὲ ἄλλως μὲν χαίρω τοῖς κολακικοῖς τὸν τρόπον, ἀλλά μοι δοκοῦσιν οἱ τοιοῦτοι, γόητες εἶναι, καὶ ἥκιστα ἐλεύθεροι τὴν φύσιν. ἐν δὲ τοῖς ἐπαίνοις μάλιστα, ὅταν τις ἐπαινῇ με. φορτικὰς καὶ ὑπερμέτρους ποιούμενος τὰς ὑπερβολάς, ἐρυθριῶ τε, καὶ ὀλίγου δεῖν ἐπιφράττομαι τὰ ὦτα, καὶ τὸ πρᾶγμα, χλεύῃ μᾶλλον ἢ ἐπαίνῳ ἐοικέναι μοι δοκεῖ. μέχρι γὰρ τοῦδε οἱ ἔπαινοι ἀνεκτοί εἰσιν, εἰς ὅσον ἂν ὁ ἐπαινούμενος γνωρίζῃ ἕκαστον τῶν λεγομένων προσὸν ἑαυτῷ· τὸ δὲ ὑπὲρ τοῦτο, ἀλλότριον ἤδη, καὶ κολακεία σαφής. καί τοι πολλοὺς οἶδα, ἔφη, χαίροντας, εἴ τις αὐτοὺς ἐπαινῶν, καὶ ἃ μὴ ἔχουσι, προσάπτοι τῷ λόγῳ, οἷον, εἰ γέροντας ὄντας εὐδαιμονίζοι τῆς ἀκμῆς, ἢ ἀμόρφοις οὖσι τὸ Νιρέως κάλλος, ἢ τὸ Φάωνος περιθείη· οἴονται γὰρ ὑπὸ τῶν ἐπαίνων ἀλλαγήσεσθαι σφίσι καὶ τὰς μορφάς, καὶ αὐτοὶ ἀνηβήσειν αὖθις, ὥσπερ ὁ Πελίας ᾤετο, τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει. πολλοῦ γὰρ ἂν ὁ ἔπαινος ἦν τίμιος, εἴ τι καὶ ἔργον αὐτοῦ ἀπολαῦσαι δυνατὸν ἦν, ἐκ τῆς τοιαύτης ὑπερβολῆς. νῦν δὲ ὅμοιόν μοι δοκοῦσιν, ἔφη, πάσχειν, ὥσπερ ἂν εἴ τινι ἀμόρφῳ προσωπεῖον εὔμορφον ἐπιθείη τις φέρων· ὁ δὲ μέγα ἐπὶ τῷ κάλλει φρονοίη, καὶ ταῦτα. περιαιρετῷ ὄντι, καὶ ὑπὸ τοῦ τυχόντος συντριβῆναι δυναμένῳ, ὅτε καὶ γελοιότερος ἂν γένοιτο, αὐτοπρόσωπος φανείς, οἷος ὢν, ὑφ' οἵῳ κέκρυπτο. ἢ καὶ νὴ Δί' εἴ τις ὑποδησάμενος κοθόρνους, μικρὸς αὐτὸς ὤν, ἐρίζοι περὶ μεγέθους τοῖς ἀπὸ ἰσοπέδου ὅλῳ πήχει ὑπερέχουσιν: *Neq; aliàs quidem hominibus ad aſſentandum eruditis gaudere ſoleo, ſed qui ſunt eiuſmodi; ſubdoli præſtigiatores mihi eſſe videntur, ac minimè naturâ liberi. Cæterùm in laudibus quoties quiſpiam præter modum me extulerit, moleſtus ac immoderatis amplificationibus attollens atq; exaggerans omnia, pudore quodam afficior, nec parùm abeſt quò minùs ferè ſemper aures obſtruere ſoleam. Eaq; res ſubſannatione*

ratione magis & riſu quàm laude mihi digna videtur. Eatenus enim laudes tolerabiles atque ferendæ ſunt, quatenus ille qui laudatur, ſibi conſcius eſt ab his quæ dicuntur, ſe non diſcrepare, ſed parem eſſe encomio. Quodcumq́ ſuper hoc additum fuerit, alienum eſt, & apertæ aſſentationis ſuſpicione non carebit. Atqui ego permultos novi, inquit, quibus voluptati eſt, ſi quis eos laudibus cohoneſtans, etiam ea oratione adiecerit, à quibus longè lateq́ alieni ſunt: veluti ſi quis confectæ ætatis vetulos ob iuuenilium annorum vigorem felices pronunciauerit: aut illis qui informi ſunt corpore, Nirei aut Phaonis adiungat pulchritudinem. Siquidem arbitrantur immodicis laudum teſtimoniis ſuas formas immutatum iri, & ſenem denuò repubeſcere. quâ in opinione Peliam quoque fuiſſe non ſum ignara. Hoc verò longè ſecus ſe habet: nam laus res eſſet quantivis precij, ſi illâ quoque re perinde frui poſſemus ex eiuſmodi dementiente ſuperiectione. Iam verò tale quiddam mihi pati videntur, inquit, ita falsò laudati, ac ſi quis cuipiam turpi facie atque deformi, larvam admodum venuſtam afferens apponat; porrò ille ob pulchritudinem ſibi vehementer placeret, præſertim cùm hæc ab illo auferri poſſit, & ab occurrente comminui: vnde maiori quoque riſu ſubſannandus foret, natiua facies deformitate detectâ, quam adſcititiâ formâ occultauerat. aut per Iovem, ſi quis puſillâ ſtaturâ exiſtens, indutis cothurnis ſuper magnitudine contendat cum iis qui toto cubito ex æquo illi collati eum excederent &c. Verba egregia. quibus tamen addi queant iſthæc Agathiæ ex Procemio hiſtoriæ Iuſtinianeæ: Τοὺς μὲν γὰρ ἔτι περιόντας εἴτε βασιλεῖς εἶεν εἴτε καὶ ἄλλως ἐπίσημοι, οὐ μόνον τῇ ἀφηγήσει τῶν ἐξειργασμένων ἐγκωμιάζουσιν (ἢ γὰρ ἂν ὀλίγα ἡμάρτανον) ἔνδηλοι δὲ ἅπα[illegible]ονται, ὅτι δὴ αὐτοῖς οὐδέν τι ἄλλο διεσπούδασται, ἢ μόνον ἐπαινεῖν τε καὶ ἄγασθαι καὶ ὑπὲρ τοῦ ἀναγκαίου. τοὺς δὲ ἤδη τεθνηκότας ὁποῖοί τινες καὶ ἐτύγχανον ὄντες, ἢ κακίστους ἀποκαλοῦσι, καὶ τὰ κοινὰ λυμηναμένους, ἢ τό γε οὐκ ἔλαττον δεινὸν, καταλιγωροῦσιν αὐτῶν, ὡς μηδὲ μνήμης τινὸς μεταδιδόναι. ταύτῃ τε οἴονται τὰ παρόντα εὖ τιθέναι. καὶ τὸ ἀεὶ κρατοῦν ἐκθεραπεύοντες, ὠφέλειαν σφίσι πορίζεσθαι, κακῶς ἐπιστάμενοι ὡς καὶ αὐτοὺς δὴ τούτους περὶ αὐτῶν ἐπαινουμένους οὐ μάλα τὰ τοιάδε ἀρέσκει. λογιζομένους ὡς οὐχ ἱκανόν ἐστι τὸ τῆς κολακείας ἀρίδηλον, τὴν περὶ αὐτῶν δόξαν βεβαιῶσαι: *Eos enim qui adhuc in viuis ſunt, ſiue reges, ſiue alioqui viros illuſtres, non ſolùm commemoratione rerum geſtarum laudant, tametſi interdum lapſi ſint: ſed omnibus conſpicuum faciunt, nihil aliud ipſos operam dediſſe, quàm vt laude, admirationeq́ quos volunt proſequantur, vltra quàm par eſt; eos verò qui iam è viuis exceſſerunt, quales fuerunt, aut peſſimos vocant, & rerum publicarum vaſtatores; aut, (quod vtique minus grave eſt) ita eos contemnunt, vt ne memoriâ quidem vllâ dignentur: atq́ ita ſeſe rem præſentem optimè curaſſe exiſtimant, ſemperque potentioribus aſſentantes priuatis ſuis commodis conſuluiſſe; non ſatis intelligentes quod ne ipſis quidem quos laudibus extulerunt hac*

Digitized by Google

talia admodum placeant : reputantibus ſcilicet , manifeſtam illorum adulationem parum firmum eſſe gloriæ exiſtimationiſq́ ipſorum ſtabilimentum. Imò, mi Agathia, parū hoc eſt. Fit Tullij illud Verrinâ VI: *Tantus gemitus factus eſt aſpectu ſtatuæ & commemoratione, vt illud in curiâ poſitum monumentum ſcelerum non beneficiorum videretur, &c.* Fit. Verùm quid opus congeſtione teſtimoniorum in ſententiâ decantatâ? Claudat potius caput Iſidori monitum, lib. de contemptu mundi: *Non ideo te bonum exiſtimes, ſi bonus prædiceris. in alienâ linguâ conſcientiam tuam interroga. diſcerne te tuo, non alieno iudicio: neq ex aliorum ſermone, ſed ex tuâ mente te metire. Nemo magis ſcire poteſt quid ſis, quàm tu qui conſcius tibi es. Quid enim prodeſt, dum malus es, ſi bonus prædiceris?*

Facinorum recordatione, nunquam timore vacuus. Lib. XV. Annal.

LOQVITVR de pædagogo quodam nequam Syneſius Epiſt. XXXII: Ἑρμῇ μὲν γὰρ καὶ Ἡρακλεῖ, τοῖς παλαίστρας ἐφόροις, οὐδὲ κατὰ μικρὸν πρέπει. Κωκυτῷ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀττικοῖς κονιοσάλοις νεωκορεῖ· καὶ εἰ δή τινές εἰσι τούτου τοῦ κόμματος ἕτεροι δαίμονες, ἅπασιν αὐτοῦ μέλει, καὶ τούτων αὐτός. δίκην μὲν οὖν ἑτέραν, οὐκ ἂν λάβοιμι παρ' αὐτοῦ. ἀποχρῶσα γὰρ ἡ πονηρία δίκη τῷ πονηρῷ: *Mercurio quidem & Herculi, paleſtra præfectis, ne minimâ quidem ex parte congruit. Cotytto autem, aliisque Atticis dæmonibus æditunm gerit, & ſi qui ſunt alij huius monetæ dæmones, omnes illius curam habent, & hic illorum. Pœnam ſanè aliam non ſumpſerim ab eo nam malicia ſufficiens pœna eſt malo.* Quæ voces, cùm nullam pœnam nequitiæ conſtituere videantur, conſtituunt maximam. Volunt enim verum eſſe, quod dicitur D. Chryſoſtomo Homiliâ I. ad Roman. cap. I: ὁ πονηρὰ συνειδὼς ἑαυτῷ, κἂν τὰ πάντων περιβάλληται χρήματα, πάντων ἐστὶν ἀθλιώτερος: *Qui ſibi malè conſcius eſt; vt omnium bona poſſideat, omnium eſt miſerrimus.* Rectè. ὁ γὰρ καθάπαξ πονηρὸς ἄνθρωπος, πρὸς τῷ τοῖς εἰδόσιν αὐτὸν μισεῖσθαι καὶ διαβάλλεσθαι, καὶ ἑαυτῷ μισητός ἐστι, τρόπον δή τινα μισούσης τῷ συνειδότι τὴν βδελυρίαν: *Homo namque prorſus improbus, præterquam quòd iis quibus eſt notus in odio eſt, & reprehenditur, etiam ipſe ſe modo quodam odit; cum eius conſcientia ſceleritatē odio perſequatur*; vt inquit Imp. Manuel Orat. II. ad filium. Et bene ſi hoc ipſi vnum eſſet ſolummodo ſupplicium: ſed non; plura ſunt: ſcripſitq; Iuſtitiæ ſtilo Seneca Epiſt. XCVII: *Ita eſt. tuta ſcelera eſſe poſſunt, ſecura non poſſunt? Quare? quia prima & maxima*

ma peccantium pœna eſt peccaſſe. nec vllum ſcelus, licet illud Fortuna exornet muneribus ſuis; licet tueatur ac vindicet, impunitum eſt. quoniam ſceleris in ſcelere ſupplicium eſt. Sed nihilominus & hæc & illa ſecunda pœna premunt ac ſequuntur; timere ſemper & expaueſcere & ſecuritati diffidere. Egregia huic rei ſimilitudo jam citati Chryſoſtomi: Καθάπερ οἱ διὰ νυκτὸς ἀσελλεὺς βαδίζοντες τρέμουσι, κἂν μηδεὶς ὁ φοβῶν παρῇ, οὕτω καὶ οἱ τὴν ἁμαρτίαν ἐργαζόμενοι, θαῤῥεῖν οὐκ ἔχουσι, κἂν μηδεὶς ὁ ἐλέγχων ᾖ: *Quemadmodum qui nocte illuni ambulant, tremunt, etiamſi nihil ſit quod terreat: ſic & qui peccant, non poſſut confidente animo eſſe, etiam ſi nemo ſit qui redarguat.* Primi generis pœnam expreſſit Plutarchus lib. de Sera Num. vind: Ἐγὼ μὲν, εἰ θέμις ἐστὶν εἰπεῖν, οὔτε τινὸς θεῶν οὔτε ἀνθρώπων δεῖσθαι κολαστοῦ νομίζω τοὺς ἀνοσιουργοῦντας, ἀλλὰ τὸν βίον αὐτῶν ἐξαρκεῖν ὑπὸ τῆς κακίας διεφθαρμένον ὅλον καὶ συντεταραγμένον: *Ego ſi fas eſt dicere, cenſeo ſceleſtos nullo neque Deo neque homine indigere qui ſupplicia ipſis imponat: ipſam ad hoc eorum exiſtimo ſufficere vitam, totam à prauitate corruptam atque conturbatam.* Nec opus arceſſere exempla. Vnus erit pro multis Imp. Tiberius, cuius hæc extat ad Senatum Epiſtola, Suetonij capite LXVII: *Quid ſcribam vobis Patres conſcripti, aut quomodo ſcribam, aut quid omninò non ſcribam hoc tempore? Dij me Deæq́ peius perdant, quàm quotidie perire ſentio, ſi ſcio; &c.* Quibus interpretandis faciũt illa Taciti lib. VI: *Adeo facinora atq́ flagitia ſua ipſi quoq́ in ſuppliciũ verterant. Neque fruſtra praſtantiſſimus ſapientia firmare ſolitus eſt, ſi recludãtur tyrannorum mentes, poſſe aſpici laniatus & ictus; quando vt corpora verberibus, ita ſævitiâ, libidine, malis conſultis animus dilaceretur. quippe Tiberium non fortuna, non ſolitudines, protegebant, quin tormenta pectoris ſuasque ipſe pœnas fateretur.* Grauiter. idemque erat, non dictum modò Platonis lib. x. de Republ. ſed & Pythagoræ apud Antonium Monach. tit. de Iuſtitiâ: Κακὰ μείζω πάσχει διὰ τὸ συνειδότος ὁ ἀδικῶν βασανιζόμενος ἢ ὁ τῷ σώματι καὶ ταῖς πληγαῖς μαστιγούμενος: *Plus torquetur iniuriam faciens dũ in conſciantiâ cruciatur, quàm qui corpore plagas accipit & caditur.* Idem volunt Senecæ iſthæc Epiſt. LXXXI: *Minimum ex nequitiâ leuiſſimumq́ ad alios redundat. quod peſſimum ex illa eſt, & vt ita dicam, ſpiſſiſſimum domi remanet & premit habentem. Quẽadmodum Attalus noſter dicere ſolebat; Malitia ipſa maximam partem ſui bibit: Illud venenum quod ſerpentes in alienam perniciem proferunt, ſine ſuâ continent; non eſt huic ſimile. hoc habentibus peſſimum eſt. &c.* O bene! Eludant igitur qui volunt leges ſcriptas, imò, pro imperij poteſtate, etiam rideant; dummodô nunquam imponant conſcientiæ; cogantur q; gemere cũm illo Petroniano: *Dij Deæq́, quàm malè eſt extra legem viuentibus! quicquid meruerunt ſemper expectant.* Parum hoc: addendum erat; *ſemper patiuntur.*

Ne

talia admodum placeant: reputantibus ſcilicet, manifeſtam illorum adulatio-nem parum firmum eſſe gloriæ exiſtimationiſq́; ipſorum ſtabilimentum. Imò, mi Agathia, parū hoc eſt. Fit Tullij illud Verrinâ VI: *Tantus gemitus factus eſt aſpectu ſtatuæ & commemoratione, vt illud in curiâ poſitum monumentum ſcelerum non beneficiorum videretur, &c.* Fit. Verùm quid opus congeſtione teſtimoniorum in ſententiâ decantatâ? Claudat potius caput Iſidori monitum, lib. de contemptu mundi: *Non ideo te bonum exiſtimes, ſi bonus prædiceris. in alienâ linguâ conſcientiam tuam interroga. diſcerne te tuo, non alieno iudicio: neq; ex aliorum ſermone, ſed ex tuâ mente te metire. Nemo magis ſcire poteſt quid ſis, quàm tu qui conſcius tibi es. Quid enim prodeſt, dum malus es, ſi bonus prædiceris?*

Facinorum recordatione, nunquam timore vacuus. Lib. XV. Annal.

LOQVITVR de pædagogo quodam nequam Syneſius Epiſt. XXXII: Ἑρμῇ μὲν γὰρ καὶ Ἡρακλεῖ, τοῖς παλαίστρας ἐφόροις, οὐδὲ κατὰ μικρὸν πρέπει. κοτυττοῖ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀττικοῖς χονιοσάλοις νεωκορεῖ· καὶ εἰ δή τινές εἰσι τούτου τοῦ κόμματος ἕτεροι δαίμονες, ἅπασιν αὐτοῦ μέλει, καὶ τούτων αὐτῷ. δίκην μὲν οὖν ἑτέραν, οὐκ ἂν λάβοιμι παρ' αὐτοῦ. ἀποχρῶσα γὰρ ἡ πονηρία δίκη τῷ πονηρῷ: *Mercurio quidem & Herculi, paleſtræ præfectis, ne minimâ quidem ex parte congruit. Cotytto autem, aliisq́ue Atticis dæmonibus ædituum gerit, & ſi qui ſunt alij huius monetæ dæmones, omnes illius curam habent, & hic illorum. Pœnam ſanè aliam non ſumpſerim ab eo nam malicia ſufficiens pœna eſt malo.* Quæ voces, cùm nullam pœnam nequitiæ conſtituere videantur, conſtituunt maximam. Volunt enim verum eſſe, quod dicitur D. Chryſoſtomo Homiliâ I. ad Roman. cap. I: ὁ πονηρὰ συνειδὼς ἑαυτῷ, κἂν τὰ πάντων περιβάλληται χρήματα, πάντων ἐστὶν ἀθλιώτερος: *Qui ſibi malè conſcius eſt; vt omnium bona poſſideat, omnium eſt miſerrimus.* Rectè. ὁ γὰρ καθάπαξ πονηρὸς ἄνθρωπος, πρὸς τῷ τοῖς εἰδόσιν αὐτὸν μισεῖσθαι καὶ διαβάλλεσθαι, καὶ ἑαυτῷ μισητός ἐστι, τρόπον δή τινα μισήσαντι τῷ συνειδότι τὴν βδελυρίαν: *Homo namque prorſus improbus, præterquam quòd iis quibus eſt notus in odio eſt, & reprehenditur, etiam ipſe ſe modo quodam odit; cum eius conſcientia ſceleritatē odio perſequatur*; vt inquit Imp. Manuel Orat. II. ad filium. Et bene ſi hoc ipſi vnum eſſet ſolummodo ſupplicium: ſed non; plura ſunt: ſcripſitq; Iuſtitiæ ſtilo Seneca Epiſt. XCVII: *Ita ſt. tuta ſcelera eſſe poſſunt, ſecura non poſſunt? Quare? quia prima & maxi-*

Google

mu peccantium pæna eſt peccaſſe. nec vllum ſcelus, licet illud Fortuna exornet muneribus ſuis; licet tueatur ac vindicet, impunitum eſt. quoniam ſceleris in ſcelere ſupplicium eſt. Sed nihilominus & hæc & illa ſecunda pæna premunt ac ſequuntur; timere ſemper & expaueſcere & ſecuritati diffidere. Egregia huic rei ſimilitudo jam citati Chryſoſtomi: Καθάπερ οἱ διὰ νυκτὸς ἀσελήνου βαδίζοντες τρέμουσι, κἂν μηδεὶς ὁ φοβῶν παρῇ, οὕτω καὶ οἱ τὴν ἁμαρτίαν ἐργαζόμενοι, θαῤῥεῖν οὐκ ἔχουσι, κἂν μηδεὶς ὁ ἐλέγχων ᾖ: *Quemadmodum qui nocte illuni ambulant, tremunt, etiamſi nihil ſit quod terreat: ſic & qui peccant, non poſſũt confidente animo eſſe, etiam ſi nemo ſit qui redarguat.* Primi generis pœnam expreſſit Plutarchus lib. de Sera Num. vind: Ἐγὼ μὲν, εἰ θέμις ἐστὶν εἰπεῖν, οὔτε τινὸς θεῶν οὔτε ἀνθρώπων δεῖσθαι κολαστοῦ νομίζω τοὺς ἀνοσιουργοῦντας, ἀλλὰ τὸν βίον αὐτῶν ἐξαρκεῖν ὑπὸ τῆς κακίας διεφθαρμένον ὅλον καὶ συντεταραγμένον: *Ego ſi fas eſt dicere, cenſeo ſceleſtos nullo neque Deo neque homine indigere qui ſupplicia ipſis imponat: ipſam ad hoc eorum exiſtimo ſufficere vitam, totam à prauitate corruptam atque conturbatam.* Nec opus arceſſere exempla. Vnus erit pro multis Imp. Tiberius, cuius hæc extat ad Senatum Epiſtola, Suetonij capite LXVII: *Quid ſcribam vobis Patres conſcripti, aut quomodo ſcribam, aut quid omninò non ſcribam hoc tempore? Dij me Deæq; peius perdant, quàm quotidie perire ſentio, ſi ſcio; &c.* Quibus interpretandis faciũt illa Taciti lib. VI: *Adeo facinora atq; flagitia ſua ipſi quoq; in ſuppliciũ verterant: Neque fruſtra præſtantiſſimus ſapientiæ firmare ſolitus eſt, ſi recludãtur tyrannorum mentes, poſſe aſpici laniatus & ictus; quando vt corpora verberibus, ita ſæuitiâ, libidine, malis conſultis animus dilaceretur. quippe Tiberium non fortuna, non ſolitudines, protegebant, quin tormenta pectoris ſuasque ipſe pœnas fateretur.* Grauiter. idemque erat, non dictum modo Platonis lib. x. de Republ. ſed & Pythagoræ apud Antonium Monach. tit. de Iuſtitiâ: Κακὰ μείζω πάσχει διὰ τοῦ συνειδότος ὁ ἀδικῶν βασανιζόμενος ἢ ὁ τῷ σώματι καὶ ταῖς πληγαῖς μαστιγούμενος: *Plus torquetur iniuriam faciens dũ in conſcientiâ cruciatur, quàm qui corpore plagas accipit & cæditur.* Idem volunt Senecæ iſthæc Epiſt. LXXXI: *Minimum ex nequitiâ leuiſſimumq; ad alios redundat. quod peſſimum ex illa eſt, & vt ita dicam, ſpiſſiſſimum domi remanet & premit habentem. Quẽadmodum Attalus noſter dicere ſolebat; Malitia ipſa maximam partem ſui bibit: Illud venenum quod ſerpentes in alienam perniciem proferunt, ſine ſuâ continent; non eſt huic ſimile. hoc habentibus peſſimum eſt. &c.* O bene! Eludant igitur qui volunt leges ſcriptas, imò pro imperij poteſtate etiam rideant; dummodò nunquam imponant conſcientiæ; coganturq; gemere cũm illo Petroniano: *Dij Deæq;, quàm malè eſt extra legem viuentibus! quicquid meruerunt ſemper expectant.* Parum hoc: addendum erat, *ſemper patiuntur.*

Nec

——Nec vulnera membris
Vlla ferunt. mens eſt quæ diros ſentiat ictus. Ouid IV. Metamorph.

Inclamat apud Horatium puer, Epod. VI:

Quin vbi perire iuſſus expirauero,
Nocturnus occurram furor:
Petamque vultus vmbra curvis vnguibus,
Quæ vis Deorum eſt Manium.
Et inquetis aſſidens præcordiis,
Pavore ſomnos auferam.

Minæ grandes, at & efficaces. ſtatim enim inuaditur reus ille: non ab effigie aliquâ infernali; ſed ab ipſo ſe, à Cōſcientiâ. à quâ omnes ei viſus obiiciuntur & quos meretur & quos metuit. Hæc eſt nimirū triplex illa Furia, *Quas facibus ſævis oculos atque ora petentes*
Noxia corda vident: —— Naſo X. Metamorph.

De quibus ſic pro Amerino Tullius: *Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis ſæpenumerò videtis, eos, qui aliquid impiè, ſceleratēq. cōmiſerint, agitari, & perterreri Furiarum tædis ardentibus. Sua quemque fraus & ſuus terror maximè vexat: ſuum quemque ſcelus agitat, amentiaque afficit: ſuæ malæ cogitationes, conſcientiæque animi terrent. Hæ ſunt impiis aſſiduæ, domeſticæq. penè furiæ.* Iterumque, tamquam ſi Roſcium ageret, aliâ actione totidem penè verſib. imò & verbis, & ſyllabis expreſſit, Oratione in Piſonem: *Nolite enim putare Patres conſcripti, vt in ſcenâ videtis, homines conſceleratos impulſu deorum terreri Furiarum tædis ardentibus. ſua quemque fraus, ſuum facinus, ſuum ſcelus, ſua audacia de ſanitate, ac mente deturbat. hæ ſunt impiorum furiæ, hæ flammæ, hæ faces.* Opportunè igitur iniuriā paſſos ſolemur Iuuenalis verſibus Sat. XIII:

——Cur tamen hos tu
Euaſiſſe putes, quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit
Occultum quatiens animo tortore flagellum?
Pœna autem vehemens, & multo ſævior illis
Quas & Caditius grauis invenit & Rhadamantus,
Nocte dieq. ſuum geſtare in pectore teſtem.

Nam quò maior vis eſt animi, quàm corporis, hoc ſunt grauiora ea quæ concipiuntur animo, quàm illa quæ corpore; vt bene inquit Cicero in Philippicis. Vnde non ſine ratione D. Chryſoſt. Homil. v. ad Timotheum II: Κἂν γὰρ εἰς αὐτὸν πυθμένα τῆς κακίας καταπέσωμεν, τὸ κριτήριον τοῦ νοῦ οὐ διαφθείρεται, ἀλλ' ἕστηκεν ἀδέκαστον, καὶ οὐδεὶς καλὸν εἶναι λέγων τὴν ἀδικίαν μετέρχεται, ἀλλὰ προφάσεις πλάττει, καὶ πάντα ποιεῖ, ὥστε κἂν διὰ ῥημάτων ἀποδύσασθαι τὸ ἔγκλημα:

Digitized by Google

κλῆμα: ἀλλ' οὐχὶ καὶ ἀπὸ τοῦ συνειδότος· ἐνταῦθα μὲν γὰρ καὶ κομψεία λόγων, δυνήσεται ἐπισκιάσαι τὸ δίκαιον: ἔνδον δὲ ἐν τῷ συνειδότι οὐδὲν τούτων γίνεται, οὐ πάρεισι κόλακες, οὐ πάρεστι χρήματα τὸ κριτήριον διαφθείροντα: φυσικῶς γὰρ ἡμῖν ἔγκειται τὸ κριτήριον παρὰ τοῦ θεοῦ. τὸ δὲ παρὰ τοῦ θεοῦ, οὐδὲν ἂν πάθοι τοιοῦτο: ἀλλὰ καὶ ὕπνοι ἀηδεῖς, καὶ φαντασίαι, καὶ συνεχῶς εἰς μνήμην ἐρχόμενον τὸ κακὸν, λυμαίνεται τὴν ἀνάπαυσιν ἡμῶν: *Quamlibet enim quis ad ipſa vitiorum profunda corruerit, animi iudicium numquam corrumpitur, atque inviolabile perſtat. nulluſq; eſt qui dum malum operatur, bonum id eſſe putet, ſed occaſiones fingit, & omnia facit: caterum ille, etſi verbis crimen fortaſſis diluat, conſcientiam tamen ipſe ſuam effugere nequaquam poterit. Nam hic quidem & oratio arguta, & callida, & inconſtantia principum, & aſſentatorum greges, ius fortè obnubere queant: intra verò conſcientiam nil horum admitti poteſt. non adulatores adſunt, non pecuniæ, quæ iudicia corrumpunt. inſitum quippe nobis eſt à Deo naturale iudicium. Id verò quum à Deo collatum ſit nihil eiusmodi patitur, ſed ipſi quoque ſomni inquieti & tetra rerum imagines, & iugiter animum cadens mali memoria, quietem intercipit noſtram.* Cuius voces primas egregiè munit auctor libri *de Pœnitentia*, extantis inter D Ambroſii opera: *Poteſt conſcius morte ſubduci; poteſt tibi ad tempus prodeſſe teſtis: conſcientia verò tecum ſupereſt, & ſine te non eſt. haret pectori, nec unquam te deſerit; & velut quadam pediſſequa nullo abs te temporis intervallo diſcedit: tenet te reum & in ſua ſemper ditione captivum. Si quando mentem tuā lætior ſecundarum rerum actus avocarit, & ſenſus tuos ceperit facti delectatione iucunditas; ſubitò te illa ſtimulat; illa medullitus pulſat & interpellat ſenſum, interrumpit gaudium, & totam pectoris regionem maſtis ſuſpiriis inquietat: & quaſi vulnerata opprobrio teneatur, non invenitur bonum remediū quo curetur. Semper enim offenditur cùm alius caſtigatur, & in alieno vulnere prima ipſa percutitur. Deinde vis noſſe quanta ſit ſeveritas conſcientiæ? Poteſt tibi conſcius auro corrumpi, poteſt pecunia comparari: conſcientia nihil corruptionis admittit, manet integrum eius teſtimonium tota fidei firmitate vallatum. Quin etiam adverſus conſcium conducitur patrocinium, & defenſionis ingenio argumenta verſutia conquiruntur; & teſtimonii veritas loquela impudentis calliditate pervertitur: Iudèx quoque redimitur, ut facti qualitas excuſetur. vacant hac omnia, ubi mentem conſcientia vulnerat &c.* At enim poſtremas oppidò confirmant iſta Plutarchi: Καὶ γὰρ ὄψεις ἐνυπνίων, καὶ φάσματα μεθημερινὰ, καὶ χρησμοὶ, καὶ καταιβασίαι, καὶ ὅ,τι δόξαν ἔσχεν αἰτίᾳ θεοῦ περαίνεσθαι, χειμῶνας ἐπάγει καὶ φόβους τοῖς οὕτω διακειμένοις: *Quippe ſomnia, & ſpectra diurna, oracula, de cælo ſervationes, & quidquid aliud divinitus obiici videtur, tempeſtatibus & terròribus percellit malè ſibi conſcios.* Iiſdem item ſùbſcribit optimus Satyrographorum Sermone XIII. verſu 220:

Digitized by Google

Nocte brevem ſi forte indulſit cura ſoporem,
Et toto verſata toro iam membra quieſcunt,
Continuò templum & violati Numinis aras;
Et quod præcipuè mentem ſudoribus urget;
Te videt in ſomnis &c.

Nihil horum negabit Nero, de cuius matricidio ſic Tranquillus capite XXIV: *Neque tamen ſceleris conſcientiam, quanquam & militum & Senatus, populique gratulationibus confirmaretur, aut ſtatim aut unquam poſtea ferre potuit; ſæpe confeſſus exagitari ſe maternâ ſpecie, verberibus Furiarum ac tedis ardentibus*. Deque eodem Tacitus lib. XV. Annal: *Cùm Veſtæ quoq; templum iniſſet, repente cunctos per artus tremens, ſeu Numine exterrente, ſeu facinorum recordatione nunquam timore vacuus &c.* Nihil Otho, qui teſte Suetonii capite VII: *Dicitur eâ nocte per quietem paveſactus, gemitus maximos edidiſſe: repertusq; à concurſantibus humi ante lectũ iacens &c.* Nihil Domitianus, cuius ſic meminit Xiphilinus: Καὶ αὐτὸς ἐν τῷ ὕπνῳ τόν τε Ῥούστικον ξίφει προσιέναι οἱ, καὶ τὴν Ἀθηνᾶν, ἣν ἐν τῷ κοιτῶνι ἱδρυμένην εἶχε, τὰ ὅπλα ἀποβεβληκέναι, καὶ ἐπὶ ἅρματος ἵππων μελάνων ἐς χάσμα ἐσπίπτειν ἔδοξεν: *Etiam ipſe per ſomnum vidit & Ruſticum ad ſe cum gladio accedere, & Minervam, quam in cubiculo ſtatuam collocatam habebat, arma proieciſſe, ſeque incidentem currui nigrorum equorum in hiatum quendam prolabi*: Nihil Pentapolitanæ Libyæ rector, Iudæorum inſignis carnifex, qui teſtante Ioſepho libro & capite ultimo Ἁλώσεως: Νόσῳ καταληφθεὶς πολυτρόπῳ, καὶ δυσιάτῳ χαλεπῶς ἀπαλλάττει, οὐ τὸ σῶμα μόνον κολαζόμενος, ἀλλ' ἦν ἡ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ νόσος βαρυτέρα. δείμασι γὰρ ἐξεταράττετο, καὶ συνεχῶς ἀνεβόα, βλέπειν εἴδωλα τῶν ὑπ' αὐτοῦ πεφονευμένων ἐφεστηκότα, καὶ κατέχειν ἑαυτὸν οὐ δυνάμενος, ἐξήλλατο τῆς εὐνῆς, ὡς βασάνων αὐτῷ καὶ πυρὸς προσφερομένων: *Multiplici morbo & inſanabili correptus, acerbiſſimè tortus eſt, non corporis tantum cruciatum ſuſtinens: ſed erat ei maior animi morbus & gravior. Terroribus enim expaveſcebat, & crebrò videbat ſibi inſtantes vmbras eorum quos peremerat, & clamitabat. Cumque ſe tenere non poſſet exiliebat ſtratis, tanquam tormentis ſibi & flammis adhibitis.* Nihil Gallus, de quo prodit Marcellinus lib. XIV: *Inter hæc tamen per inducias naturæ quieſcentis, ſauciabantur eius ſenſus circumſtridentium terrore larvarum: interfectorumque caterva, Domitiano & Montio præ viis, correptum eum, vt exiſtimabat, in ſomnis vncis furialibus obiectabant.* Nihil Feſtus, qui cùm Philoſophum Maximum ſupplicio affeciſſet; Τὸν Μάξιμον ἔφασκε τραχηλάγχην ἐπιλαβόμενον, ἕλκειν αὐτὸν εἰς τὸν ᾅδην ὡς δικασόμενον ἐπὶ τοῦ Πλούτωνος: *Dicebat Maximum numellâ collo iniectâ viſum fuiſſe ipſum ad Orcum pertrahere ſiſtendum Plutonis iudicio*, vt recenſet Eunapius in vitâ Maximi. Quibus exemplis firmatur opinio Quintiliani.

cenſentis Declamatione CCCXIV: *Nec tamen illa mihi vana quorundam videtur eſſe perſuaſio, qui credunt non extrinſecus has Furias venire, nec vllius Deorum impulſu hanc mortalibus incidiſſe dementiam; ſed naſci intus: conſcientiam eſſe, quæ torqueat; animum eſſe qui vrat. Iterum gratulor. benè hercle factum eſt; quod etiamſi omnes fefellerimus, effugere non poſſumus nos.* Hinc defenſio illa Philotæ apud Curtium lib. VI: *Gravi ſopore acquieſcebam; cum me malis meis indormientem, inimici vinciendo excitarūt. vnde & parricidæ & prodito tam alti quies ſomni? Scelerati, conſcientiâ obſtrepente, cùm dormire non poſſint, agitant eos Furiæ, non conſummato modò ſed & cogitato parricidio.* Cui & aſſentiuntur iſta Dionyſij loquentis de ſeruilis coniurationis auctoribus lib. V. Antiquit. Rom: Ἐφίσαντο γὰρ αὐτοῖς ὅτε κοιμηθεῖεν, ὄψεις ὀνείρων φοβεραὶ, τιμωρίας ἐπαπειλοῦσαι μεγάλας, εἰ μὴ παύσαιντο καὶ ἀποστραῖεν τῆς ἐπιθέσεως· διώκεσθαί τε ὑπὸ δαιμόνων τινῶν, καὶ παίεσθαι, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύττεσθαι, καὶ ἄλλα πολλὰ σχέτλια πάσχειν πλουτῶντες ἐδόκουν· ὑφ' ὧν περίφοβοι καὶ τρόμῳ παλλόμενοι διηγείροντο, καὶ οὐδὲ καθεύδειν διὰ ταῦτα τὰ δείματα ἐδύναντο: *In ſomniis enim obverſabantur eis horribiles quædam ſpecies, intentantes pœnas atroces niſi cœpto deſiſterent: videbanturq; ſibi exagitari à quibusdam furiis & verberari, tandem etiam oculis orbari, multiſque aliis ſuppliciis miſerum in modum affici, ita vt terrore ac tremore excitarentur, ac ne ſomnum quidem præ huiusmodi terriculamentis poſſent capere.* Quare non poëtam agit Lucanus, ſed hiſtoricum, vbi poſt Pharſalicam cladem inquit, lib. VII:

Exigit à meritis triſteis victoria pœnas.
Sibilaq; & flammas infert ſopor. vmbra perempti
Civis adeſt: ſua quemq; premit terroris imago.
Ille ſenum vultus; iuvenum videt ille figuras:
Hunc agitant totis fraterna cadavera ſomnis.
Pectore in hoc pater eſt: omnes in Cæſare manes.
Haud alios nondum Scythicâ purgatus in arâ
Eumenidum vidit vultus Pelopêus Oreſtes:
Nec magis attonitos animi ſenſere tumultus,
Cùm fureret Pentheus, aut cùm deſciſſet Agave.
Hunc omnes gladij, quos aut Pharſalia vidit,
Aut vltrix viſura dies, ſtringente Senatu,
Illa nocte premunt: hunc infera monſtra flagellant.
Heu quantum pœna miſero mens conſcia donat,
Quòd Styga, quòd manes, infeſtaq; tartara ſomnis
Pompeio viuente videt!

Nec ſine cauſa præmonet lib. I: Eleg IX. Tibullus:

πολλάκις καὶ ἀφανέσιν ἀνθρώποις, ὡς καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ψυχῆς παθῶν τε καὶ νοσημάτων καὶ ἀῤῥωστημάτων· τὴν δὲ ἐπὶ πλέον εὐλάβειαν καὶ προσαύξησιν οὐ λαμβάνει, ἀλλ' οἷα πυρὸς οὐσία σπάνει ὕλης ἀμαυροῦται: καὶ περιφέρεται ἐν τοῖς μεγάλοις. χρυσοῦς ὡς ἔφην, ἔχουσι τοῦ κακοῦ πλούτους καὶ δόξας καὶ ἡγεμονίας, ὧν ὑποπλησθέντες καθάπερ οἱ πολὺν ἄκρατον ἐμφορησάμενοι, μεθύουσι καὶ ἐμπαροινοῦσι δούλοις ὁμοῦ καὶ ἐλευθέροις, ἔστι δὲ ὅτε καὶ ὅλαις πόλεσι. τίκτει γὰρ κόρος ὕβριν, ὡς ὁ τῶν παλαιῶν λόγος: *Arrogantiam ſuperbiamq́; multi amplectuntur pro virtutibus, præſertim quotquot opibus extolluntur atque honoribus. nam arrogantia ſæpe naſcitur etiam in contemptis & obſcuris hominibus, ſicut cetera perturbationes & ægritudines; ſed nõ poteſt in his creſcere; quia, ſicut ignis abſq́; foměto deficit: & ad magnates demigrat, quibus vt dixi largè opes honoresq́; ſuppetunt: atq́; ita dulci fortunâ ebrij debacchantur in ſervos ac ingenuos interdum & in ciuitates integras. ſaturitas enim parit ferociam, vt eſt in veteri prouerbio.* Nec mirum. nam vt cenſet Dio Caſſius lib. XLIV: τὸ ὑπερβάλλον τῶν τε τιμῶν καὶ τῶν ἐπαίνων χαυνοτέρους πως καὶ τοὺς πάνυ σώφρονας, ὥστε κἀκ τῶν ἐπαίνων ἀληθῶς γίγνεσθαι δοκῶσι, ποιεῖ: *Immoderati honores laudesq́;, leuitatem animi etiam modeſtiſſimo cuiq́; afferunt; vt ſe iam tales eſſe, quales prædicantur, exiſtiment.* Vnd non ſine ſumma ratione Sulpitius Seuerus Dialogo I. cap. XIV: *Quis noſtrum eſt, quem ſi vnus homunculus humilis ſalutauerit, aut fatuis atq́; adulantibus verbis femina vna laudauerit, non continuò elatus ſit ſuperbiâ, non ſtatim inflatus ſit vanitate? vt etiamſi non habeat cõſcientiam ſanctitatis, tamen quia vel ſtultorum adulatione, aut fortaſsis errore ſanctus eſſe dicatur, ſanctiſſimum ſe putabit.* Et iſtud quidem tantò fit procliuius, quod eo ſimus ingenio quo depingimur Senecæ cap. I. de Tranquill. animi; *Non eſt quod nos magis alienâ iudices adulatione perire, quàm noſtrâ. Quis ſibi verum dicere auſus eſt? quis non inter laudantiũ blãdientiumque poſitus greges, plurimum tamen ſibiipſi adſentatus eſt?* Ab hoc fonte, vt prodidit præter alios Curtius lib. VIII; *Alexander Magnus, Iouis filius non dici tantum, ſed etiam credi volebat; tanquam perinde animis imperare poſſet ac linguis. itaque more Perſarum Macedonas venerabundos ipſum ſalutare, proſternentes humi corpora.* Et ex ipſius Alexandri ſinu producuntur Plutarcho Orat. altera de Fortuna Alex: Κλεῖτος ἐν Ἀμοργῷ τρεῖς ἢ τέτταρας Ἑλληνικὰς ἀνατρέψας τριήρεις, Ποσειδῶν ἀνηγορεύθη, καὶ τρίαιναν ἐφόρει. Δημήτριος δὲ, ᾧ τῆς Ἀλεξάνδρου δυνάμεως ἡ τύχη σμικρὸν ἀποσπάσασα προσέθηκε, καταιβάτης καλούμενος ἐπήκουε, καὶ πρέσβεις πρὸς αὐτὸν οὐκ ἔπεμπον, ἀλλὰ θεωροὺς αἱ πόλεις, καὶ τὰς ἀποκρίσεις, χρησμοὺς προσηγόρευον. Λυσίμαχος τὰ περὶ Θρᾴκην, ὥσπερ ἐσχατιάς τινας τῆς βασιλείας κατασχὼν, εἰς τοσοῦτον ὑπεροψίας ἔφθασε καὶ θρασύτητος, ὥστε εἰπεῖν· Νῦν Βυζάντιοι πρὸς ἐμὲ ἥκουσιν, ὅτε τῇ λόγχῃ τοῦ οὐρανοῦ ἅπτομαι. παρὼν δὲ Πασιάδης ὁ Βυζάντιος, Ὑπάγωμεν (ἔφη)

(ἔφη) μὴ τῇ ἐπιδορατίδι τὸν οὐρανὸν τρυπήσῃ. καὶ τί ἂν περὶ τούτων λέγοι τις οἷς ἐξῆν δι' Ἀλέξανδρον μέγα φρονεῖν, ὅπου καὶ Κλέαρχος Ἡρακλείας τύραννος γενόμενος, σκῆπτρον ἐφόρει, καὶ τῶν υἱῶν ἕνα, Κεραυνὸν ὠνόμασε; Διονύσιος δὲ ὁ νεώτερος, Ἀπόλλωνος υἱὸν ἑαυτὸν ἀνηγόρευσεν, ἐπιγράψας, Δωρίδος ἐκ μητρὸς Φοίβου κοινώμασι βλαστών. ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ τῶν μὲν πολιτῶν μυρίους, ἢ καὶ πλείους, ἀνελών, προδοὺς δὲ τὸν ἀδελφὸν ὑπὸ φθόνου τοῖς πολεμίοις, οὐκ ἀναμείνας δὲ τὴν μητέρα, γραῦν οὖσαν, ὀλίγαις ἡμέραις ἀποθανεῖν ὕστερον, ἀλλ' ἀποπνίξας, ἐν δὲ τραγῳδίᾳ γράψας αὐτός, Η γὰρ τυραννὶς ἀδικίας μήτηρ ἔφυ· ὅμως τῶν θυγατέρων τὴν μὲν, Ἀρετὴν τὴν δὲ, Σωφροσύνην ὠνόμασεν, τὴν δὲ, Δικαιοσύνην. οἱ δὲ Εὐεργέτας, οἱ δὲ Καλλινίκους, οἱ δὲ σωτῆρας, οἱ δὲ μεγάλους ἀνηγόρευσαν ἑαυτούς: *Clitus, cū apud Amorgum tres vel quatuor Græcas triremes ſubvertiſſet, Neptuni cognomen accepit, & tridentem geſtauit. Demetrius, cui Alexandreæ potentiæ paruā Fortunæ portiunculam contulerat, paſſus eſt ſe Catabatem (tanquam deum qui in terras deſcendiſſet) appellari, & ab vrbibus ad eum non legati ſed conſultores numinis mittebantur, reſponſaq́ ipſius, oracula dicebantur. Lyſimachus Thraciam, quaſi extremos regni Alexandrei fines, adeptus, eò ſuperbiæ & ferociæ proceſſit, vt diceret: Nunc ad me veniunt Byzantij cùm haſtâ cælum tango: cùm quidem Paſiades Byzantius, tunc præſens, Abeamus hinc, inquit, ne cuſpide cælum perforet. Et quid de iis dicam, quibus licuit propter Alexandrum altos ducere ſpiritus? quando Clearchus etiam occupatâ Heraclea tyrannide ſceptrum geſſit, & filiorum vnum Ceraūni (quæ vox fulmen ſignificat) nomine affecit. Dionyſius verò iunior Apollinis ſe filium prædicavit hac inſcriptione:*

Dorica quem genuit Phœbeo ſemine mater.

Pater huius, cùm civium CCIↃↃ. *aut amplius interfeciſſet, fratrem ob invidiam hoſtibus prodidiſſet, matrem vetulam, paucis poſt diebus morituram exitum præſtolari non ſuſtinens, ſuffocaſſet, atque in tragœdiâ ipſe ſcripſiſſet,*

Tyrrannis iniuſticiæ ipſa mater eſt:

tamen filiabus Virtutis, Pudicitiæ, Iuſtitiæ nomina impoſuit. Alij Euergetâs, id eſt benefactores, alij Callinicos, id eſt pulcras victorias conſecutos, alij Soteras hoc eſt ſervatores, alij Magnos ſe denominauerunt: Hinc & de Caligulâ in vitâ eius Tranquillus cap. XXII: *Admonitus & Principum & Regum ſe exceſſiſſe faſtigium, diuinam ex eo maieſtatem aſſerere ſibi cæpit, &c.* De Agrippâ verò ludos celebrāte pro ſalute Cæſaris memorat Ioſephus lib XIX. Antiq. cap. vltimo: Δευτέρᾳ δὴ τῶν θεωριῶν ἡμέρᾳ στολὴν ἐνδυσάμενος ἐξ ἀργύρου πεποιημένην πᾶσαν, ὡς θαυμάσιον ὑφὴν εἶναι, παρῆλθεν εἰς τὸ θέατρον ἀρχομένης ἡμέρας. ἔνθα ταῖς πρώταις τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων ἐπιβολαῖς ὁ ἄργυρος καταυγασθεὶς, θαυμασίως ἀπέστιλβε μαρμαίρων τι φοβερόν, καὶ τοῖς εἰς αὐτὸν ἀτενίζουσι φρικῶδες. εὐθὺς δὲ οἱ κόλακες τὰς οὐδὲ ἐκείνῳ πρὸς ἀγαθοῦ, ἄλλος ἄλλοθεν

K

ἀνεβόων, θεὸν προσαγορεύοντες, εὐμενής τε εἴης ἐπιλέγοντες, εἰ καὶ μέχρι νῦν ὡς ἄνθρωπον ἐφοβήθημεν, ἀλλὰ τουντεῦθεν κρείττονά σε θνητῆς φύσεως ὁμολογοῦμεν. οὐκ ἐπέπληξε τούτοις ὁ βασιλεὺς, οὐδὲ τὴν κολακείαν ἀσεβοῦσαν ἀπετρέψατο: *Eius celebritatis die ſecũdâ proceſſit manè in theatrum amictus veſte totâ ex argẽto mirabili opere contextâ; quæ radiis exorientis ſolis perculsâ, & diuinum quendã fulgorem emittens, venerationem cum horrore excutiebat ſpectãtibus: moxq; adulatores pernicioſi aliùs aliunde acclamantes Deum conſalutabant; rogãtes vt faueret propitius. hactenus enim vt hominem reueritos, nunc agnoſcere & fateri in eo quiddã mortali naturâ excellentius. hanc impiam adulationem ille nec caſtigauit, nec repulit*. Iure itaq; extulit Satyra IV. Iuuenalis: —— *Nihil eſt quod credere de ſe*
Non poſſit cùm laudatur Diis æqua poteſtas.

Quod ipſum tamen itá intelligendum videtur, quemadmodum & priora omnia; eſſe quidem huiuſmodi philautiam proceribus vt magnificentiſſimè de ſe ſentiri velint per orbem, ſed non vt & ipſimet ita ſentiant: hoc eſt, vt ſe id eſſe putent, quod non ſunt, non erunt. Eo enim admiſſo, priuaueris ſenſu communi. quo quid turpius? Quin imò veriſſimè Plutarch. titulo de Diſcrim. Adul. & Amici: Ἡ γὰρ οἴκοθεν κρίσις ἀντιμαρτυροῦσα, καὶ μὴ προσδεχομένη τὸν ἔπαινον, ἀπαθής ἐστι καὶ ἄθικτος, καὶ ὑπὸ τοῦ κολακεύοντος ἀνάλωτος: *Interim enim iudicium animi noſtri laudi reclamans, eamq; non admittẽs, nullo affectu trahitur aut mouetur. neq; poteſt ab aſſentante corrumpi.* Nec mẽdax dictum Plinij ad Traianum: *Alius fortaſſe alium; ſe nemo deceperit: introſpiciat modò vitam, ſeq; quid mereatur interroget.* Et huc ſpectabat vox Alexandri Magni prodita Curtio lib. VIII: *Vtinam Indi quoq; Deum eſſe me credant. Famâ enim bella conſtant: & ſæpe etiam, quod falsò creditum eſt, veri vicem obtinuit.* Quare aſſeueratè Tacit. lib. IV. Annal. *Nec occultum eſt quando ex veritate, quando adumbratâ lætitiâ facta Imperatorum celebrẽtur.* Et lib. priore: *Intellexit hæc Tiberius vt erant magis, quàm vt dicerentur.* Eaq; propter ſui oblitus idem videri poteſt in Agricolæ vitâ, vbi eſt: *Satis cõſtat lecto teſtamẽto Agricolæ, quo coheredem optimæ vxori & piiſſimæ filiæ Domitianum ſcripſit, lætatũ eum velut honore iudicioq;: tam cæca & corrupta mens aſſiduis adulationibus erat; vt neſciret à bono patre non ſcribi heredem niſi malum principem.* Imò, imò ſciuit, ſed diſſimulauit ſcire: ſciuit, inquam, neq; hoc ſolum, ſed etiam toto ipſius ferè imperio, ſæculum fuiſſe, *Male facere Imperatori, ac Benè audire.* Quod idem Tiberiano item imperio prudẽter impingit idem Cornelius fine lib. XIV: *Quæq; rerum ſecundarum olim, tum publicæ cladis inſignia fuere.* Perſuaſum igitur ſit & nobis; vbi Princeps peſſimus laudatur pro optimo, venire ei ſtatim in mente fabulam anus Siculæ de quâ his verbis Val. Max. lib. VI. cap. II: *Senectutis vltimæ quædam, Syracuſanis omnibus, Dionyſii tyranni exitũ, propter nimiam morum acerbitatem, & intolerabilia onera votis expetentibus, ſola quotidie matutino tẽpore deos, vt incolumis ac ſibi ſuperſtes eſſet, orabat. Quod*

-*ubi is cognouit, indebitam ſibi admiratus beneuolentiam, accerſit eam, & quid ita hoc, aut quo ſuo meritò faceret, interrogauit. Tum illa, Certa eſt, inquit, ratio propoſiti mei. puella enim, cum grauem tyrannum haberemus, carêre eo cupiebā: quo interfecto, aliquantò tetrior arcem occupauit. Eius quoq; finiri dominationē magni æſtimabam: tertium te ſuperioribus importuniorem habere cœpimus rectorē. Itaq; timens, ne ſi tu fueris abſumptus, deterior in locum tuum ſuccedat, caput meum pro tua ſalute deuoueo.* Quin, quàm magis omnia examino, tam magis videntur abhorrere ab huiuſmodi fictis præconiis reges mali; minimè eius neſcii, quod extat apud Dionē lib. LVIII: Πᾶν ὃ ἄν τις παρὰ τὴν ἀλήθειαν ἐπὶ κολακείᾳ ποιῇ ὑποπτεύεται: *Omne id quod præter veritatē adulandi cauſsâ fit, in ſuſpicionē incurrit.* Quiq; norint itē ex vero dictū Libanio Epiſt. ad Maximū: *Sicut iniuſta infamia in laudem; ita falſa laus in infamiā conuerti ſolet.* Cui quadrat iſtud Dionis Chryſoſt. Orat. L: Τὸ δὲ ἐγκώμιον τοῦτο, ἐὰν φανῆτε ἀνόμοιοι τοῖς λεγομένοις, οὐχ ὑμέτερός ἐστιν ἔπαινος, τοῦτο δὲ εἰπόντος κατηγορία: *Encomiū hoc, ſi dictis videamini diſſimiles, nō veſtra laus eſt, ſed dicētis accuſatio.* Breuiusq; è Symmacho Sidonius lib. VIII. Epiſt X: *Vt vera laus ornat, ita falſa caſtigat.* Exēpla huius rei ſuppetit Macrobius lib. VII. Saturn. c. III: *Sunt ſcommata quæ in ſuperficię habent ſpeciem contumeliæ, ſed interdum nō tangunt audientes, cùm eadē, ſi obnoxio dicantur exagitent: vt contrà ſunt quæ ſpeciē laudis habent, & perſonā audientis efficiant contumeliæ plenā. De priore genere prius dicā. L. Quintius prætor de prouinciā nuper reuerterat obſeruatā (quod mireris Domitiani tēporibus) prætura maximā caſtitate. is cū æger aſsidēti amico diceret frigidas ſe habere manus: renidēs ille ait; Atquin eas de prouinciā calidas paulò ante reuocaſti. riſit Quintius delectatusq; eſt; quippe alieniſſimus à ſuſpicione furtorum. Contrà ſi hoc diceretur male ſibi conſcio & ſua furta recolenti, exacerbaſſet auditum. Critobulū famoſæ pulchritudinis adoleſcentem Socrates cùm ad comparationē formæ prouocaret; iocabatur, non irridebat. Certè ſi dicas conſummatarum diuitiarū viro; tibi excito creditores tuos: Aut ſi nimis caſto; gratæ ſunt tibi meretrices, quia cōtinuā eas largitate ditaſti: vterq; delectabuntur, ſcientes his dictu ſuam conſcientiam non grauari. ſicut contrà ſunt quæ ſub ſpecie laudis exagitāt: nā ſi timidiſſimo dixero; Achilli vel Herculi comparandus es: aut famoſæ iniquitatis viro; ego te Ariſtidi in æquitate præpono; ſine dubio verba laudem ſonantia, ad notam vituperationis ſuæ vterq; tracturus eſt.* Hęc lōgęvus ille è Sympoſ. Plutarchi lib. II. Quæſt. II. è quo libet tranſcribere hęc paucula: Οἱ τὰ χρηστὰ τῶν πραγμάτων τοῖς λοιδορουμένοις ὀνόμασι μετὰ παιδιᾶς καλοῦντες ἂν ἐμμελῶς ποιῶσιν, αὐτῶν μᾶλλον εὐφραίνουσι τῶν ἀπ' εὐθείας ἐπαινούντων. καὶ γὰρ δάκνουσι μᾶλλον οἱ διὰ τῶν εὐφήμων ὀνειδίζοντες, ὡς οἱ τοὺς πονηροὺς Ἀριστείδας, καὶ τοὺς δειλοὺς Ἀχιλλεῖς καλοῦντες: *Qui bonas res per iocū nominibus probroſis adficiunt, id ſi accuratè agant, magis delectant quàm qui apertè laudant. ſicut magis etiam mordent, qui honeſtis nominibus in conuitiando vtuntur: vt qui improbos Ariſtidæ, timidos Achillis nomine appellant.*

Notum iſtud Adulatoribus: itaq; ſi res eis cũ homine paulò cordatiore; haud aliter videas ſudare quàm ſi lupum tenerent auribus. Viuidè hanc imaginem excepit Tacitus lib. I. Hiſtor: *Coacto verò in Curiam Senatu; arduus rerum omnium modus, ne contumax ſilentium, ne ſuſpecta libertas. & priuato Othoni nuper, atq; eadem dicenti, nota adulatio. Igitur verſare ſententias, & huc atque illuc torquere &c.* Et ne ſic quidem effugiunt indignationem eius cui ſe ſubſternunt. Quid enim non putemus clam de iſtis cenſere reges, quos palam ſatis contumelioſè excipiunt? Habemus in Tacito lib. Annal. III: *Memoria proditur Tiberium quoties Curiâ egrederetur, Græcis verbis in hunc modum eloqui ſolitum*: O HOMINES AD SERVITVTEM PARATOS! *Scilicet etiam illum, qui libertatem publicam nollet, tam proiecta ſeruientium patientium tædebat.* Sed & extat in Athenæo lib. VI. citata è Democharis lib. XX. Hiſtoriarum, vox Demetrij Poliorcetis, indignantis atque aſſerentis: ὅτι οὐδεὶς ἐπ' αὐτοῦ Ἀθηναίων γέγονε μέγας καὶ ἀδρὸς τὴν ψυχήν: *Neminem inuentum ipſius ætate ex omnibus Athenienſibus virum magnum, & generoſi animi.* Proinde qualicunque Principis ori conuenit ſermo quam pulcræ Imagini attribuit Lucianus ὑπὲρ τῶν εἰκόνων: Οὐδὲ ἄλλως μὲν χαίρω τοῖς κολακικοῖς τῶν τρόπων, ἀλλά μοι δοκοῦσιν οἱ τοιοῦτοι, γόητες εἶναι, καὶ ἥκιστα ἐλεύθεροι τὴν φύσιν. ἐν δὲ τοῖς ἐπαίνοις μάλιστα, ὅταν τις ἐπαινῇ με. φορτικὰς καὶ ὑπερμέτρους ποιούμενος τὰς ὑπερβολάς, ἐρυθριῶ τε, καὶ ὀλίγου δεῖν ἐπιφράττομαι τὰ ὦτα, καὶ τὸ πρᾶγμα, χλεύῃ μᾶλλον, ἢ ἐπαίνῳ ἐοικέναι μοι δοκεῖ. μέχρι γὰρ τοῦδε οἱ ἔπαινοι ἀνεκτοί εἰσιν, ἐς ὅσον ἂν ὁ ἐπαινούμενος γνωρίζῃ ἕκαστον τῶν λεγομένων προσὸν ἑαυτῷ· τὸ δὲ ὑπὲρ τοῦτο, ἀλλότριον ἤδη, καὶ κολακεία σαφής. καί τοι πολλοὺς οἶδα, ἔφη, χαίροντας, εἴ τις αὐτοὺς ἐπαινῶν, καὶ ἃ μὴ ἔχουσι, προσάπτοι τῷ λόγῳ, οἷον, εἰ γέροντας ὄντας εὐδαιμονίζοι τῆς ἀκμῆς, ἢ ἀμόρφοις οὖσι τὸ Νιρέως κάλλος, ἢ τὸ Φάωνος περιθείη· οἴονται γὰρ ὑπὸ τῶν ἐπαίνων ἀλλαγήσεσθαι σφίσι καὶ τὰς μορφάς, καὶ αὐτοὶ ἀνηβήσειν αὖθις, ὥσπερ ὁ Πελίας ᾤετο, τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει. πολλοῦ γὰρ ἂν ὁ ἔπαινος ἦν τίμιος, εἴ τι καὶ ἔργον αὐτοῦ ἀπολαῦσαι δυνατὸν ἦν, ἐκ τῆς τοιαύτης ὑπερβολῆς. νῦν δὲ ὅμοιόν μοι δοκοῦσιν, ἔφη, πάσχειν, ὥσπερ ἂν εἴ τινι ἀμόρφῳ προσωπεῖον εὔμορφον ἐπιθείη τις φέρων· ὁ δὲ μέγα ἐπὶ τῷ κάλλει φρονοίη, καὶ ταῦτα. περιαιρετῷ ὄντι, καὶ ὑπὸ τοῦ τυχόντος συντριβῆναι δυναμένῳ, ὅτε καὶ γελοιότερος ἂν γένοιτο, αὐτοπρόσωπος φανείς, οἷος ὤν, ὑφ' οἵῳ κέκρυπτο. ἢ καὶ νὴ Δί᾽ εἴ τις ὑποδησάμενος κοθόρνους, μικρὸς αὐτὸς ὤν, ἐρίζοι περὶ μεγέθους τοῖς ἀπὸ ἰσοπέδου ὅλῳ πήχει ὑπερέχουσιν: *Neq; alias quidem hominibus ad aſſentandum eruditis gaudere ſoleo, ſed qui ſunt eiuſmodi; ſubdoli præſtigiatores mihi eſſe videntur, ac minimè naturâ liberi. Cæterùm in laudibus quoties quiſpiam præter modum me extulerit, moleſtus ac immoderatis amplificationibus attollens atq; exaggerans omnia, pudore quodam afficior, nec parùm abeſt quò minùs ferè ſemper aures obſtruere ſoleam. Eaq; res ſubſannatione*

natione magis & riſu quàm laude mihi digna videtur. Eatenus enim laudes tolerabiles atque ferendæ ſunt, quatenus ille qui laudatur, ſibi conſcius eſt ab his quæ dicuntur, ſe non diſcrepare, ſed parem eſſe encomio. Quodcumq; ſuper hoc additum fuerit, alienum eſt, & apertæ aſſentationis ſuſpicione non carebit. Atqui ego permultos novi, inquit, quibus voluptati eſt, ſi quis eos laudibus cohoneſtans, etiam ea oratione adiecerit, à quibus longè lateq; alieni ſunt: veluti ſi quis confectæ ætatis vetulos ob iuuenilium annorum vigorem felices pronunciauerit: aut illis qui informi ſunt corpore, Nirei aut Phaonis adiungat pulchritudinem. Siquidem arbitrantur immodicis laudum teſtimoniis ſuas formas immutatum iri, & ſenem denuò repubeſcere. quâ in opinione Peliam quoque fuiſſe non ſum ignara. Hoc verò longè ſecus ſe habet: nam laus res eſſet quantivis precij, ſi illâ quoque re perinde frui poſſemus ex eiuſmodi dementiente ſuperiectione. Iam verò tale quiddam mihi pati videntur, inquit, ita falsò laudati, ac ſi quis cuipiam turpi facie atque deformi, larvam admodum venuſtam afferens apponat; porrò ille ob pulchritudinem ſibi vehementer placeret, præſertim cùm hæc ab illo auferri poſſit, & ab occurrente comminui: unde maiori quoque riſu ſubſannandus foret, natiua facies deformitate detectâ, quam adſcititiâ formâ occultauerat. aut per Iovem, ſi quis puſillâ ſtaturâ exiſtens, indutis cothurnis ſuper magnitudine contendat cum iis qui toto cubito ex æquo illi collati eum excederent &c. Verba egregia. quibus tamen addi queant iſthæc Agathiæ ex Procœmio hiſtoriæ Iuſtinianeæ: Τοὺς μὲν γὰρ ἔτι περιόντας εἴτε βασιλεῖς εἶεν εἴτε καὶ ἄλλως ἐπίσημοι, οὐ μόνον τῇ ἀφηγήσει τῶν ἐξειργασμένων ἐγκωμιάζουσιν (ἦ γὰρ ἂν ὀλίγα ἡμάρτανον) ἔνδηλοι δὲ ἅπαν[illegible]ονται, ὅτι δὴ αὐτοῖς οὐδὲν τι ἄλλο διεσπούδασται, ἢ μόνον ἐπαινεῖν τε καὶ ἀγάσθαι καὶ ὑπὲρ τὸ ἀναγκαῖον. τοὺς δὲ ἤδη τεθνηκότας ὁποῖοί τινες καὶ ἐτύγχανον ὄντες, ἢ κακίστους ἀποκαλοῦσι, καὶ τὰ κοινὰ λυμηναμένους, ἢ τό γε οὐκ ἔλαττον δεινὸν, καταλιγωροῦσιν αὐτῶν, ὡς μηδὲ μνήμης τινὸς μεταδιδόναι. ταύτῃ τε οἴονται τὰ παρόντα εὖ τιθέναι. καὶ τὸ ἀεὶ κρατοῦν ἐκθεραπεύοντες, ὠφελήσειν σφίσι μέγιστα, κακῶς ἐπιστάμενοι ὡς καὶ αὐτοὺς δὴ τούτους πρὸς αὐτῶν ἐπαινουμένους οὐ μάλα τὰ τοιάδε ἀρέσκει. λογιζομένους ὡς οὐχ ἱκανὸν ἐστι τὸ τῆς κολακείας ἀρίδηλον, τὴν περὶ αὐτῶν δόξαν βεβαιῶσαι: *Eos enim qui adhuc in viuis ſunt, ſiue reges, ſiue alioqui viros illuſtres, non ſolùm commemoratione rerum geſtarum laudant, tametſi interdum lapſi ſint: ſed omnibus conſpicuum faciunt, nihil aliud ipſos operam dediſſe, quàm vt laude admirationeq; quos volunt proſequantur, vltra quàm par eſt; eos verò qui iam è viuis exceſſerunt, quales fuerunt, aut peſſimos vocant, & rerum publicarum vaſtatores; aut, (quod vtique minus grave eſt) ita eos contemnunt, vt ne memoriâ quidem vllâ dignentur: atq; ita ſeſe rem præſentem optimè curaſſe exiſtimant, ſemperque potentioribus aſſentantes priuatis ſuis commodis conſuluiſſe; non ſatis intelligentes quod ne ipſis quidem quos laudibus extulerunt hæc*

Digitized by Google

talia admodum placeant : reputantibus ſcilicet , manifeſtam illorum adulatio-nem parum firmum eſſe gloriæ exiſtimationiſq́ ipſorum ſtabilimentum. Imò, mi Agathia, parũ hoc eſt. Fit Tullij illud Verrinâ VI: *Tantus gemitus factus eſt aſpectu ſtatuæ & commemoratione, vt illud in curiâ poſitum monumentum ſcelerum non beneficiorum videretur, &c.* Fit. Verùm quid opus congeſtione teſtimoniorum in ſententiâ decantatâ? Claudat potius caput Iſidori monitum, lib. de contemptu mundi: *Non ideo te bonum exiſtimes, ſi bonus prædiceris. in alienâ linguâ conſcientiam tuam interroga. diſcerne te tuo, non alieno iudicio: neq́ ex aliorum ſermone, ſed ex tuâ mente te metire. Nemo magis ſcire poteſt quid ſis, quàm tu qui conſcius tibi es. Quid enim prodeſt, dum malus es, ſi bonus prædiceris?*

Facinorum recordatione, nunquam timore vacuus. Lib. XV. Annal.

LOQVITVR de pædagogo quodam nequam Syneſius Epiſt. XXXII: Ἑρμῇ μὲν γὰρ καὶ Ἡρακλεῖ, τοῖς παλαίστρας ἐφόροις, οὐδὲ κατὰ μικρὸν πρέπει. Κοτυττοῖ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀττικοῖς κονιοσάλοις νεωκορεῖ· καὶ εἰ δή τινές εἰσι τούτου τοῦ κόμματος ἕτεροι δαίμονες, ἅπασιν αὐτοῦ μέλει, καὶ τούτων αὐτός. δίκην μὲν οὖν ἑτέραν, οὐκ ἂν λάβοιμι παρ' αὐτοῦ. ἀποχρῶσα γὰρ ἡ πονηρία δίκη τῷ πονηρῷ: *Mercurio quidem & Herculi, paleſtræ præfectis, ne minimâ quidem ex parte congruit. Cotytto autem, aliisque Atticis dæmonibus ædituum gerit, & ſi qui ſunt alij huius monetæ dæmones, omnes illius curam habent, & hic illorum. Pœnam ſanè aliam non ſumpſerim ab eo nam malicia ſufficiens pæna eſt malo.* Quæ voces, cùm nullam pœnam nequitiæ conſtituere videantur, conſtituunt maximam. Volunt enim verum eſſe, quod dicitur D. Chryſoſtomo Homiliâ I. ad Roman. cap. I: Ὁ πονηρὰ συνειδὼς ἑαυτῷ, κἂν τὰ πάντων περιβάλληται χρήματα, πάντων ἐστὶν ἀθλιώτερος: *Qui ſibi malè conſcius eſt; vt omnium bona poſſideat, omnium eſt miſerrimus.* Rectè. Ὁ γὰρ καθάπαξ πονηρὸς ἄνθρωπος, πρὸς τῷ τοῖς εἰδόσιν αὐτὸν μισεῖσθαι καὶ διαβάλλεσθαι, καὶ ἑαυτῷ μισητός ἐστι, τρόπον δή τινα μισήσαντος τῷ συνειδότι τὴν βδελυρίαν: *Homo namque prorſus improbus, præterquam quòd iis quibus eſt notus in odio eſt, & reprehenditur, etiam ipſe ſe modo quodam odit; cum eius conſcientia ſceleritatẽ odio perſequatur;* vt inquit Imp. Manuel Orat. II. ad filium. Et bene ſi hoc ipſi vnum eſſet ſolummodo ſupplicium: ſed non; plura ſunt: ſcripſitq; Iuſtitiæ ſtilo Seneca Epiſt. XCVII: *Ita eſt, tuta ſcelera eſſe poſſunt, ſecura non poſſunt? Quare? quia prima & maxima*

ma peccantium pœna eſt peccaſſe. nec vllum ſcelus, licet illud Fortuna exornet muneribus ſuis; licet tueatur ac vindicet, impunitum eſt. quoniam ſceleris in ſcelere ſupplicium eſt. Sed nihilominus & hæc & illa ſecunda pœna premunt ac ſequuntur; timere ſemper & expaueſcere & ſecuritati diffidere. Egregia huic rei ſimilitudo jam citati Chryſoſtomi: Καθάπερ οἱ διὰ νυκτὸς ἀσελήνου βαδίζοντες τρέμουσι, κἂν μηδεὶς ὁ φοβῶν παρῇ, οὕτω καὶ οἱ τὴν ἁμαρτίαν ἐργαζόμενοι, θαῤῥεῖν οὐκ ἔχουσι, κἂν μηδεὶς ὁ ἐλέγχων ᾖ: *Quemadmodum qui nocte illuni ambulant, tremunt, etiamſi nihil ſit quod terreat: ſic & qui peccant, non poſſũt confidente animo eſſe, etiam ſi nemo ſit qui redarguat.* Primi generis pœnam expreſſit Plutarchus lib. de Sera Num. vind: Ἐγὼ μὲν, εἰ θέμις ἐστὶν εἰπεῖν, οὔτε τινὸς θεῶν οὔτε ἀνθρώπων δεῖσθαι κολαστοῦ νομίζω τοὺς ἀνοσιουργοῦντας, ἀλλὰ τὸν βίον αὐτῶν ἐξαρκεῖν ὑπὸ τῆς κακίας διεφθαρμένον ὅλον καὶ συντεταραγμένον: *Ego ſi fas eſt dicere, cenſeo ſceleſtos nullo neque Deo neque homine indigere qui ſupplicia ipſis imponat: ipſam ad hoc eorum exiſtimo ſufficere vitam, totam à prauitate corruptam atque conturbatam.* Nec opus arceſſere exempla. Vnus erit pro multis Imp. Tiberius, cuius hæc extat ad Senatum Epiſtola, Suetonij capite LXVII: *Quid ſcribam vobis Patres conſcripti, aut quomodo ſcribam, aut quid omninò non ſcribam hoc tempore? Dij me Deaq́ peius perdant, quàm quotidie perire ſentio, ſi ſcio, &c.* Quibus interpretandis faciũt illa Taciti lib. VI: *Adeo facinora atq́ flagitia ſua ipſi quoq́ in ſuppliciũ verterant. Neque fruſtra praſtantiſſimus ſapientia firmare ſolitus eſt, ſi recludatur tyrannorum mentes, poſſe aſpici laniatus & ictus; quando vt corpora verberibus, ita ſævitiâ, libidine, malis conſultis animus dilaceretur. quippe Tiberium non fortuna, non ſolitudines, protegebant, quin tormenta pectoris ſuasque ipſe pœnas fateretur.* Grauiter. idemque erat, non dictum modò Platonis lib. x. de Republ. ſed & Pythagoræ apud Antonium Monach. tit. de Iuſtitiâ: Κακὰ μείζω πάσχει διὰ τοῦ συνειδότος ὁ ἀδικῶν βασανιζόμενος, ἢ ὁ τῷ σώματι καὶ ταῖς πληγαῖς μαστιγούμενος: *Plus torquetur iniuriam faciens dũ in conſciantiâ cruciatur, quàm qui corpore plagas accipit & cæditur.* Idem volunt Senecæ iſthæc Epiſt. LXXXI: *Minimum ex nequitiâ leuiſſimumq́ ad alios redundat. quod peſſimum ex illa eſt, & vt ita dicam, ſpiſſiſſimum domi remanet & premit habentem. Quemadmodum Attalus noſter dicere ſolebat; Malitia ipſa maximam partem ſui bibit: illud venenum quod ſerpentes in alienam perniciem proferunt, ſine ſuâ continent; non eſt huic ſimile. hoc habentibus peſſimum eſt. &c.* O bene! Eludant igitur qui volunt leges ſcriptas, imò pro imperij poteſtate etiam rideant; dummodô nunquam imponant conſcientiæ; coganturq; gemere cùm illo Petroniano: *Dij Deaq́, quàm male eſt extra legem viuentibus! quicquid meruerunt ſemper expectant.* Parum hoc: addendum erat, *ſemper patiuntur.*

Nec

——Nec vulnera membris
Vlla ferunt. mens eſt quæ diros ſentiat ictus. Ouid IV. Metamorph.

Inclamat apud Horatium puer, Epod. VI:

Quin vbi perire iuſſus expirauero,
Nocturnus occurram furor:
Petamque vultus vmbra curvis vnguibus,
Quæ vis Deorum eſt Manium.
Et inquietis aſſidens præcordiis,
Pavore ſomnos auferam.

Minæ grandes, at & efficaces. ſtatim enim inuaditur reus ille: non ab effigie aliquâ infernali; ſed ab ipſo ſe, à Cōſcientiâ. à quâ omnes ei viſus obiiciuntur & quos meretur & quos metuit. Hæc eſt nimirū triplex illa Furia, *Quas facibus ſævis oculos atque ora petentes*
Noxia corda vident: —— Naſo X. Metamorph.

De quibus ſic pro Amerino Tullius: *Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis ſæpenumerò videtis, eos, qui aliquid impiè, ſceleratéq; cōmiſerint, agitari, & perterreri Furiarum tædis ardentibus. Sua quemque fraus & ſuus terror maximè vexat; ſuum quemque ſcelus agitat, amentiaque afficit: ſuæ malæ cogitationes, conſcientiaque animi terrent. Hæ ſunt impiis aſſiduæ, domeſticæq; penè furiæ.* Iterumque, tamquam ſi Roſcium ageret, aliâ actionę totidem penè verſib. imò & verbis, & ſyllabis expreſſit. Oratione in Piſonem: *Nolite enim putare Patres conſcripti, vt in ſcenâ videtis, homines conſceleratos impulſu deorum terreri Furiarum tædis ardentibus. ſua quemque fraus, ſuum facinus, ſuum ſcelus, ſua audacia de ſanitate, ac mente deturbat. hæ ſunt impiorum furiæ, hæ flammæ, hæ faces.* Opportunè igitur iniuriā paſſos ſolemur Iuuenalis verſibus Sat. XIII:

—— Cur tamen hos tu
Euaſiſſe putes, quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit
Occultum quatiens animo tortore flagellum?
Pœna autem vehemens, & multo ſævior illis
Quas & Caditius grauis invenit & Rhadamantus,
Nocte dieq; ſuum geſtare in pectore teſtem,

Nam quò maior vis eſt animi, quàm corporis, hoc ſunt grauiora ea quæ concipiuntur animo, quàm illa quæ corpore; vt bene inquit Cicero in Philippicis. Vnde non ſine ratione D. Chryſoſt. Homil. V. ad Timotheum II:

Κἂν γὰρ εἰς αὐτὸν πυθμένα τῆς κακίας καταπίπτωμεν, τὸ κριτήριον τοῦ νοὸς οὐ διαφθείρεται, ἀλλ' ἕστηκεν ἀδέκαστον, καὶ οὐδεὶς καλὸν εἶναι λέγων τὴν ἀδικίαν μετέρχεται, ἀλλὰ προφάσεις πλάττει, καὶ πάντα ποιεῖ, ὥστε κἂν διὰ ῥημάτων ἀποδύσασθαι τὸ ἔγκλημα:

Digitized by Google

κλήματα: ἀλλ' οὐχὶ καὶ ἀπὸ τοῦ συνειδότος· ἐνταῦθα μὲν γὰρ καὶ κομψεία λόγων, δυνήσεται ἐπισκιάσαι τὸ δίκαιον: ἔνδον δὲ ἐν τῷ συνειδότι οὐδὲν τούτων γίνεται, οὐ πάρεισι κόλακες, οὐ πάρεστι χρήματα τὴν κρίσιν διαφθείροντα: φυσικῶς γὰρ ἡμῖν ἔγκειται τὸ κριτήριον παρὰ τοῦ θεοῦ. τὸ δὲ παρὰ τοῦ θεοῦ, οὐδὲν ἂν πάθοι τοιοῦτο: ἀλλὰ καὶ ὕπνοι ἀηδεῖς, καὶ φαντασίαι, καὶ συνεχῶς εἰς μνήμην ἐρχόμενον τὸ κακὸν, λυμαίνεται τὴν ἀνάπαυσιν ἡμῶν: *Quamlibet enim quis ad ipſa vitiorum profunda corruerit, animi iudicium numquam corrumpitur, atque inviolabile perſtat. nullusq; eſt qui dum malum operatur, bonum id eſſe putet, ſed occaſiones fingit, & omnia facit: cæterum ille, etſi verbis crimen fortaſſis diluat, conſcientiam tamen ipſe ſuam effugere nequaquam poterit. Nam hîc quidem & oratio arguta, & callida, & inconſtantia principum, & aſſentatorum greges, ius fortè obnubere queant: intra verò conſcientiam nil horum admitti poteſt. non adulatores adſunt, non pecuniæ, quæ iudicia corrumpunt. inſitum quippe nobis eſt à Deo naturale iudicium. Id verò quum à Deo collatum ſit nihil eiusmodi patitur, ſed ipſi quoque ſomni inquieti & tetræ rerum imagines, & iugiter animum cadens mali memoria, quietem intercipit noſtram.* Cuius voces primas egregiè munit auctor libri *de Pœnitentia*, extantis inter D Ambroſii opera: *Poteſt conſcius morte ſubduci; poteſt tibi ad tempus prodeſſe teſtis: conſcientia verò tecum ſupereſt, & ſine te non eſt. hæret pectori, nec unquam te deſerit; & velut quædam pediſſequa nullo abs te temporis intervallo diſcedit: tenet te reum & in ſua ſemper ditione captivum. Si quando mentem tuã lætior ſecundarum rerum actus avocarit, & ſenſus tuos ceperit facti delectatione iucunditas; ſubitò te illa ſtimulat; illa medullitus pulſat & interpellat ſenſum, interrumpit gaudium, & totam pectoris regionem mæſtis ſuſpiriis inquietat: & quaſi vulnerata opprobrio teneatur, non invenitur bonum remediũ quo curetur. Semper enim offenditur cùm alius caſtigatur, & in alieno vulnere prima ipſa percutitur. Deinde vis noſſe quanta ſit ſeveritas conſcientiæ? Poteſt tibi conſcius auro corrumpi, poteſt pecunia comparari: conſcientia nihil corruptionis admittit, manet integrum eius teſtimonium tota fidei firmitate vallatum. Quin etiam adverſus conſcium conducitur patrocinium, & defenſionis ingenio argumenta verſutia conquiruntur; & teſtimonii veritas loquelæ impudentis calliditate pervertitur: Iudèx quoque redimitur, ut facti qualitas excuſetur. vacant hæc omnia, ubi mentem conſcientia vulnerat &c.* At enim poſtremas oppidò confirmant iſta Plutarchi: Καὶ γὰρ ὄψεις ἐνυπνίων, καὶ φάσματα μεθημερινὰ, καὶ χρησμοὶ, καὶ καταιβασίαι, καὶ ὅ,τι δόξαν ἔσχεν αἰτίᾳ θεοῦ περαίνεσθαι, χειμῶνας ἐπάγει καὶ φόβους τοῖς οὕτω διακειμένοις: *Quippe ſomnia, & ſpectra diurna, oracula, de cælo ſervationes, & quidquid aliud divinitus obiici videtur, tempeſtatibus & terroribus percellit malè ſibi conſcios.* Iiſdem item ſubſcribit optimus Satyrographorum Sermone XIII. verſu 220:

L

Nocte brevem ſi forte indulſit cura ſoporem,
Et toto verſata toro iam membra quieſcunt,
Continuò templum & violati Numinis aras;
Et quod præcipuè mentem ſudoribus urget;
Te videt in ſomnis &c.

Nihil horum negabit Nero, de cuius matricidio ſic Tranquillus capite XXIV: *Neque tamen ſceleris conſcientiam, quanquam & militum & Senatus, populique gratulationibus confirmaretur, aut ſtatim aut unquam poſtea ferre potuit; ſæpe confeſſus exagitari ſe maternâ ſpecie, verberibus Furiarum ac tedis ardentibus.* Deque eodem Tacitus lib. XV. Annal: *Cùm Veſtæ quoq; templum iniſſet, repente cunctos per artus tremens, ſeu Numine exterrente, ſeu facinorum recordatione nunquam timore vacuus &c.* Nihil Otho, qui teſte Suetonii capite VII: *Dicitur eâ nocte per quietem pavefactus, gemitus maximos edidiſſe: repertusq; à concurſantibus humi ante lectũ iacens &c.* Nihil Domitianus, cuius ſic meminit Xiphilinus: Καὶ αὐτὸς ἐν τῷ ὕπνῳ τόν τε Ῥύστικον ξίφει προσιέναι οἱ, καὶ τὴν Ἀθηνᾶν, ἣν ἐν τῷ κοιτῶνι ἱδρυμένην εἶχε, τὰ ὅπλα ἀποβεβληκέναι, καὶ ἐπὶ ἅρματος ἵππων μελάνων ἐς χάσμα ἐσπίπτειν ἔδοξεν: *Etiam ipſe per ſomnum vidit & Ruſticum ad ſe cum gladio accedere & Minervam, quam in cubiculo ſtatuam collocatam habebat, arma proieciſſe, ſeque incidentem currui nigrorum equorum in hiatum quendam prolabi*: Nihil Pentapolitanæ Libyæ rector, Iudæorum inſignis carnifex, qui teſtante Ioſepho libro & capite ultimo Ἁλώσεως: Νόσῳ καταληφθεὶς πολυτρόπῳ, καὶ δυσιάτῳ χαλεπῶς ἀπαλλάττει, οὐ τὸ σῶμα μόνον κολαζόμενος, ἀλλ' ἦν ἡ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ νόσος βαρυτέρα. δείμασι γὰρ ἐξεταράττετο, καὶ συνεχῶς ἀνεβόα, βλέπειν εἴδωλα τῶν ὑπ' αὐτοῦ πεφονευμένων ἐφεστηκότα, καὶ κατέχειν ἑαυτὸν οὐ δυνάμενος, ἐξήλλατο τῆς εὐνῆς, ὡς βασάνων αὐτῷ καὶ πυρὸς προσφερομένων: *Multiplici morbo & inſanabili correptus, acerbiſſimè tortus eſt, non corporis tantum cruciatum ſuſtinens: ſed erat ei maior animi morbus & gravior. Terroribus enim expaveſcebat, & crebrò videbat ſibi inſtantes umbras eorum quos peremerat, & clamitabat. Cumque ſe tenere non poſſet exiliebat ſtratis, tanquam tormentis ſibi & flammis adhibitis.* Nihil Gallus, de quo prodit Marcellinus lib. XIV: *Inter hæc tamen per inducias naturæ quieſcentis, ſauciabantur eius ſenſus circumſtridentium terrore larvarum: interfectorumque caterva, Domitiano & Montio præ viis, correptum eum, vt exiſtimabat, in ſomnis vncis furialibus obiectabant.* Nihil Feſtus, qui cùm Philoſophum Maximum ſupplicio affeciſſet; Τὸν Μάξιμον ἔφασκε τραχηλάγχην ἐπιλαβόμενον, ἕλκειν αὐτὸν εἰς τὸν ᾅδην ὡς δικασόμενον ἐπὶ τοῦ Πλουτέως: *Dicebat Maximum numellâ collo iniectâ viſum fuiſſe ipſum ad Orcum pertrahere ſiſtendum Plutonis iudicio*, vt recenſet Eunapius in vitâ Maximi. Quibus exemplis firmatur opinio Quintiliani.

cenſentis Declamatione CCCXIV: *Nec tamen illa mihi vana quorundam videtur eſſe perſuaſio, qui credunt non extrinſecus has Furias venire, nec vllius Deorum impulſu hanc mortalibus incidiſſe dementiam; ſed naſci intus: conſcientiam eſſe, quæ torqueat; animum eſſe qui vrat. Iterum gratulor. bene hercle factum eſt; quod etiamſi omnes fefellerimus, effugere non poſſumus nos.* Hinc defenſio illa Philotæ apud Curtium lib. VI: *Gravi ſopore acquieſcebam; cum me malis meis indormientem, inimici vinciendo excitarũt. vnde & parricidæ & prodito tam alti quies ſomni? Scelerati, conſcientiâ obſtrepente, cùm dormire non poſſint, agitant eos Furiæ, non conſummato modò ſed & cogitato parricidio.* Cui & aſſentiuntur iſta Dionyſij loquentis de ſeruilis coniurationis auctoribus lib. V. Antiquit. Rom: Ἐφίσταντο γὰρ αὐτοῖς ὅτε κοιμηθεῖεν, ὄψεις ὀνείρων φοβεραὶ, τιμωρίας ἐπαπειλοῦσαι μεγάλας, εἰ μὴ παύσαιντο καὶ ἀποστραῖεν τῆς ἐπιθέσεως· διώκεσθαί τε ὑπὸ δαιμόνων τινῶν, καὶ παίεσθαι, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύττεσθαι, καὶ ἄλλα πολλὰ σχέτλια πάσχειν πλαττῶντες ἐδόκουν· ὑφ' ὧν περίφοβοι καὶ τρόμῳ παλλόμενοι διηγείροντο, καὶ οὐδὲ καθεύδειν διὰ ταῦτα τὰ δείματα ἐδύναντο: *In ſomniis enim obverſabantur eis horribiles quædam ſpecies, intentantes pœnas atroces niſi cœpto deſiſterent: videbanturq; ſibi exagitari à quibusdam furiis & verberari, tandem etiam oculis orbari, multisque aliis ſuppliciis miſerum in modum affici, ita vt terrore ac tremore excitarentur, ac ne ſomnum quidem præ huiusmodi terriculamentis poſſent capere.* Quare non poëtam agit Lucanus, ſed hiſtoricum, vbi poſt Pharſalicam cladem inquit, lib. VII:

Exigit à meritis triſteis victoria pœnas.
Sibilaq; & flammas infert ſopor. vmbra perempti
Civis adeſt: ſua quemq; premit terroris imago.
Ille ſenum vultus; iuvenum videt ille figuras:
Hunc agitant totis fraterna cadavera ſomnis.
Pectore in hoc pater eſt: omnes in Cæſare manes.
Haud alios nondum Scythicâ purgatus in arâ
Eumenidum vidit vultus Pelopêus Oreſtes:
Nec magis attonitos animi ſenſere tumultus,
Cùm fureret Pentheus, aut cùm deſciſſet Agave.
Hunc omnes gladij, quos aut Pharſalia vidit,
Aut vltrix viſura dies, ſtringente Senatu,
Illa nocte premunt: hunc infera monſtra flagellant.
Heu quantum pœna miſero mens conſcia donat,
Quòd Styga, quòd manes, infeſtaq; tartara ſomnis
Pompeio viuente videt!

Nec ſine cauſa præmonet lib. I: Eleg IX. Tibullus:

Digitized by Google

Nec tibi calandi fas ſit. peccare paranti
Sit Deus, occultos qui vetet eſſe dolos.
Ipſe Deus tacito permiſit læva miniſtro,
Ederet vt multo libera verba mero.
Ipſe Deus ſomno domitos emittere vocem
Iuſſit, & invitos facta tegenda loqui.

Nam & tale quid etiam fieri, diſertè ſignat verſib. ſuis Lucret. lib. I v:

Multi de magnis per ſomnum rebus loquuntur;
Indicioq; ſui facti perſæpe fuere.

Quod multis exemplis palàm facerem, niſi properarem ad conſciorum pavores diurnos. Nam & luces æque ipſis exercitas atque noctes; adeo *vt Solem ipſum abſq; metu & ſuſpicione non hauriant*, vt loquitur D. Chryſoſtomus Homilia XII. ad Timoth. I. vel vnus oſtenderit Domitius Nero apud decurtatorem Dionis Caſſij: Αὐτὸς δὲ ταῖς τε νυξὶν ἐξεταράττετο, ὥστε καὶ ἐκ τῆς εὐνῆς ἐξαπιναίως ἀναπηδᾶν, καὶ μεθ᾽ ἡμέραν ὑπὸ σαλπίγγων δή τινων, πολεμικόν τι καὶ θορυβῶδες ἐκ τοῦ χωρίου ἐν ᾧ τὰ τῆς Ἀγριππίνης ὀστᾶ ἔκειτο, ἠχουσῶν, ἐδειματοῦτο. διὸ καὶ ἄλλοσε ᾔει. καὶ ἐπειδὴ κἀνταῦθα τὰ αὐτὰ αὐτῷ συνέβαινεν, ἄλλοσε ἐμπλήκτως μεθίστατο: *Nocturno tempore tanto metu conturbabatur, vt de lecto repentè proſiliret. interdiu perterrefaciebant eum tibicines, auditi ex eo loco bellicum canere cum maximo tumultu, quo in loco Agrippinæ oſſa ſepulta erant. quamobrem aliò migrabat. Cùmq; ibi id ipſum accideret, perterritus alio proficiſcebatur, &c.* Quocirca decorè tragœdiographus in Thebaide ſuâ introducit tali cùm voce Oedipum:

—— Sanguineum gerens
Inſigne regni Lajus rapti furit:
Et ecce inanes manibus infeſtis petit
Foditq; vultus. gnata, genitorem vides?
Ego video.——

Nec aliunde minæ illæ Didonis lib. IV. Æneidos:

Et cùm frigida mors animâ ſeduxerit artus,
Omnibus vmbra locis adero, dabis, improbe, pœnas.

Hinc de quibuſvis enunciauit Iuvenalis Satyrâ iam ante citatâ:

Perpetua anxietas, nec menſæ tempore ceſſat,
Faucibus, vt morbo, ſiccis, interq; molares
Difficili creſcente cibo. ſed vina miſellus
Expuit: Albani veteris pretioſa ſenectus
Diſplicet, &c.

Quid mirum? cùm piſces ibi in patinis humanum induant vultum; vt viſum Theodorico regi poſt occiſum Symmachum. quam rem

ita

ita ferè literis conſignauit Procopius libro I. belli Gothic: ... *poſt diebus, cœnanti ſibi cùm miræ magnitudinis piſcis miniſtri decoctum caput appoſuiſſent, Symmachi nuper occiſi caput illi eſt viſum, prefixis & extantibus inferiore in labro dentibus & torvè intuentibus oculis furibundè ſibi & acerbè comminari. Vnde monſtri novitate territus membriſque præter modum tremebundus & rigens, in cubiculum ſtatim citato gradu ſeceſſit; identidemque iubendo togarum vt ſibi vim magnam ingererent, lecto decubuit, &c.* Cùm claro meridie hirundinum pulli implumes articulatè loquantur voce humanâ, quemadmodum fatetur quidam apud Plutarchum: Ὁ δὲ Βέσσος ἀπεκτονὼς τὸν πατέρα τὸν ἑαυτοῦ, πολὺν χρόνον ἐλάνθανεν, ὕστερον δὲ πρὸς ξένους ἐπὶ δεῖπνον ἐλθὼν, χελιδόνων ἰνιὰ νεοσσίαν τῇ λόγχῃ νύξας κατέβαλε, καὶ τοὺς νεοσσοὺς διέφθειρε. λεγόντων δὲ (ὡς εἰκὸς) τῶν παρόντων, Ἄνθρωπε τί παθὼν ἔργον οὕτως ἀλλόκοτον ἔπραξας; Οὐ γὰρ (ἔφη) μου πάλαι καταμαρτυροῦσιν αὗται ψευδῶς, καὶ καταβοῶσιν, ὡς ἀπεκτονότος τὸν πατέρα; θαυμάσαντες δὲ οἱ παρόντες τὸν λόγον ἐμήνυσαν τῷ βασιλεῖ, καὶ τοῦ πράγματος ἐξελεγχθέντος, ἔτισεν ὁ Βέσσος τὴν δίκην: *Beſſus, vt narratur, cùm patrem ſuum necaſſet, diuq; id ſcelus clam fuiſſet, poſtea temporis ad hoſpites quoſdam cùm iuiſſet cœnatum, nidum quendam hirundinum haſtâ incuſſâ deiecit, pulloſq; interfecit. Cùmq; ij qui aderant quærerent, vt fieri adſolet, quânam re impulſus rem tam inſolentem egiſſet. Non, inquit, auditis hirundines falsò de me vociferari & teſtari, me patris mei eſſe interfectorem? Mirati qui interessent, hunc ſermonem ad regem detulerunt, reque certis indiciis compertâ, pœnas luit Beſſus.* Hinc loca ſacra ac religioſa, hinc omnia vbi Numinis frequentata mentio, horrent ac fugiunt: Plinius de Domitiano & eius ſimilibus Paneg: *Plerique tamen, non tam ſuperbiâ quàm metu quodã ſubmouebantur: an ſtuprorum ſibi, inceſtarumque noctium conſcij auſpicia polluere, ſacrumque campum nefario auderent contaminare veſtigio? non adeo deos hominesque contempſerant, vt in illa ſpatioſiſſimâ ſede hominum deorumq; conjectos in ſe oculos ferre ac perpeti poſſent.* Iam, ſi tempeſtas oritur; vt vtar verſibus Iuvenalis:

Hi ſunt qui trepidant & ad omnia fulgura pallent
Cùm tonat; exanimes primo quoque murmure cœli:
Non quaſi fortuitus nec ventorum rabie, ſed
Iratus cadat in terras & vindicet ignis.
Ille nihil nocuit? curâ graviore timetur
Proxima tempeſtas, velut hoc dilata ſereno, &c.

Quod idem quoque de eiſdem relatum Lucretio lib. v:

Præterea cui non animus formidine Divûm
Contrahitur, cui non correpunt membra pavore,

Fulminis horribili cùm plaga torrida tellus
Contremit, & magnum percurrunt murmura cælum?
Non populi genteſq; tremunt? regeſq; ſuperbi
Conripiunt Divûm perculſi membra pavore;
Ne quod ob admiſſum fœdè dictum ve ſuperbè,
Pœnarum grave ſit ſolvendi tempus adactum?

Vnde contrà Philemon:

Βροντῆς ἀκούσας μηδαμῶς πόρρω φύγῃς
Μηδὲν συνειδὼς αὐτὸς σαυτῷ δέσποτα:
Non ad tonitrus vnquam fugeris ſonum,
Si nullius ſis conſcius tibi mali.

Quid plura? Lucem mutatam cupiunt nocte, noctem luce. Philo Iudæus de Iudæomaſtige Flacco: Ἐστὶ δὲ ὅτε καὶ περὶ βαθὺν ὄρθρον, ἔτι τῶν ἄλλων ἐν εὐναῖς ὄντων, μηδενὶ φανεὶς τὸ παράπαν, ἔξω τείχους προῄει καὶ διημέρευεν ἐπὶ τῆς ἐρημίας, ἐκτρεπόμενος εἴ πῃ τις ὑπαντήσειν ἔμελλε, καὶ ταῖς ἐναύλοις μνήμαις τῶν κακοπραγιῶν διακναιόμενος, καὶ διεσθιόμενος τὴν ψυχὴν ὁ δείλαιος, νυκτὸς εἰσῄει βαθείας, εὐχόμενος διὰ τὰς ἀμετρούσας καὶ τὰς ἀπλουτήτους ἀδημονίας, ἑσπέραν μὲν πρωΐαν γενέσθαι, πεφρικὼς τὸ σκότος καὶ τὰς ἀλλοκότους φαντασίας ὁπότε τύχοι καταδαρθών, ἅμα δὲ τῇ ἕῳ πάλιν ἑσπέραν: *Interdum autem progreſſus mane ſummo, cubantibus etiam aliis, clam ſubducebat ſe ex oppido, & exigebat totum diem in ſolitudine, devitans occurſus fortuitos, & vexans ſeipſum recenti calamitatis memoriâ arrodenſq; ſuum cor miſere: ac noctu demum revertebatur, veſpere optans auroram, quod horreret tenebras & obverſantes dormienti ſpecies, mane rurſum cupiens adventum veſperi.* De Caligulâ Suetonius cap. L: *Incitabatur inſomniâ maximè: neq; enim plus quàm tribus nocturnis horis quieſcebat: ac ne his quidem placidâ quiete, ſed pavidâ miris rerum imaginibus: vt qui inter cæteras, pelagi quondam ſpeciem colloquentem ſecum videre viſus ſit. Ideoq; magna parte noctis vigiliæ cubandique tædio nunc toro reſidens, nunc per longiſſimas porticus vagus, invocare identidē atq; exſpectare lucem conſueuerat.* O hominem miſerū ſupra omnē miſeriā! nam cur id dicam confidentius, impellor exēplo Æliani lib. XI. de Animalib. cap. XXXII: Ἐν ἀμπέλῳ δὲ γεωργὸς εἰργάζετο τάφρον, ἵνα ἐμφυτευθῇ καλὸν κλῆμά τι καὶ εὐγενές. εἶτα τὴν σμινύην καταφέρων ὑποικουροῦσαν ἀσπίδα ἱερὰν, καὶ ἀνθρώπων ἥκιστα ἐχθρὰν, λαθὼν διέκοψε μέσην. καὶ τὴν γῆν διαξαίνων, τὸ μὲν οὐραῖον βλέπων τῇ ψάμμῳ κατειλημμένον: τὸ δὲ ἡμίτομον τὸ ἐκ τῆς γαστρὸς ἐς τὴν δέρην ἄνω, εἶτ' ἔρπον καὶ τοῦ λύθρου τοῦ διὰ τὴν τομὴν πεπληρωμένον, καὶ ἐκπλήττεται, καὶ ἔκφρων γενόμενος, εἰς τι ὀρθὴν μανίαν καὶ ὡς τὰ μάλιστα ἰσχυρὰν, ἐκφοιτᾷ, καὶ μεθ' ἡμέραν ἑαυτοῦ τι, καὶ τοῦ λογισμοῦ ἦν ἀκράτωρ. καὶ μέντοι καὶ νυκτὸς, περίφοβος καὶ ἐκ τοῦ λέχους ἀνεθόρνυτο, καὶ ἔλεγε τὴν ἀσπίδα διώκων,

κειν, καὶ ὥσπερ οἱ οὐ ὁμοῦ τῷ δήγματι ὢν ἐκπληκτικωτάτως [illegible]έα: καὶ ἐκάλει συμμάχους: ἔ μέν τοι καὶ τῆς ἀνῃρημένης ὑπ᾽ αὐτοῦ τὸ εἴδωλον ἔλεγεν ὁρᾷν, βρυχωμένου τι ἔ ἀπειλοῦν: καὶ ὡμολόγει ποτὲ καὶ δεδῆχθαι, καὶ ὡς ὠδυνᾶτο ἐξ ὧν ᾤμωζεν, ἦν δῆλος: *Vinitor dum ſcrobem fodit, pulchram & generoſam vitem plantaturus, ligonis ictu Aſpidem ſacram & minimè infeſtam hominibus, quæ fortè illic latebat imprudens mediam diſſecuit. Deinde cum terram dimoveret, poſteriorem eius partem, quæ caudam continet, in arena jacentem reperit: anteriorem verò, quæ à ventre ad cervicem tendit, adhuc reptantem & cruentam. Quamobrem obſtupefactus & mentis impos, totus ad inſaniam, eamq́ vehementem redactus eſt. Et cùm interdiu non apud ſe, nec rationis cōpos erat, tùm noctu etiam delirans è lecto exiliebat, & Aſpidem ſe perſequi dictitabat & veluti morſu læſus terribili clamore vociferabatur, & auxilium implorabat, & interempta ab ipſo Aſpidis ſimulacrum ſe videre aiebat, idq́; frendens & minans: & aliquando morſu ſe impetitum, eiulatu quidem dolere ſe arguebat.*

Vt faciendis ſceleribus promptus; ita audiendi quæ faceret, inſolens erat, Lib. XV. Annal.

LEgimus in Philone lib. Quod omnis probus liber: Ἀσυλία τόπων πολλάκις ἱκετῶν τοῖς καταφυγοῦσιν ἄδειαν καὶ ἐκεχειρίαν ὡς ἰσοτίμοις καὶ ἰσοτελέσι παρέσχετο· καὶ τοὺς ἐκ προπάππων καὶ τῶν ἔτι ἄνω προγόνων κατὰ γένος συγγενικὴν διαδοχὴν παλαιοδούλους ἐστὶν ἰδεῖν, ὅταν ἐν ἱεροῖς ἱκέται καθέζωνται, μετὰ πάσης ἀδείας ἐλευθεροστομοῦντας· εἰσὶν οἳ καὶ τοῖς κτησαμένοις οὐκ ἐξ ἴσου μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος εὐτόνως ἅμα καὶ καταφρονητικῶς διαφέρονται περὶ τῶν δικαίων: *Sæpe aſyla hanc ſecuritatem præſtant ſupplicibus eò confugientibus, ut ex æquo liceat eis contendere cum adverſariis: & qui per ſucceſsionem in proavitâ vel antiquiore ſervitute inveteraverunt, quando ad aras ſedent habitu ſupplicum magna lingua libertate utuntur. nec deſunt qui non tantum heris ex æquo reſponſant, ſed ut in cauſa meliore ſuum ius tuentur fortiter.* Quod ſervis locus, hoc & cæteris omnibus præſtabat aliquando tempus: adeo quidem, ut quamvis eâ eſſent aurium teneritudine Principes, ut nullis violarentur convitiis; ſed etiam quādo malè alteri tū dicerent tum facerent, gratiæ iis agerentur: ſæpe nihilominus audirent, quæ nollent. Fiebat id Romanis in fortunâ proſperâ, vel triumphantibus, vel edentibus ſpectacula. Non abſtinuiſſe à dicteriis & ſcommatis milites triumphi tempore; ſatis notum eſt, vel ex eis quæ legimus Suetonii Cæſare cap. XLIX: Sed nec temperaſſe ſibi plebem in ludis publicis, hauri-

hautire eſt ex Dione Caſſio lib. L I X. in vitâ Caligulæ; Plinio lib. X X X I V. nat. Hiſt. cap. V I I I. Suetonii Claudio cap. X L V. Tacito lib. I. & X I Annal. Val. Maximo lib. V I. cap. I I. Herodiano lib. I I I. Arriano lib. Diſſ. Epict. cap. I V Manaſſe in Iuſtiniano, Caſſiodoro, lib. I. Varior. Epiſt. X X V I I. aliisque; quorum teſtimonia produxi in Suſpicionum libris. Eadem libertas, aut maior, carminibus famoſis, nec non ſcriptis hoſtilibus: ſed non & eadem his vel illis fides. quanquam & vera ferè exprobrari ſolita, liqueat paſſim ex ſcriptoribus. E quibus præterea teſtatum eſt quidvis ſibi permiſiſſe populum in principes, cùm vel ſibi, vel iſtis, ſors eſſet deterrima. Populi afflicti multa paſſim occurrunt licentia. Vnde & illi apud Livium lib. X X X I: *Dant animum ad loquendum liberè ultima miſeria.* Tales & Romani ſub Auguſto apud Appianum lib. V: ὁ δὲ Καῖσαρ σὺν τοῖς φίλοις καὶ ὀλίγοις ὑπασπισταῖς ἐς μέσους ἦλθεν, ἐντυχεῖν τι βουλόμενος καὶ τὴν μέμψιν ἐκλογίσασθαι· οἱ δὲ αὐτὸν εὐθὺς ὀφθέντα ἔβαλλόν τε ἀφειδῶς πάνυ, καὶ οὐδ᾽ ὑπομένοντα καὶ ἑαυτὸν ἐμπαρέχοντα καὶ τιτρωσκόμενον ᾐδοῦντο: *Tum Cæſar cum amicis paucisque ſatellitibus, proceſſit in medium, volens rationem eius reddere. illi ut primum conſpectus eſt, ſaxa coniecerunt in eum; neque ſuſtinentem præbentemque ſe ictibus reveriti.* Iſtis eos jungas licet, de quibus Suetonius cap. X V I I I. Claudii: *Arctiore annonâ ob aſſiduas ſterilitates, detentus quondam medio foro à turba, convitiisque, ac ſimul fragminibus panis ita conſtratus, ut ægrè, nec niſi poſtico evadere in palatium valuerit.* Nec ſegreganda plebs Byzantina, ob famem Imperatori ſuo inſultans etiam in ipſo templo. Simocatta lib. V I I I. cap. I V: Τοῦ πίνου βασιλέως ἅμα τοῖς ὄχλοις τὰς λιτὰς ποιουμένου, νεωτερίσαντες ἀπὸ τοῦ πλήθους τινὲς, ἐς Μαυρίκιον ἐβλασφήμουν, καὶ λίθους ἐξέπεμπον κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος: *Cumque ibidem iam ſacris precibus diſtineretur, quidã plebei novarum rerum cupidi, eum maledictis lacerant, & lapidibus inſectantur. &c.* Etiam claſſis hujus, quos ſedibus ſuis ejiciebat Rex Philippus; quorum, ut loquitur Livius lib. X L: *pauci tacitũ dolorem continebant, execrationesq́; in agminibus proficiſcentium in Regem; vincẽte odio metũ, exaudiebantur.* Nec alterius generis illi qui Niſibi & Singarâ migrare coacti à Ioviano: ὑφ᾽ ὧν θρηνούντων καὶ ἀνέδην ἐβλασφημεῖτο: *A quibus plorantibus citra verecundiam maledictis inceſſebatur*, ut ait Zonaras tom. I I I. Maximè autem memorabilis inter eos Sabinus; de quo Ammianus lib. X X V: *Ore volubili replicabat Conſtantium immani crudeſcente bellorum materiâ ſuperatum à Perſis interdum, deductumque poſtremò per fugam cum paucis ad Hibitam ſtationem intutam, panis fruſto vixiſſe precario ab anu quadam agreſti porrecto; nihil tamen ad diem perdidiſſe ſupremũ: & Iovianum inter exordia principatus, provinciarum muro ceſſiſſe, cuius obice iam inde à vetuſtate innoxia. &c.* Etiam de Mauritio, minimè redimen-

te ca-

te captivos habemus tomo adhuc Zonaræ III: Ἐντεῦθεν πᾶσι μῖσος κατὰ τοῦ βασιλέως ἐφύετο καὶ πρὸς πάντων ἐλοιδορεῖτο: *Hinc omnium odia in Imperatorem nata, vt nec à conuitiis temperarent.* Iterumque eod. volumine, de Nicephoro: Ἐπεὶ στρατεῦσαι τοίνυν κατὰ Βουλγάρων ὁ βασιλεὺς ἐβουλεύσατο, καί τις τῶν οἰκειοτάτων αὐτῷ συμβουλεύοντος, ἐνδοῦναι τοῖς ὑπηκόοις τὴν κάκωσιν, πάντες γὰρ, ἔφη, καταβοῶσιν ἡμῶν, καὶ εἴ τι τῶν ἀπαισίων συμβαίη ἡμῖν, πάντες ἐπιχαρήσονται τῇ πτώσει ἡμῶν: *Imperator igitur quum bellum adverſus Bulgaros ſuſcipere decreuiſſet & quidam ex eius intimis ei ſuaſiſſet, vt ſubditos clementius tractaret. Nam omnes, inquit, contra nos vociferantur, & ſi quid adverſi nobis acciderit, omnes caſu noſtro lætabuntur &c.* Sed & Simocatta, de Perſis poſt pugnam regis ſui Choſroæ aduerſam, lib. III. cap. XV: Οἱ μὲν οὖν Μῆδοι τὰ συμβεβηκότα φέρειν οὐκ ἔχοντες, εἰς τὴν βασιλείαν τὴν σφῶν αὐτῶν γυμνῇ τῇ κεφαλῇ ἐβλασφήμουν ἀχάλλοντες: *Eventorum impatientes aperto capite regi ſuo indignabundi conuitiantur.* Notiſſima hæc hominum natura Dionyſio ſeniori. teſte enim Plutarcho in Apophthegm: Χρήματα δὲ εἰσπράττων τοὺς Συρακουσίους, εἶτα ὁρῶν ὀδυρομένους καὶ δεομένους, καὶ λέγοντας ὡς οὐκ ἔχουσιν, ἐκέλευσεν ἕτερα πράττειν· καὶ δὶς ἢ τρὶς τοῦτο ἐποίησεν. ἐπεὶ δὲ προστάξας πλείονα, γελᾶν ἤκουσεν αὐτοὺς καὶ σκώπτειν ἐν ἀγορᾷ περιϊόντας, ἐκέλευσε παύσασθαι. Νῦν γὰρ οὐδὲν ἔχουσιν (εἶπεν) ὅτε καταφρονοῦσιν ἡμῶν: *Pecuniã cùm exigeret à Syracuſanis, videretque eos lamentari, ac deprecari, & inopiam prætendere, novam inſtituit exactionem, idq; bis terve fecit. Cùm autem denuò imperans tributum, ridere eos audiuit, & in foro obambulantes ſalsè dicta in ipſum iacere, finem fieri iuſſit, dicens: Nunc nihil ipſis eſt reliquum pecuniæ, quando nos contemnunt.* Deque eâdem accipi poſſe videntur Ciceroniana hæc ad Atticum lib. II. Epiſt. XXI: *Equidem ſperabam ſic orbem Reip. eſſe converſum, vt vix ſonitum audire, vix impreſſam orbitam videre poſſemus. & fuiſſet ita, ſi homines tranſitum tempeſtatis exſpectare potuiſſent. Sed cùm diu occultè ſuſpiraſſent, poſtea iam gemere; ad extremum verò loqui omnes & clamare cæperũt.* Certè eò reſpiciunt Papiniani verſus lib. x. Thebaid:

——— hi reddere fratrem,
Nec muſſant; ſed voce palam, claroq; tumultu
Reddere regna iubent. periit reverentia regni
Sollicitis.

Quod quò minus miremur; ſciamus eo caſu, ne abſtinere quidem eos à Numine ſummo. Antigone Creonti in eâdem Thebaide lib. XI. v. 710:

Da veniam afflicto, dictisq; ignoſce ſuperbis.
Hunc morem fandi longæ fecere querelæ.
Nec ſoli ferus iſte tibi. ſic fata Deosq;
Alloquitur durus luctus.

Digitized by Google

De quâ re alibi vberius. Cæterum hæc linguæ conuitia magis experti reges, rebus ſuis extremis, *Fortunâ etiam humillimis in ipſos licentiam facientе*, vt loquitur Curtius lib. III. Hinc de Bindoë legimus lib IV. cap. III. Simocattæ: Ὁδ᾽ εἰς ἐπήκοον τοῦ βασιλέως ἐλοιδόρει τε καὶ ἐβλασφήμει εἰς τὸν Ὁρμίσδαν, οὐκ ἐχούσης τὸ λοιπὸν πύλην τῆς γλώττης διὰ τὴν ἐκ τῆς ἀκοσμίας παῤῥησίαν ἀκίνδυνον: *Ille probris & maledictis regem coram liberrimè & vberrimè conſcindere; quòd perturbatus rerum ſtatus tutam licentiam largiebatur.* Et apud eundem ſcriptorem Choſroes objurgatus ab Armeniorum copiarum Duce, ei reſpondet lib. V. cap. XV: Εἰ μὴ πρὸς ὑπὸ τοῦ καιροῦ ἐτυραννούμεθα οὐκ ἂν ἐθάῤῥησας στρατηγὲ τὸν μέγαν ἐν ἀνθρώποις βασιλέα βάλλειν τοῖς σκώμμασιν: *Nunquam auderes mi dux, in magnum inter homines regem ſcommata iacere, niſi iniqua nobis tempora dominarentur.* Expertus id Aſtyages in Harpalo: de quo Herodotus lib. II. Expertus Dauid in Semei, vt notatum hiſtoriæ ſacræ, repetiitque Ioſephus lib. VII. Antiq. cap. VIII. Breuiter quoq; Tacitus de Mithridate Armeniæ rege decepto captoq à Rhadamiſto per fidẽ, lib. XII. Annal: *Moxq; vulgus duro imperio habitũ probra ac verbera intentabat: & erant contra qui tantam fortunæ commutationem miſerarentur.* Verùm omnia plena ſunt talium exemplorũ. Inprimis tamen memorabile eſt quod de Manuele Comneno narrat Nicetas libro VI: Ἔνθα ποταμὸν παραῤῥέειν ὁ λόγος εἴρηκε, δίψῃ συνέχεται. καὶ δὴ αἰτεῖται τῶν παρεστώτων τινὰ λαβόντα ὑδρεῖον, ὕδωρ ἀρύσασθαι, καὶ αὐτῷ ἀποκομίσαι πιεῖν. σπάσας τοίνυν τοῦ ὕδατος, ὅσον ἂν τὴν ἐκείνου ἐδίαινεν ὑπερῴην, τὸ λοιπὸν ἐξέχεεν, οἷα μὴ τοῦ ποθέντος ἡδέως διὰ τοῦ οἰσοφάγου καταλιθαίνοντος. πολυπραγμονήσας δὲ τὸ ποτὸν, καὶ λυθρῶδες τοῦτο κατανοήσας ᾤμωξε καὶ εἶπε, μὴ δυστυχῶς ἀπογεύσασθαι τοῦ τῶν Χριστιανῶν αἵματος. παρεστὼς δέ τις ἀνὴρ ἰταμὸς καὶ θρασὺς, ὡς ἔδειξε, καὶ τοῦ τότε καιροῦ δυσκολώτερος, ἀπερυθριάσας ἔφησεν, ἄπαγε βασιλεῦ, οὐχ οὕτω ταῦτα ἔχει. οὐ γὰρ νῦν πρώτως, ἀλλὰ πάλαι καὶ πολλάκις, καὶ εἰς κραιπάλην καὶ ἀκραιφνῶς Χριστιανικῶν αἱμάτων κρατὴρ ἐκπεπόθη σοι, καλαμωμένῳ τε καὶ ἐπιφυλλίζοντι τὸ ὑπήκοον. οὕτω δὴ ἱκανῶς τὸν κατήγορον ἐκεῖνον καὶ λοίδορον ὑπενήνοχεν ἄνθρωπον, ὡς εἰ μὴ ἦν ἀκούων, μηδ᾽ ἔχων ἐλεγμοὺς ἐν τῷ στόματι: *Aquam e præterfluente fluuio hauſtam afferri ſibi iuſſit: quâ ſummis labris guſtatâ, & effusâ, quod ex inſuavi ſapore tabo infectam cognouiſſet, cum ſuſpirio: Infeliciter, inquit, Chriſtianorum ſanguinem libaui. Ibi quidam audax & importunus homo, & illo acerbiſſimo tempore acerbior: Non nunc, inquit, Imperator, non nunc primum, ſed olim & ſæpe, & ad ebrietatem vſq; Chriſtianorum ſanguinem hauſiſti, dum pauperes ſubditos exactionibus vexas & deglubis. Eum conuiciatorem Manuel ita æquo animo tulit; ac ſi ſurdus eſſet.* Ex his minimè obſcurum eſt quid ſibi velint illa Statij lib. XI. Thebaid. verſu 263:

——*Dicturusq; omnia bells*
Libertate Creon.

Conſulatur & D. Chryſoſtomus Oratione quâ probat, Neminem lædi niſi à ſe ipſô. Eiuſdem liberi ſpiritus inuenire eſt, tum captiuos, tum reos, quibus vitæ ſpes proiecta. Captiuorũ exemplũ exhibuit nobis Silius in Cilino, arrogantioribus dictis inceſſente Annibalem, lib. VII. Punicorũ.

Quem cernens auidum lethi poſt talia Pœnus,
Nequicquam noſtras demens, ait, elicis iras,
Et captiva paras moriendo euadere vincla.
Vivendum eſt. arctâ ſeruentur colla catenâ.

At Hermolai rei extat oratio ad Alexandrum plena virulentiæ, lib. VIII. Curtij: quem ferè paſſibus æquis ſequitur Subrius Flavius Tribunus, libro XV. Annal. Taciti: *Interrogatusq; à Nerone, quibus cauſis in obliuionẽ ſacramenti proceſſiſſet: Oderam te, inquit; nec quiſquam tibi fidelior militum fuit, dum amari meruiſti. Odiſſe cœpi poſtquam parricida matris & vxoris, auriga, hiſtrio & incendiarius extitiſti.* addit: *Nihil illâ coniuratione grauius auribus Neronis accidiſſe conſtitit; qui vt faciendis ſceleribus promptus, ita audiendi quæ faceret inſolens erat.* De talibus etiam meminit Sueton. cap. XIII. Auguſti: *Ceteri, & in his M. Fauonius, cùm catenati producerentur, Imperatore Antonio honorificè ſalutato, hunc fœdiſſimo convitio coram proſciderunt.* Sed & de Druſo Tacitus lib Annal. VI: *Etiam ſua verba Centurio ſævitiæ plena, tanquam egregium, vocesque deficientis adiecerat; queis primo alienationem mentis ſimulans quaſi per dementiam funeſta Tiberio; mox vbi exſpes vitæ fuit, meditatas compoſitasq; diras imprecabatur.* Similia his Velleiana libri poſter: *Varro ad ludibrium moriturus Antonij, digna illo ac vera de exitu eius, magna cum libertate ominatus eſt.* De Tiberio Tranquillus in vita eius cap. LXVI: *Vrebant inſuper anxiam mentem varia vndique convitia; nullo non damnatorum omne probri genus coram vel per libellos in orcheſtra poſitos, ingerente.* Horum certò è numero habuerim eum cuius mentio in Ioh. Sariſberienſi lib. III. cap XIV. Nug. Cur: *Cùm Auguſto deſcendenti per ſacram viam, deſperatus quidam diceret; O tyranne! ſi eſſem inquit, non diceres*, Neç alterius germinis autumaverim augurem Statij, voce fati damnatum lib. III. Theb:

—— Iamq; vt mihi prodiga vita
Pectora & extremam nihil horreſcentia mortem
Aſpicias; bellum infandum, cunctiſque negatam
Mouiſti funeſte aciem: dum pellere leges,
Et conſanguineo gliſcis regnare ſuperbus, &c.

Hiſce autem talibus, ne violaretur Caligula, excogitaſſe remedium morte crudelius, ita memoratur Senecæ lib. III. de Ira cap. XIX: *Nemo certè inuenietur alius qui imperauerit his, in quos animaduerti iubebat, os inſer-*

Digitized by Google

tâ ſpongiâ cludi, ne vocis emittendæ haberent facultatem. Cui unquam morituro non eſt relictum quâ gemeret? Timuit ne quam liberiorem vocem extremus dolor mitteret; ne quid quod nollet audiret. Sciebat autem innumerabilia eſſe quæ obiicere illi nemo niſi periturus auderet, &c. Haud quaquam alieni à ſuperioribus ſenes aliquot, quibus alterum pedem habentibus in ſepulcro, ſupererat aviditas vitam benè actam, claudere fine egregio, *ne gloria intercideret*. Quales repræſentauit nobis in Alethe Papinius lib. III. Theb. verſ. 214:

> *Hæc ſenior; multumq; nefas Eteoclis acerbat,*
> *Crudelem infandumq; vocans, pœnasq; daturum.*
> *Vnde ea libertas? iuxta illi finis & ætas*
> *Tota retrò, ſeræq; velit decus addere morti.*

Hinc & in Hippolyto Senecæ, anus quædam

> *Fortem facit vicina libertas ſenem.*

Deque iiſdem Cicero Catone Majore: *Animoſior etiam ſenectus quàm adoleſcentia & fortior. Hoc eſt illud quod Piſiſtrato tyranno à Solone reſponſum eſt, cùm illi quærenti, quâ tandem ſpe fretus ſibi tam audacter reſiſteret; reſpondiſſe fertur, ſenectute.* Minimè diſpar exemplum in Valer. Maximo lib. III. cap. VIII: *Depulſis proſtratiſque inimicorum partibus, Sylla occupatâ urbe, ſenatum armatus coegerat, ac ſummâ cupiditate ferebatur, vt C. Marius quàm celerrimè hoſtis iudicaretur: Cuius voluntati nullo obviam ire audente, ſolus Scævola interrogatus de hac re, ſententiam dicere noluit. Quinetiam truculentiùs ſibi minitanti Sylla, Licet, inquit, mihi agmina militum, quibus Curiam circumſediſti, oſtentes: licet mortem identidem miniteris: numquam tamen efficies, ut propter exiguum ſenilemque ſanguinem meum, Marium à quo Vrbs & Italia conſervata eſt, hoſtem iudicem:* Eorundem penè verborum heres Conſidius, Plutarchi Cæſare: Εἰπόντος δὲ Κονσιδίου τινὸς τῶν σφόδρα γερόντων, ὡς φοβούμενοι τὰ ὅπλα καὶ τοὺς στρατιώτας οὐ συνέρχοιντο, Τί οὖν (ἔφη ὁ Καῖσαρ) οὐ καὶ σὺ ταῦτα δεδιὼς οἰκουρεῖς; καὶ ὁ Κονσίδιος εἶπεν, Ὅτι με ποιεῖ μὴ φοβεῖσθαι τὸ γῆρας. ὁ γὰρ ἔτι λειπόμενος βίος οὐ πολλῆς (ὀλίγος ὢν) δεῖται προνοίας: *Quum Conſidius quidam natu grandis, armorum & militum diceret metu eos non convenire Quin igitur, inquit, tu quoque, Cæſar, hâc formidine domi te contines? Ibi Conſidius reſpondit, quòd metum mihi abſtergat ſenectus. nam quod ſupereſt vitæ, quia parum eſt, haud magnam quærit cautionem.* In eadem navi ille apud Tacitum lib. XIII. Annalium: *Nec Suilius queſtu aut exprobratione abſtinebat, præter ferociam animi, extremâ ſenectâ liber.* Ceterum auctam confidentiam ſenibus, ſi & orbi eſſent; notatum. Val. Maximo lib. VI. cap. II: *A. Caſellius vir Iuris Civilis ſcientiâ clarus, quam periculoſe contumax..? Nullius enim aut gratiæ, aut*

aut auctoritate compelli potuit, ut de aliqua earum rerum, quas triumviri dederant, formulam componeret. Hoc animi iudicio victoriarum beneficia extra omnem ordinem legum ponens. Idem cum multa de temporibus Cæſaris liberius loqueretur, amicique ne id faceret, monerent: Duas res, quæ hominibus amariſſimæ videntur, magnam ſibi licentiam præbere reſpondit, ſenectutem & orbitatem. Nec aliter Iuſtinus lib. XXVI: *Ad tam ſævam dominationem ſtupentibus omnibus, princeps Hellanicus ſenex, & liberis orbus; ut qui nec ætatis, nec pignoris reſpectu timeret, contractos domum fidiſſimos amicorum in vindictam patriæ hortatur &c:* Sic ille. quæ tam certa fuiſſe videntur; ut tacitè tyrannum ſtuporis arguat Plutarchus lib de Virt. mul: Γενωμένων δὲ τούτων, ἐν μὲν τῇ πόλει συνέστησε πρᾶξιν ἐπὶ τὸν τύραννον Ἑλλάνικος, ἀνὴρ διὰ γῆρας ἤδη καὶ δύο τέκνων θάνατον, ὡς οὐδὲν ἂν πράξας, ὑπὸ τοῦ τυράννου περιορώμενος: *His ita ita actis, Hellanicus Elide conſilium de opprimendo tyranno agitavit, re cum aliis compoſita, homo quem ut ſenem & duobus filiis orbatum, ideoque nihil quicquam acturũ, tyrannus negligebat &c.* Quid, quod & mortuis jus maledictorum? voce eorum adhuc vivente in tabulis ſupremis. Suetonius Auguſto cap. LVI: *Iocis quoque quorundam invidioſis aut petulantibus laceſſitus, contradixit edicto. Et tamen de inhibendâ teſtamentorum licentiâ, ne Senatus quicquam conſtitueret, interceſſit.* Tacitus lib. VI. Annal: *Eo metu Fulcinius Trio ingruentes accuſatores haud perpeſſus, ſupremis tabulis multa & atrocia in Macronem ac præcipuos libertorum Cæſaris compoſuit; ipſi fluxam ſenio mentem, & continuo abſceſſu velut exilium obiiciendo.* Quæ eadem legimus Dionis Caſſii lib. LVIII. Idem Tacitus lib. XIV. Annal: *Haud diſpari crimine Fabricius Veiento conflictatus eſt, qui multa & probroſa in Patres & Sacerdotes compoſuiſſet, iis libris quibus nomen codicillorum dederat.* Ex his liquet quid velit Quintilianus Declam. CCCXXXII: *Itaque cùm ſciret mortem eſſe quæ de animus diceret verum, teſtamenta quibus omnem affectum fatemur.* His ſimilia invenias in Luciani Nigrino, quibus adſociari queant Lucretiana libro tertio. Et ut hiſce caſibus nihil audirent Principes, audiunt tamen à calumniatoribus, ſed miro artificio, cujus ſpecimen habemus Taciti libro I. Annal: *Granius Marcellum inſimulabat; ſiniſtros de Tiberio ſermones habuiſſe: inevitabile crimen; cùm ex moribus Principis fædiſſima quæque deligeret accuſator obiectaretque reo. nam quia vera erant, etiam dicta credebantur.* Cui adſidet alter Taciti locus IV. Annal: *Ac forte habita per illos dies de Votieno Montano celebris ingenii viro cognitio, cunctantem iam Tiberium perpulit, ut vitandos crederet patrum cœtus voceſque quæ plerumque veræ & graves coram ingerebantur. nam poſtulato Votieno ob contumelias in Cæſarem dictas, teſtis Aemilius è militaribus viris dum ſtudio probandi cuncta ref.rt, & quamquam inter obſtrepentes magna adſeve-*

ratione nititur, audivit Tiberius probra, quis per occultum lacerabatur. adeoque perculſus eſt, ut ſe vel ſtatim vel in cognitione purgaturum clamitaret: precibusq; proximorum, adulatione omnium, agrè componeret animum. Imitati iſtud, parte aliquâ, nonnulli ſub Nerone. Nam Dio Caſſius apud Xiphilinum: *Ἦν δὲ καὶ ἀκούειν αὐτὸ τοῦτο λεγόντων, ὅτι Νέρων τὴν μητέρα ἀπεχρήσατο. συχνοὶ γὰρ ὡς καὶ λελαληκότας τινὰς αὐτὸ εἰσήγγελλον, οὐχ οὕτως ἵν' ἐκείνους ἀπολέσωσιν, ὡς ἵνα τὸν Νέρωνα διαβάλωσιν: Audire licebat qui ita dicerent, Nero matrem interfecit: eosque multi deferebant, magis ut Neronem criminarentur, quàm ut iſtis interitum adferrent.* Imò audiunt, tunc quoq; cùm minimè audiunt. Scin' quando? quando objiciuntur aliis: imò cum ſimpliciter enuntiantur. nec audiunt tantum, ſed æquè indignantur atque ſi ipſis coram objicerentur. Cur id putem, facit Demetrius Phaleræus, cujus hæc habemus libro de Elocut: *Φίλιππος μὲν διὰ τὸ ἑτερόφθαλμος εἶναι, ὠργίζετο, εἴ τις ὀνομάσειεν ἐπ' αὐτοῦ Κύκλωπα, ἢ ὀφθαλμὸν ὅλως. Ἑρμείας δὲ ὁ τοῦ Ἀταρνέως ἄρξας, καί τοι τ' ἄλλα πρᾶος, ὥς λέγεται, οὐκ ἂν ἠνέσχετο ῥᾳδίως τινὸς μαχαίριον ὀνομάζοντος, ἢ τομὴν; ἢ ἐκτομὴν, διὰ τὸ εὐνοῦχος εἶναι: Philippus quidem, quia altero oculo orbatus eſt, iraſcebatur, ſi quis appellaſſet præſente illo* Cyclopem, *vel* Oculum *omninò. Hermias autem qui Atarnei dominus fuit, etſi reliqua in vita mitis erat, ut fertur, non æquo animo paſſus eſſet, ſi quis appellaſſet* Cultrum *vel* Sectionem, *vel* Exectionem; *quia Eunuchus erat.* Hinc eſt quod non dubitet affirmare Iuvenalis Sat. 1.

> *Enſe velut ſtricto, quoties Lucilius ardens*
> *Infremuit, rubet auditor, cui frigida mens eſt*
> *Criminibus. tacitâ ſudant præcordia culpâ.*
> *Inde iræ & lacrimæ.*

Occurritque fine capitis 11. lib. 1. Noct. Attic. in Gellio: *His ille auditis inſolentiſſimus adoleſcens obticuit, tanquam ſi ea omnia, non ab Epicteto in quoſdam alios, ſed ab Herode in eum dicta eſſent.* Nimirum de talib. loquitur Iuſtinus Martyr Epiſt. ad Zenam & Serenum: *Τί γάρ μοι λέγειν περὶ τῶν διὰ τὸ δυσσυνείδητον τὰς ἀπὸ τῶν πλησίον ὁμιλίας εἰς ἑαυτοὺς ἑλκόντων, καὶ ἵνα ἄλλό τις φθέγξηται περὶ ὑπονοιῶν, οἰομένων πρὸς αὐτοὺς τείνειν τὸ λεγόμενον, ἀναπλάττειν τε κατὰ τὸ εἰκὸς ἐκ τούτων δρᾶμα καὶ σκηνήν: Quid enim attinet de eis dicere, qui pro mala conſcientiâ ſua, proximorum colloquia & ſermones in ſeipſos trahunt: & ubi aliud quiſpiam de quocumque referat, ad ſe id dictũ pertinere exiſtimant: actionesque ſcenicas & fabulas inde, ut conſuetudo recepta fert, confingunt.* Quocirca acutè Cicero circa finem III. Catilinariæ: *Magna vis eſt conſcientiæ, quàm qui negligent, cùm me violare volent, ſe ipſi indicabunt.* Solerterque Tacitus lib. IV. Annal: *Reperies qui ob ſimilitudinẽ morum aliena malefacta ſibi objectari putent.* Fecêre id innumeri, è quibus

Digitized by Google

quibus minimè poſtremus Tiberius. Tacit. lib. VI: *Mamercus deinde Scaurus rurſus poſtulatur, inſignis nobilitate & orandis cauſis, vita probroſus. nihil hunc amicitia Seiani, ſed labefecit haud minus validum ad exitia Macronis odium, qui eaſdem artes occultius exercebat; detuleratque argumentum tragœdiæ à Scauro ſcriptæ, additis verſibus qui in Tiberium flecterentur.* Quibus verbis minimè alioquin obſcuris, accedet tamen lux major ab his Dionis Caſſii lib. LVIII: Μάρκος δὲ δὴ Αἰμύλιος Σκαῦρος, μήτ' ἄρξας τινῶν, μήτε δωροδοκήσας, ἑάλω τε διὰ τραγῳδίαν, καὶ παθήματι δεινοτέρῳ, οὗ συνέγραψε, περιέπεσεν. Ἀτρεὺς μὲν τὸ ποίημα ἦν· παρῄνει δὲ τῶν ἀρχομένων τινὶ ὑπ' αὐτοῦ, κατὰ τὸν Εὐριπίδην, ἵνα τὴν τοῦ κρατοῦντος ἀβουλίαν φέρῃ. μαθὼν οὖν τοῦτο ὁ Τιβέριος, ἐφ' ἑαυτῷ τότε τὸ ἔπος εἰρῆσθαι ἔφη, Ἀτρεὺς διὰ τὴν μιαιφονίαν εἶναι προσποιησάμενος· καὶ ὑπειπὼν ὅτι καὶ ἐγὼ οὖν Αἴαντα αὐτὸν ποιήσω, ἀνάγκην οἱ προσήγαγεν αὐτοεντεὶ ἀπολέσθαι: *At M. Aemilius Scaurus neque provinciæ malè adminiſtratæ, neque donorum acceptorum reus, ob tragœdiam à ſe ſcriptam poſtulatus, graviora iis quæ compoſuerat mala perpeſſus eſt. Atreus carmini titulus erat: eius ſubditorum quendam monebat Euripideis iſtis verbis ut ſtultitiam imperantis ferret. Id cognitum Tiberius, in ſe conditum poëma dicebat, Atreique ſe propter patrata parricidia nomine notatum, ſed Aiacem ſe de Scauro facturum: compulitque ad ſibi ipſi inferendas manus hominem.* Admodum etiam ſuſpicax Domitianus. Tranquillus cap. X *Occidit Hermogenem Tarſenſem, propter quaſdam in hiſtoriâ figuras, librariis etiam qui eam deſcripſerant crucifixis.* Paulo poſt: *Occidit & Helvidium filium, quod quaſi ſcenico exodio ſub perſonâ Paridis & Oenones divortium ſuum cum uxore tractaſſet.* Ad quæ reſpiciunt Pliniana Panegyr. ad Trajanum: *Permitteret, credo, famam vitam que eius carpi qui mortem ulciſcebatur; nec ut in ſe dicta interpretaretur, quæ de ſimillimo dicerentur.*

Peſſimum inimicorum genus laudantes.

In vitâ Agric.

LEPIDE & oculos implet & aures ſtatus hortulani expreſſus lib. IX Metamorph. Apuleio: *Sed ubi nullis precibus mitigari militem, magiſque in ſuam perniciem advertit efferari, iamque inverſâ vite de vaſtiore nodulo cerebrum ſuum diffindere; currit ad extrema ſubſidia, ſimulanſque, ad commovendam miſerationem, genua eius velle contingere, ſummiſſus atque incurvatus, arreptus eius pedibus utriſque, ſublimem elatum; terra graviter applodit: & ſtatim quà pugnis, quà cubitis, quà morſibus etiam de via lapide correpto, totam faciem, manuſque*

manusque eius & latera converberat. Quæ ubi lego, veniunt mihi in mentem inimici illi qui cùm ſub pelle leonis adverſario ſuo nocere nequeunt; eâ depoſitâ induunt vulpinam; ipſumque laudum titulis ſubvertunt. Et verò, quamvis multi admodum ſic manibus ſupplicum ſubſtrati fuerint; quorum exempla aliquot ſubminiſtravi lib. XXII Suſpicionum: plures tamen reperias, quos ficta laus traxerit in ruinam. Eorum numerum ſatis magnum, cùm capitibus prioribus complexi fuerimus; nihil reſtat, niſi ut modò nunc luxuriem, ac diſcurram per ſilvas, per prata, per hortos Scriptorum, mandemque ventis folia hujus capitis: fors fuat, ut in alicuius Principis manus ultrò volitent, qui ideo aliquam mihi meminerit gratiam; recognoſcens inter has imagines unam, aliamque nihilo diverſam ab eis qui in aula eius imò & cubili aſſiduò. Et verò ſi cui ea ſimplicitas, ut putet verba idem ſemper velle quod ſonant, is neceſſe eſt ignoret illa Pliniana lib. VII. cap. II: *In Africâ familias quaſdam effaſcinantium Iſogonus & & Memphodorus tradunt; quarum laudatione intereant probata, areſcant arbores, emoriantur infantes.* Nec auribus unquam uſurpavit Grammaticorum Illuſionem Ironiam, dictam, *quæ diverſum ei quod dicit intellectum petit*, interprete Quintiliano lib. VI. Inſtit Orat. cap. II. *Fitque, aut pronuntiatiatione, aut perſonâ, aut rei naturâ*, ut idem loquitur lib. VIII. cap. VI. Ignoretque adhuc oportet verſus hos Muſæi:

Καὶ γὰρ ὅτ᾽ ἠϊθέοισιν ἀπειλείωσι γυναῖκες
Κυπριδίων ὀάρων αὐτάγγελοί εἰσιν ἀπειλαί:
Etenim cùm iuvenibus minantur feminæ,
Venerearum conſuetudinum per ſe nuntiæ ſunt minæ.

Quin nihil hac re inter homines frequentius. veriſſimeq; Divus Chryſoſtomus Homil. XI. ad Corinth. I: Ἐπαινοῦμεν πολλούς, οὐκ ἐκείνους ποιῆσαι λαμπροὺς βουλόμενοι, ἀλλ᾽ ἑτέρους δι᾽ ἐκείνων δακνύειν: *Multos laudamus non illos volentes ornare, & præclaros reddere; ſed per illos alios mordêre.* Quod Herodoto impingit Plutarchus, libro eo vbi agit de malignitate eius: Νῦν δὲ προδοθῆναι μὲν ἂν λέγων ὑπὸ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων Λακεδαιμονίους, μονωθέντας δὲ ἂν καὶ ὑποδεξαμένους ἔργα μεγάλα ἀποθανεῖν γενναίως, ἢ πρὸ τούτου ἐρῶντας καὶ τοὺς Ἕλληνας μηδίζοντας, ὁμολογίῃ ἂν χρήσασθαι πρὸς Ξέρξεα, δῆλός ἐστιν οὐ τούτους λέγων εἰς τὸν Ἀθηναίων ἔπαινον, ἀλλ᾽ Ἀθηναίους ἐπαινῶν, ἵνα κακῶς εἴπῃ τοὺς ἄλλους ἅπαντας: *Nunc cùm proditos ab aliis Græcis dicat Athenienſes: ſolos autem relictos, maluiſſe magnum in ſe facinus recipere & mortem oppetere, quàm videre Græcos ad Perſam deficere reliquos, & cum Xerxe fœdus ferire: oſtendit ſe non hæc laudandorum Athenienſium gratia dicere, ſed Athenienſes ideò laudare, vt reliquis omnibus Græcis malè diceret.* Nec minus verè apud Dionem Pruſæum Alexander Magnus Orat. II. de regno:

Δ.ι δὲ

Δεῖ δὲ τοῦ ποιητοῦ, τὰ μὲν ὡς συμβουλεύοντος καὶ παραινοῦντος ἀποδέχεσθαι, τὰ δὲ ὡς ἐξηγουμένου μόνον· πολλὰ δὲ ὡς ὀνειδίζοντος καὶ καταγελῶντος: *Quædam Homeri dicta ſuſcipienda ſunt, vt conſulentis & admonentis; quædam autem vt duntaxat recitantis; multa quoque vt exprobrantis & deridentis.* Vnde & legimus in Macrobio lib. III. Saturn. cap. XVI: *Sammonicum turpitudinem conviuij Principis ſui laudando notaſſe.* Sed & in Tacito habemus lib. XIV. Annal: *Ergo non iam Nero, ſed adverſo rumore Seneca erat, quod oratione tali confeſſionẽ ſcripſiſſet.* Sanè præſtitiſſe multis non laudari omninò à Regibus, quã laudari, hauriatur ex Nicetâ in Alexio Porphyrio: Οὐ γὰρ ἐκλεκτὸς μόνον ἅπας ὑψηλὸς, καὶ τῆς ἐναντίας Ἀνδρονίκῳ μοίρας, ἔπασχε τὰ οἰκτρότατα, ἀλλὰ καὶ περὶ τοὺς οἰκείους θεραπευτῆρας ἀπιστότατος ὢν, οὓς χθὲς ἐψώμιζε στέαρ πυροῦ, καὶ οἷς τὸν μόσχον παρετίθει τὸν σιτευτὸν, καὶ τὴν ἀνθοσμίαν ἐκίρνα ζωρότερον, καὶ τῷ κύκλῳ τῶν περὶ ἐκεῖνον ἐνέγραφε, τούτους διετίθει χειρίστως σήμερον. ἦν δὲ καὶ τὸν αὐτὸν ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας πολλάκις ὁρᾶν στεφανούμενόν τε ἅμα κατὰ τὸν τοῦ Ξέρξου ναύαρχον, καὶ δειροτομούμενον, ὑμνούμενόν τε καὶ βλασφημούμενον. ὥστε καὶ πολλοὶ τῶν τῆς ἐκείνου μερίδος, οἱ ὅλως ἐς νοῦν βάπτοντες, τὸν ἐξ Ἀνδρονίκου ἔπαινον καταβολὴν ἐνόμιζον ὕβρεως, καὶ τὴν ἀγαθοῦ τινὸς ἀνθρωπικοῦ παροχὴν, ἔμεσιν τῶν προσόντων ᾤοντο εἶναι, καὶ καταστροφὴν τὴν ἐπιστροφήν: *Neque enim proceres duntaxat Andronici adverſarij, ſed eius etiam cultores, crudeliſſimè tractabantur. Nam quos heri humaniſſimè exceperat, & inter intimos habuerat, in eos hodie atrociter ſæuiebat. Ita videre erat eumdem eodem die, vt de navarcho Xerxis eſt memoria proditum, & coronari & ſecuri percuti, laudari & conuitiis proſcindi. Itaque prudentiores, Andronici laudationem iniuria principium, & beneficentiam eius facultatum rapinam, benignitatem eius interitum indicabant.* Sic Choniates de Andronico. cujus corpori mirum niſi immigrauerit anima Domitiani. De eo certè prodidit Suetonius cap. XI: *Erat non ſolum magna ſed & callida inopinataq; ſævitia. Auctorem ſummarum pridiè quàm crucifigeret, in cubiculum vocauit, aſſidere in thoro juxta coëgit; ſecurum hilaremq; dimiſit, partibus etiam de cœna dignatus. Aretinum Clementem Conſularem virum, è familiaribus & emiſſariis ſuis capitis condemnaturus, in eadem vel etiam in majore gratia habuit; quoad nouiſſimè ſimul geſtanti, conſpecto delatore eius: Vis, inquit, hunc nequiſſimum ſervum cras audiamus? Et quo contemptius abuteretur patientiâ hominum, nunquam triſtiorem ſententiam, ſine præfatione clementiæ pronuntiavit: vt non alind certius atrocis exitus ſignum eſſet, quàm principij lenitas.* Quem eundem, vt & aliquot priores ita quoque perſtringit Plinius in Paneg. *Erãt ſub oculis naufragia multorum, quos inſidioſâ tranquillitate provectos, improuiſus turbo perculerat. Quod enim tam infidum mare; quàm blanditiæ Principum illorum, quibus tanta levitas, tanta fraus, vt facilius eſſet iratos quàm*

propitios habere? Aliquot, inquam priores. nam ſentit omninò & de Caligula & de Nerone: cui poſtremo ſic inſtat ſtyli ſui ferro Tacitus lib. XIV. Annal: *His adiicit complexum & oſcula, factus naturâ, & conſuetudine exercitus velare odium fallacibus blanditiis.* Quibus planè compar Imp. Caracalla, elogio quidē Spartiani: *Fuit præterea eius immanitatis Antoninus, vt eius magis blandimentum timeretur, quàm iracundia.* Et aut fallor, aut horum ſpiritus antea quoque habitauit in corpore Tiberij. De eo profectò Tacitus libro II. Annal: *Interim Libonem ornat præturâ, conuictibus adhibet, non vultu alienatus, non verbis commotior. adeò iram condiderat, &c.* Sed valeant tales poteſtates, redeamuſque ad amicos qui cùm maximè laudant, maximè vituperant. Et ex eo quidem hominum genere ſciamus eſſe eos quos exagitat Iohannes Sariſberienſis libro VII. cap. XXIV: *Illos Deo odibiliores inter ceteros eſſe crediderim, qui latenti odio, vt magis noceant, eiſque credatur fidelius, laudes prædicant alienas, amicitias ſimulant; ſubiicientes tamen in calce ſermonis vel modicum, quod præcedentibus titulis aduerſetur.*

Felix & nato felix & coniuge Protheus;
Et cui ſi demas iugulati crimina Phoci;
Omnia contigerant.

Nunquid tanti parricidij labes, omnes non modò fortunæ dotes, ſed quamuis magnificos titulos obliterat? &c. Quapropter, execrati priùs loquentem, haud iniuriè attendamus huiuſmodi figuris, neque aures habeamus ceratas ad illa Taciti libro I. Annal: *Auguſtus paucis ante annis, cùm Tiberio tribuniciam poteſtatem à Patribus rurſum poſtularet, quanquam honorâ oratione, quædam de habitu cultuque & inſtitutis eius iecerat, quæ velut excuſando exprobraret.* Nimirum heîc locum habet Horatianum iſtud lib. I. Sat. IIII:

Me Capitolinus conuictore vſus amicoque
A puero eſt; cauſſâq; meâ permulta rogatus
Fecit, & incolumis lætor quod viuit in vrbe
Sed tamen id miror quo pacto iudicium illud
Fugerit. hic nigræ ſuccus lolliginis, hæc eſt
Aerugo mera.

quam ipſam & viſu, & tactu, & odore, agnoſcamus in Vitellij verbis, per

ſpeciem

ſpeciem benevolentiæ occidentibus Aſiaticum Taciti libro XI. Annal: *Sed conſultanti ſuper abſolutione Aſiatici, flens Vitellius commemoratâ vetuſtate amicitiæ, vtque Antoniam Principis matrem pariter obſervaſſent, dein percurſis Aſiatici in Rempub. officiis, recentique adverſus Britanniam militiâ, quæque alia concilianda miſericordiæ videbantur; liberum ei mortis arbitrium permiſit. & ſecuta ſunt Claudij verba, in eandem clementiam.* Idem venenum vires ſuas exeruit in dictis aliorum. Nec enim unquam lego ſine vehementi motu Plutarchi iſthæc in Agide: Πτολεμαῖος ὁ Χρυσέρμου, φίλος ὢν τοῦ βασιλέως, πάντα τὸν χρόνον ἐπιεικῶς διείλεκτο τῷ Κλεομένει, καὶ συνήθειά τις ὑπῆρχεν αὐτοῖς καὶ παῤῥησία πρὸς ἀλλήλους. οὗτος οὖν τότε τοῦ Κλεομένους δεηθέντος ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν, ἦλθε μὲν καὶ διελέχθη μέτρια, τὸ ὕποπτον ἐξαίρων, καὶ περὶ τοῦ βασιλέως ἀπολογούμενος· ἀπιὼν δὲ πάλιν ἐκ τῆς οἰκίας, καὶ μὴ προνοήσας ἐξόπισθεν ἄχρι τῶν θυρῶν ἐπακολουθοῦντα τὸν Κλεομένην πικρῶς ἐπετίμησε τοῖς φύλαξιν, ὡς δὴ μέγα θηρίον καὶ δυσθήρητον ἀμελῶς φυλάττουσι καὶ ῥαθύμως. τούτων ὁ Κλεομένης αὐτήκοος γενόμενος, καὶ πρὶν αἰσθέσθαι τὸν Πτολεμαῖον ἀναχωρήσας: *Ptolemæus Chryſermi filius, regis amicus, appellaverat ſemper Cleomenem benignè, vſusque inter eos & libera mutuò colloquia intercedebant. Hic tunc petentem adiit Cleomenem, lenique oratione ſuſpicionem eleuauit, & regem excuſauit. digrediens rurſus ex ædibus, quum proſequentem à tergo vſque ad oſtium Cleomenem non animaduertiſſet: caſtigauit acriter cuſtodes quòd ſæuam feram captuque difficilem ſervarent ſegniter & ſocorditer. Hoc Cleomenes ipſe excepit, & prius quam ſentiret Ptolemæus, recepit ſe & narravit amicis.* Ac valde indignor ad illa Cornelii libro I. Hiſtor: *Manlius Valens, quanquam benè de partibus meritus, nullo apud Vitellium honore fuit, ſecretis eum criminationibus infamauerat Fabius, ignarum &, quo incautior deciperetur, palam laudatum.* Vt male pereat genus hoc bilingue! quod idem opto ordini illi cuius vnum perſtringit Tacitus IV. Hiſtor: *Mucianus quia propalàm opprimi Antonius nequibat, multis in Senatu laudibus cumulatum, ſecretis promiſſis onerat; citeriorem Hiſpaniam oſtentans, diſceſſu Cluvij Rufi vacuam; ſimul amicis eius tribunatus præfecturasque largitur. dein, poſtquam inanem animum ſpe & cupidine impleuerat, vires abolet; dimiſſâ in hibernâ legione ſeptimâ, cuius flagrantiſſimus in Antonium amor, &c.* Eiuſdem oui prolem alteram, depingit nobis iterum Tacitus, in vita ſoceri, Domitianum: *Igitur*, inquit, *triumphalia ornamenta & illuſtris ſtatuæ honorem, & quicquid prò triumpho datur, multo verborum honore cumulata decerni in Senatu iubet: addique inſuper opinionem, Syriam provinciam Agricolæ deſtinari, vacuam tum morte Atilij Rufi Conſularis, & majoribus*

N 2

Digitized by Google

reſeruatam. Credidere,&c. Eadem adflatas peſtilentiâ habeo execrorque viperas eas quas Polybius in lucem protraxit lib. IV. Hiſt: ὁ δ' Ἀπελλῆς οὐδαμῶς ἀφίστατο τῆς προθέσεως, ἀλλ' ἅμα μὲν τὸν Ταυρίωνα τὸν ἐπὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ τεταγμένον διέβαλλεν, οὐ ψέγων, ἀλλ' ἐπαινῶν καὶ φάσκων ἐπιτήδειον αὐτὸν εἶναι μετὰ τοῦ βασιλέως ἐν τοῖς ὑπαίθροις συνδιατρίβειν, βουλόμενος ἕτερον ἐπισταθῆναι δι' αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐν Πελοποννήσῳ πράγμασι. καινὸς γὰρ δή τις οὗτος εὕρηται τρόπος διαβολῆς, τὸ μὴ ψέγοντας, ἀλλ' ἐπαινοῦντας λυμαίνεσθαι τοὺς πέλας. εὕρηται δὲ μάλιστα καὶ πρῶτον τοιαύτη κακεντρεχεία καὶ βασκανία καὶ δόλος, ἐκ τῶν περὶ τὰς αὐλὰς διατριβόντων, καὶ τούτων πρὸς ἀλλήλους ζηλοτυπίας καὶ πλεονεξίας: *Apelles nequaquam ob hanc cauſam mutato conſilio, Taurionem qui Peloponneſiacis rebus præfectus fuerat, magiſtratu deiecit, non incuſans eum, ſed laudans ac dicens aptiſſimum eſſe, qui cum rege in caſtris verſaretur, volens ipſe alium illius loco Peloponneſiis præficere. Novus quippe modus calumniæ inventus eſt, non vituperando, ſed laudando, famæ, ac commodis hominum inſidiari. Quod vitium in aulis principum ortum vſque adeo inoleuit, vt ea loca tamquam proprias quiſ-lam ſedes ſibi videatur elegiſſe.* Sic optimus ſcriptorum. Quæ, ne pro falſis habeamus, obſtat Iulianus Imp. diſertè inſuſurrans Epiſtola ad Baſilium: Καθ' αὐλικὴν ὑπόκρισιν ἐπαινοῦντες μισοῦσι τηλικοῦτον μῖσος, ἡλίκον οὐδὲ τοὺς πολεμιωτάτους: *Qui laudant ſimulatione aulicâ, maiore odio proſequuntur, quàm inimiciſſimos.* Et loqui eum experientiâ edoctum, docet nos Mamertinus, qui de eodem ac de Conſtantino Imper. ita ſcripſit in Paneg: *Cùm ſancti Principis mores atque inſtituta falſarum opinionum vituperationumque licentiam ſubmouerent; callido nocendi artificio accuſatoriam diritatem laudum titulis peragebant: in omnibus conventiculis, quaſi per beneuolentiam illa iactantes: Iulianus Alemanniam domuit: Iulianus vrbes Galliæ ex fauillis & cineribus excitauit. illæ prouinciæ obſeſſæ, expugnatæ ferro ignique vaſtatæ, beatiores ſunt his oppidis quæ habet ſine hoſte Conſtantinus. Aeſtates omnes in caſtris, hiemes in tribunalibus degit. Ita illi anni ſpatia diuiſa ſunt; vt aut Barbaros domitet, aut ciuibus iura reſtituat: perpetuum profeſſus aut contra hoſtem, aut contra vitia certamen. Hæ voces fuerunt, ad inflammanda odia probris omnibus potentiores. Si enim comminiſci aliqua flagitia tentaſſent, facilè ipſo ſplendore laudis ac gloriæ refutarentur. invenerunt accuſandi genus quod nullus refelleret.* Ita Conſul ille, cuius ore, velut f(o)co aliquo, lucem accendas dictionibus Taciti in vitâ Agricolæ: *Poſcebatur ore vulgi dux Agricola; cōparantibus cunctis vigorem, conſtantiam, & expertum bellis animum, cum inertiâ & formidine eorum. Quibus ſermonibus ſatis conſtat Domitiani quoq; aures verberatas; dum optimus quiſque libertinorum amore & fide, peſſimi malignitate & liuore pronum deteriori illo Principem extimulabant.* Illis omnibus,

nib. adhuc peſtilentior gens ea, quæ accedit ad mores filij Herodis; de quo Ioſephus lib. XVI. Antiq. cap. XI: Ἐστρατήγει δ' ἀεὶ κατὰ τῶν ἀδελφῶν Ἀντίπατρος, δεινὸς ὤν, ἔξωθεν μὲν περιβάλλων αὐτοὺς, ταῖς αἰτίαις, αὐτὸς δὲ πολλάκις ἀπολογουμένου τόπον λαμβάνειν, ἵν' ἡ τὸ δοκοῦν εὔνουν πιςὸν αὐτῷ πρὸς τὰς ἐπιχειρήσεις ὧν ἐδόκει. καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ ποικίλως ἐκπεριεληλύθει τὸν πατέρα μόνος ὥσπερ τῆς ἐκείνου σωτηρίας ἅπαντα πράττειν αὐτὸς πεπιςευκὼς, *&c. Sed & inter omnes eminebat Antipatri contra fratres artificioſa machinatio, qui per alios inuoluens illos falſis criminationibus, ipſe patrocinium eorum ſæpe ſimulabat; vt approbatâ ſuâ beneuolentiâ faciliùs juvenes clam poſſet opprimere, atque talibus verſutiis circumueniebat patrem, vt putaret hunc ſolùm incolumitatis ſuæ curam gerere, &c.* Huius malignitatis vmbram aliquã fuiſſe in Liviâ Auguſti refert Tacitus lib. IV. Annal. *Florentes privignos cùm per occultum ſubuertiſſet, miſericordiam erga adflictos palam oſtentabat.* Eâdem auctoris paginâ præceſſit ſubdolum Seiani factum, heîc minimè prætereundum: *Tum cenſuit Aſinius Gallus, petendum à Principe, vt metus ſuos Senatui fateretur, amoverique ſineret. Nullam æquè Tiberius, vt rebatur, ex virtutibus ſuis quam diſsimulationem diligebat: eo agrius accepit, recludi quæ premeret. Sed mitigauit Sejanus; non Galli amore, verùm vt contationes Principis aperirentur: gnarus lentum in meditandò, vbi prorupiſſet, triſtibus dictis atrocia facta coniungere.* Item vlterius, Zephyro Auctorum gnauiter adſpirante: ſed vereor ne velut torpedo, per lineam, per arundinem, veneno ſuo inuadit piſcatorem; ita & me venenet vicinitate ſua ſerpentinus ille populus, doctus facie lætâ ac Comicâ, metas agere tragœdias:

Apage illum à me. nam ille quidem Vulcani iratiest filius.
Quaquà tangit omne amburit.

Apage à me talem peſtem, apage: vtque loquar cum Bœotis Sophoclis in Antigone verſ. 383:

Μήτ' ἐμοὶ παρέστιος
Γένοιτο, μήτ' ἴσον
Φρονῶν ὃς τάδ' ἔρδει:
Ne mihi amicus, neque ſocius
Sit, qui hæc facit.

Frontinus vir magnus quantum licebat.
in Agricolæ vita.

VERISSIME Plinius Oratione ad Trajanum: *Duces noſtri non tam Regum exterorum, quàm ſuorum Principum inſidias; nec tam hoſtium quàm commilitonum manus ferrumque metuebant.* Et benè

Digitized by Google

eo tantum fato duces Romani. Sed non omnes cujuscunque nationis

Sirempſe lege iuſſit eſſe Iupiter.

adeò heîc utrinque peccant nunc Principes, nunc eorum Adminiſtri: hi quidem ferè philautiâ: illi autem ſive Invidiâ, ſive Metu. Nimirum Adminiſtris plerumque excidit quid ſint; nihil aliud ſcilicet quàm, ὄνος ἄγων μυστήρια: *Aſinus vehens myſteria*: ut pluribus oſtendimus titulo de Auſpiciis. Speciosè quidem tum Euripidis Peleus in Andromache verſu 693.

Οἴμοι, καθ' Ἑλλάδ' ὡς κακῶς νομίζεται·
Ὅταν τροπαῖα πολεμίων στήσῃ στρατὸς,
Οὐ τῶν πονούντων τοὔργον ἡγοῦνται τόδε,
Ἀλλ' ὁ στρατηγὸς τὴν δόκησιν ἄρνυται
Ὃς εἷς μετ' ἄλλων μυρίων πάλλων δόρυ,
Οὐδὲν πλέον δρῶν ἑνὸς, ἔχει πλείω λόγον:
Hei mihi quàm malus mos eſt in Græcia!
Cùm exercitus ſtatuit trophæa de hoſtibus,
Non putant hoc opus eſſe laborantium.
Sed Imperator victoriam reportat:
Qui unus vibrans haſtam cum aliis innumeris,
Nihil plus uno faciens, habet maiorem famam.

Tum Clytus apud Curtium lib. VIII: *Malè inſtituiſſe Græcos, quod trophæis Regum duntaxat nomina inſcriberentur, alieno enim ſanguine partam gloriam intercipi.* Sed quid? ſi iſtud iniquum eſt, iure etiam expoſtulet cum ſeſſore ſuo equus quod non & ipſe coronetur Curulibus quo quid ineptius? Quocirca apparet immodeſtia legati Aetolorum apud Livium lib. XXXV: *Provectus deinde eſt intemperantiâ linguæ, in maledicta nunc communiter Romanorum, nunc propriè ipſius Quintii: ingratos appellans & exprobrans non victoriam modo de Philippo virtute Aetolorum partam, ſed etiam ſalutem; ipſumque & exercitum ſuâ operâ ſervatum. Quo enim illum unquam Imperatoris functum officio eſſe? auſpicantem immolantemque & vota nuncupantem, ſacrificuli vatis modo, in acie vidiſſe; cum ipſe corpus ſuum pro eo telis hoſtium obiiceret &c.* Imò, mi homo, ſi auſpicia fuerunt Quintii, eſt & eius tota victoria. Quod ipſum minimè ignotum Agrippæ genero Auguſti, qui Δυοῖν παρῄνει τὸν ἄνδρα τὸν σωθησόμενον, τῆς μὲν δυσχερείας αὐτὸν τῶν πραγμάτων ἀπαλλάττειν, τὴν δὲ δὴ κατόρθωσιν σφῶν ἐκείνοις φυλάσσειν: *Duo hæc eum qui ſuæ ipſius incolumitatis curam gereret, obſervare iubebat: unum ut negotio præfectus, difficultatem eius à ſeſe removeret: alterũ ut rei benè geſtæ nomen iisdem Principibus reſervarent*; ut memorat Dio Caſſius lib. XLIX. Quæ verba revocant mihi in memoriam D. Chryſo-

ſtomi dictum Homilia III. in D. Matthæum : Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς οἰκέτας ἔχοντες τότε αὐτοὺς μάλιστα ἀποδεχόμεθα, ὅτ' ἂν πάντα μετ' εὐνοίας διαπονησάμενοι, μηδὲν ἡγῶνται πεποιηκέναι μέγα: *Nos quoque famulos habentes, tunc eos maximè comprobamus, quando cum bonâ gratiâ in omnibus obſecuti, nihil ſe grande arbitrantur egiſſe.* Et huic rei attendit Ioabus in obſidione Rabathæ: de quo, præter ſacras literas, ſic Ioſephus lib. ζ. Ἀρχαιολογ: cap. ζ. Γράφει δὲ τῷ βασιλεῖ ταῦτα δηλῶν καὶ παρακαλῶν αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἀναίρεσιν τῆς πόλεως ἐλθεῖν, ἵνα τὴν νίκην αὐτὸς ἐπιγραφείη: *Hæc per literas regi ſignificavit, hortans ut ad excidium urbis ipſe veniret, & hunc quoque titulum victoriis ſuis apponeret.* Nec aliâ mente Craterus, ad deditionem item ſpectante Artacenâ, libro Curtii VII: *Ille omnibus præparatis Regis expectabat adventum, captæ urbis titulo, ſicut par erat cedens.* Eodem animo Trajanus apud eundem Ioſephum lib. γ. cap. κα. Ἁλώσεως: Κενὴν δὲ μαχίμων λογιζόμενος εἶναι τὴν πόλιν ὁ Τραϊανὸς, εἰ δὲ καί τινες ἔνδον εἶεν, οἰόμενος μηδὲν αὐτοὺς τολμήσειν ὑπὸ δέους, αὐτεπέθετο τῷ στρατηγῷ τὴν ἅλωσιν. καὶ στείλας ἀγγέλους πρὸς Οὐεσπασιανὸν ἠτεῖτο πέμψαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ Τίτον ἐπιθήσοντα τῇ νίκῃ τέλος: *Vnde Traianus vacuã eſſe civitatem pugnatoribus reputans, & ſi quidam adhuc intus eſſent, nihil eos auſuros eſſe exiſtimans præ metu, Imperatori excidium reſervavit; eumque per nuntios rogavit, ut filium ſuum Titum mitteret, finem victoriæ impoſiturum.* Reſpexit & huc vox Petrei, cuius mentio in Appiani Civil. lib. II: qui cum potuiſſet profligare exercitum Cæſaris, receptui cecinit; εἰπὼν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, Μὴ ἀφελώμεθα τὴν νίκην τὸν αὐτοκράτορα ἡμῶν Σκιπίωνα: *dicens proximis; Non eſt fraudandus Imperator noſter Scipio laude victoriæ.* Eodem reſpexit Ventidius; de quo idem ſcriptor in Parthicis: Καὶ τὸν Κομμαγηνὸν Ἀντίοχον ἐν πόλει Σαμοσάτοις ἐπολιόρκει. δεομένους δὲ χίλια τάλαντα δοῦναι, καὶ ποιεῖν Ἀντωνίῳ τὸ προσταττόμενον, ἐκέλευσε πέμπειν πρὸς Ἀντώνιον. ἤδη γὰρ ἐγγὺς ἦν καὶ τὸν Οὐεντίδιον οὐκ εἴα σπένδεσθαι τῷ Ἀντιόχῳ, βουλόμενος ἕν γε τοῦτο τὸ ἔργον ἐπώνυμον αὑτῷ γενέσθαι καὶ μὴ πάντα διὰ Οὐεντιδίου κατορθοῦσθαι: *Et Antiochum Commagenum oppugnabat incluſum Samoſatis, eumque pollicentem mille talenta, & facturum ſe imperata Antonii; iuſſit ad ipſum legatos mittere, iam enim non longè aberat, ut ab eo pacem acciperet: quandoquidem hanc ſaltem illi deberi volebat, ne viderentur omnia per unum Ventidium fieri.* Nec aliud ſibi voluit factum Germanici, cujus ita meminit Tacitus lib. II. Annal: *Laudatis pro concione victoribus Cæſar, congeriem armorum ſtruxit ſuperbo cum titulo*, DEBELLATIS INTER RHENVM ALBIMQVE NATIONIBVS EXERCITVM TIBERII CÆSARIS MONVMENTA MARTI ET IOVI, ET AVGVSTO SACRAVISSE. *De ſe nihil addidit; metu invidiæ, an ratus conſcientiam facti ſatis eſſe.* Imò plus quam ſatis fuit. ut apparebit vel ex his Valerii Max. verbis lib. IV. cap. II. *C. Claudius*

dius Nero Livii Salinatoris in Aſdrubale opprimendo particeps fuerat: attamen eum triumphantem equo ſequi, quàm triumpho, quem ei Senatus aquè decreverat, uti maluit: quia res in provinciâ Salinatoris geſta fuerat: Sine curru ergo triumphavit, eò quidem clarius, quod illius victoria tantummodo laudabatur; huius etiam moderatio. Sic ille, cui aggregandus Polybius cum teſtimonio ſuo de Achæis lib. II: Πολλοῖς γὰρ κοινωνήσαντες πραγμάτων πλείστων τε καὶ καλλίστων Ῥωμαίοις, οὐδέποτε τὸ παράπαν ἐπεθύμησαν ἐκ τῶν κατορθωμάτων οὐδενὸς ἰδίᾳ λυσιτελοῦς, ἀλλ' ἀντὶ πάσης τῆς ἑαυτῶν φιλοτιμίας, ἣν παρείχοντο τοῖς συμμάχοις, ἀντικατηλλάττοντο τὴν ἑκάστων ἐλευθερίαν, καὶ τὴν κοινὴν ὁμόνοιαν Πελοποννησίων: *Qui cùm multis maximisque in rebus ſocii Romanorum fuiſſent, nūquam ſibi quidquam ex rebus geſtis adſcripſere: ad nullam protinus rem, niſi ad Peloponēſi libertatem atque concordiam attenti.* Præclarè. Et hoc eſt quod conſulebat Pythagoras: Πρᾶττε μεγάλα, μὴ ὑπισχνούμενος μεγάλα: *Age res præclaras, nihil magnifici interim promittens.* Eo ipſo profectò cunctis noſtra facilè approbaverimus; præcipuè autem Regibus: quibus maximè accōmodi fuerint adminiſtri ſimiles Seiano Velleii lib. II: *Actu otioſis ſimillimum, nihil ſibi vindicantem, eoque aſſequentem omnia: ſemper infra aliorum æſtimationes ſe metientem, vultu vitaque tranquillum, animo exſomnem.* Quin quales eſſe debeant, exhibent perfectum exemplar Germani illi de quibus ſic in Germaniâ ſuâ Tacitus: *Infame in omnem vitam ac probroſum, ſuperſtitem Principi ſuo ex acie receſſiſſe. illum defendere, tueri, ſua quoque fortia facta gloriæ eius adſignare, præcipuum ſacramentum eſt.* Verùm ab iſto charactere nimium receditur à Præfectis; ac repræſentant potius ſive Philotam, ſive Clytum, ſive Bindoen; quorum primus mirè paratragœdiat apud Plutarchum, Orat. II. de Fortunâ Alexandri: ſecundus Curtii libro VIII: tertius lib. IV. cap. V. Simocattæ; verbis eis quæ poſui titulo de Regum Auſpiciis. Quibus licet aggregemus Syrum Silan: qui ut eſt apud Ioſephum lib. XIX. Antiq. cap. VII: Ὁ γὰρ βασιλέως ἵππαρχος, ἐπεὶ διὰ πάσης αὐτῷ τύχης ἐγεγόνει πιστὸς, οὐδένα κίνδυνον αὐτῷ ποτε κοινωνεῖν ἀνηνάμενος ἀλλὰ καὶ τοὺς σφαλερωτάτους ὑποδὺς πολλάκις πόνους, πεποιθήσεως ἦν ἀνάπλεως προσήκειν ὑπολαμβάνων ἰσοτιμίαν βεβαιότητι φιλίας. οὐδαμῆ τοίνυν ὑπεκατεκλίνετο τῷ βασιλεῖ, παρρησίαν δὲ διὰ πάσης ὁμιλίας ἦγε. κἀν ταῖς φιλοφρονήσεσιν ἐγίνετο φορτικὸς σεμνύνων ἑαυτὸν ἀμέτρως, καὶ πολλάκις τῷ βασιλεῖ τὰ συγνὰ τῆς τύχης ἄγων εἰς ἀνάμνησιν, ἵνα τὴν ἑαυτοῦ σπουδὴν παραδεικνύῃ, συνεχῶς δ' ἦν ὡς ὑπὲρ αὐτοῦ κάμοι πολλὰ διεξιών. τούτων οὖν τὸ πλεονάζον, ὀνειδισμὸς ἐδόκει, διὸ προσαντῶς ὁ βασιλεὺς ἐδέχετο τὴν ἀταμίευτον παρρησίαν τοῦ ἀνδρός. Οὐχ ἡδεῖαι γὰρ αἱ τῶν ἀδόξων χρόνων ἀναμνήσεις. εὐήθης δὲ ὁ διηνεκῶς ἅπερ ὠφέλησε προφέρων: *Qui magiſter militiæ regiæ; quia per omnem fortunam ei fidus, nullius unquam periculi ſocius eſſe detrectaverat; ſed vel difficillimos labores pro eo ſæ-*

pe

Digitized by Google

pe ſuſceperat;fretus amicitiâ poſtulabat etiam paris honoris eſſe particeps. Quapropter gravabatur regi Agrippæ aliquo modo cedere ſemperq́ licentius agebat cum eo: & in familiaribus colloquiis moleſtus erat; interdum extollens ſe immodicè, & ſæpe prioris fortunæ adverſitates in memoriam revocans, ut oſtentaret quàm ſtudioſus ipſius cultor fuerit; nunquam non labores in eius gratiam exhauſtos memorans: quæ cùm ſine modo repeteret, opprobrare videbatur; ita ut rex tandem offenderetur immodicâ libertate hominis. Iniucunda enim eſt temporis inglorie acti memoria; & ſtultum eſt indeſinenter exprobrare debitum &c. Siue malimus Antonium Romanũ, ſic delineatũ Tacito lib. III. Hiſt: *Nec ſermonibus temperabat, immodicus lingua, & obſequii inſolens. literas ad Veſpaſianum compoſuit; iactantiùs quàm ad Principem, nec ſine occulta in Mucianum inſectatione. Se Pannonicas legiones in arma egiſſe; ſuis ſtimulis excitos Mœſiæ duces; ſuâ conſtantiâ perruptas Alpes, occupatam Italiam, interſepta Germanorum Rhetorumq́ auxilia. quod diſcordes diſperſasque Vitellii legiones, equeſtri procellâ, mox peditum vi per diem noctemque fudiſſet, id pulcerrimum, & ſui operis*, & quæ ſequuntur. Nam & eundem iterum audire eſt lib. IV. Hiſt: *Nec ipſe deerat arrogantiâ vocare offenſas, nimius cõmemorandis quæ meruiſſet: alios ut imbelles, Cæcinam ut captivum ac deditìtium increpat. unde paulatim levior viliorque haberi, manente tamen in ſpecie amicitiâ.* Quid autem mirum ægrè ferre hæc talia Reges; cùm vix ferant ab heris ſuis famuli? Scipio certè ac Lælius in Terentii Andriâ introducunt nobis Simonem & Soſiam ita verbigerantes:

Ego poſtquàm te emi à parvulo, ut ſemper tibi
Apud me iuſta & clemens fuerit ſervitus,
Scis. feci è ſervo ut eſſes libertus mihi;
Propterea quod ſerviebas liberaliter.
Quod habui ſummum pretium, perſolvi tibi.
So. *In memoria habeo.* Si. *haud muto factum.* So. *gaudeo.*
Si quid tibi feci aut facio quod placeat Simo, &
Id gratum fuiſſe adverſum te, habeo gratiam.
Sed mihi hoc moleſtum eſt. nam iſtæc commemoratio
Quaſi exprobratio eſt immemoris beneficii.

Iure igitur de Philotâ legimus Curtii lib. VI: *Nec ignorabat Craterus ſæpe Alexandri auribus nimiâ iactatione virtutis atque operæ gravem fuiſſe, & ob ea, non quidem ſceleris, ſed contumaciæ tamen, ſuſpectum.* Nec immeritò quoque de Silio ſcribit Tacitus lib. IV. Annalium: *Plerique auctam offenſionem ipſius intemperantiâ, immodicè iactantis, ſuum militem in obſequio duraſſe, cùm alij ad ſeditiones prolaberentur: neque manſurum Tiberio imperium, ſi iis quoque legionibus cupido novandi fuiſſet. Deſtrui per hæc fortunam*

ſuam Caſar, imparemq́; tāto merito rebatur, &c. Sed & nervosè de Georgio Mauricij Imp. ad Choſroen legato Simocatta lib. VIII. ca. I. Ἔφασαν Γεώργιον εἰπεῖν πρὸς τὸν αὐτοκράτορα· ὁ Περσῶν βασιλεὺς τῶν σατραπῶν εἰς ἐπήκοον τάδε διείλεκται: διὰ τὴν τοῦ πρέσβεως ἀρετὴν δίδωμι τῷ πολέμῳ τὴν λύσιν. τούτων ὁ βασιλεὺς ἀκηκοὼς, χαλεπαίνει κατὰ τοῦ πρέσβεως, καὶ γίνεται τῷ Γεωργίῳ σφαλερὰ ἡ τῆς πρεσβείας ἐπίδειξις. τῷ ὄντι γὰρ οἶδε λόγος μὴ μέτροις οἰκονομούμενος μεγάλας συμφορὰς τοῖς χρησαμένοις παρέχεσθαι: *Ferunt poſtea Georgium apud Imperatorem gloriatum, Perſarum regem Satrapis ſuis confeſſum eſſe, ſe ob legati virtutem bello ſuperſedere. Qua oratione Imperator ſuccenſuit, magnumque Georgius ex obita legatione periculum adiuit. Sic enim comparatum eſt, vt niſi cum modo & ratione adhibitus ſermo, incautis hominibus immodicè noceat.* Quin non ſine ratione factum à Pœnis illud quod extat Valer. Maximi libro II. cap. VII: *A Senatu Carthaginienſi Duces bella prauo conſilio gerentes, etiamſi proſpera fortuna ſubſecuta eſſet, cruci tamen ſuffigebantur. quod benè geſſerant, Deorum immortalium adiutorio; quod malè cōmiſerant, ipſorum culpæ imputantes.* Imò amplius adhucquid requiſiuiſſe in præfectis ſuis Reges, oſtendit Cornelius Nepos in Datame, vbi Pandatas gazæ Artaxerxis regis cuſtos Datamen monet per literas; *Eum magno fore in periculo, ſi quid illo imperante in Aegypto adverſi accidiſſet. namque eam eſſe conſuetudinem Regum, vt caſus adverſos hominibus tribuant, ſecundos fortunæ ſuæ. quo facilè fieri, vt impellantur ad eorum perniciem quorum ductu res malè geſtæ nuntientur.* Hinc valde veriſimiliter ita Ruſticus invehitur in Gubazen à ſe occiſum lib. IV. Agathiæ: Ἡμῶν γὰρ διαπονουμένων καὶ πάντα κίνδυνον μετιόντων ὡς ἂν τοῖς πολεμίοις μηδὲν ὁπουοῦν τῶν κατὰ γνώμην ἐκβαίη, αὐτὸς οἴκοι μένειν ᾤετο δεῖν σὺν τοῖς ὁμοφύλοις, καὶ πολλῶν τοῦ μοχθεῖν ἀφεστάναι. πλὴν ἀλλ' ἐπετήρει σὺν ἀκριβείᾳ καὶ ἐπυνθάνετο τὰς τῶν ἀγώνων κινήσεις, ἐς ὅπερ ἂν καὶ χωρήσαιεν. εἰ μὲν οὖν μέγιστόν τι κατὰ τοὺς πολέμους τοῖς Ῥωμαίοις διηνύσθη, καὶ τοῦ νικᾶν ἐνεργόν τι καὶ ἀληθεστάτην ἤρατο δόξαν, ὁ δὲ τὸ δυσμενὲς τῆς ψυχῆς καὶ βάσκανον ἐπιδεικνὺς, διακωμῳδεῖν εὐθὺς ἐπειρᾶτο, καὶ διαλύειν τὴν ἐκ τῶν ἔργων σεμνότητα, φαύλην μὲν τὴν ἐγχείρησιν, φαυλότατον δὲ τὸ πέρας ἀποκαλῶν, καὶ οὐδὲ τοῦτο ἡμέτερον, ἀλλὰ τοῦ ἀλογίστου τῆς τύχης. εἰ δέ που τυχὸν καὶ σφαλείημεν (πῶς δὲ οἷόν τε τὸ ἀνθρώπειον μὴ οὐχὶ καὶ πρὸς τἀναντία μεταβάλλειν, ἀλλ' ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἀεὶ βεβηκέναι;) ὁ δὲ καθάπερ τις αὐτόματος τῶν γιγνομένων κριτὴς, τὴν μὲν τύχην εὐθὺς ἀφίει τῶν ἐγκλημάτων ἀνεύθυνον, ὡς οὐ μετὸν αὐτῇ τοῦ συμβάντος· ἦν δὲ πάντως αὐτῷ παρεσκεμμένον καὶ ἐγκριθὲν, μηδὲν ἄλλο δοκεῖν αἴτιον εἶναι τοῦ ἐνδεῶς ἡμῖν τι πεπρᾶχθαι, ἢ μόνον ἀνανδρείαν γνώμης, καὶ χειρῶν ἀσθένειαν, καὶ βουλευμάτων ἀβελτηρίαν. τὸ γὰρ παλίμβολον τῆς τύχης καὶ ἄτακτον καὶ ἀλόγιστον, καὶ οἷς καθ' ἡμῶν αὐτῶν διελοιδορεῖτο, οὐδαμῶς ἐπῆγε τοῖς πολεμίοις, ὡς ἐκ τούτων ἡμᾶς οὕτω παραχὸν ὑπερβαλλομένοις.

Nobis

Nobis enim allaborantibus & nullum non periculum ſubeuntibus ne hoſtibus quicquam omnino ex animi ſententiâ ſuccederet, ipſe domi ſibi cum barbaris ſuis deſidendum cenſebat, longiſſimeq; à laboribus bellicis abeſſe. Obſeruabat tamen accuratè præliorum motus, quò tenderent. Si quid igitur præclarè à Romanis eſſet geſtum, & ſtrenuam veriſſimamque victoriæ laudem reportaſſent, ipſe hoſtilem ſuum inuidumq; animum declarans, mordaciter, Comicum in morem, irridere & rerum geſtarum ſplendorem ac dignitatem offuſcare nitebatur, ridiculi cœpti ridiculum euentum appellans, quique non ipſorum fortitudini ſed fortunæ temeritati deberetur. Sicubi verò fortaſsis lapſi fuiſſemus (qui enim fieri poſsit vt res humanæ non in contrarium vergant, ſed perpetuò in vno eodemque ſtatu permaneant?) tum iſte tamquam vltroneus quidam euentuum iudex, fortunam quidem ſtatim, perinde ac ſi euentus rerum ab eâ non penderent, culpâ omni liberabat: hoc verò fixum ei decretumq; manebat, nullam aliam eſſe cauſam rei parum bene à nobis geſtæ, præter ſolam animi mollitiem, manuum imbecillitatem, & conſiliorum ſtoliditatem. Fortunæ enim mutabilitatem, inconſtantiam, & temeritatem & alia quæ nobis contumelioſè obiiciebat, hoſtibus nequaquam adſcribebat, tamquam hisce de cauſis occaſione ita oblatâ, nos ſuperaſſent. Sic Ruſticus. cujus opinioni alluſit calumnia Iulii Claſſiciani libro XIV. Annal. Taciti: *Simul in urbem mandabat, nullum prælio finem expectarent, niſi ſuccederetur Suetonio: cuius adverſa pravitati ipſius; proſpera ad fortunam Reipubl. referebat.* Atque ex his liquet, quàm ſtet in lubrico Dux regius: qui neceſſariò utique ſubvertitur ſi res ei cum Principe iniquiore. Sanè aſſerit citra affectum Ioſephus libro VI. Antiq. cap. XIV: Τῶν δὲ μελλόντων λόγος αὐτοῖς οὐδὲ εἷς. ἀλλὰ τιμῶσι μὲν, πολλὰ ταλαιπωρήσαντας, τιμήσαντες δὲ, φθονοῦσι. κὰν παραγαγόντες εἰς ἐπιφάνειαν, οὐ ταύτης ἀφαιροῦνται μόνον τοὺς τετυχηκότας, ἀλλὰ διὰ ταύτην καὶ τοῦ ζῆν, ἐπὶ πονηραῖς αἰτίαις καὶ διὰ ὑπερβολὴν αὐτῶν ἀπιθάνως κολάζουσιν, οὐκ ἐπ' ἔργοις δίκης ἀξίοις, ἀλλ' ἐπὶ διαβολαῖς καὶ κατηγορίαις ἀβασανίστοις. οὐδ' ὅσους δεῖ τοῦτο παθεῖν, ἀλλ' ὅσους ἀποκτεῖναι δύνανται: *Futurorum prorſus nullum nec reſpectum nec rationem habent. Quotquot enim in eorum gratiam plurimos labores exhauriunt, eos primum evehunt, deinde iam honoratos per invidiam non ſolum dignitatibus privant, ſed per calumniam etiam ſæpe opprimunt, non conſiderantes quam merito, tantumque temerariis delationibus abſque ulla probatione fidem adhibentes: & ſæviunt non in quos oportet, ſed in quos ipſis ſævire eſt facilè.* Contingere autem iſtud aliquando invidiâ, aliquando metu, aut etiam utroque, pluribus repræſentavit in Cyropædiâ ſub perſona Cyaxaris Xenophon libro V: cuius aliquam multa, livoris colorem exprimentia, cur non & heîc producantur? Ὁ δὲ Κυαξάρης ἔλεξε πρὸς ταῦτα τάδε· ἀλλ' ὦ Κῦρε, ὡς μὲν ταῦτα, ἃ σὺ πεποίηκας, κα-

κά ἐστιν, οὐκ οἶδα ὅπως χρὴ λέγειν. σύ γε μέν τοι, ἔφη, ἴσθι, ὅτι ταῦτα τὰ ἀγαθὰ τοιαῦτά ἐστιν, οἷα ὅσῳ πλείω φαίνεται, τοσούτῳ μᾶλλον ἐμὲ βαρύνει. τήν τε γὰρ χώραν, ἔφη, ἐγὼ ἂν τὴν σὴν ἐβουλόμην τῇ ἐμῇ δυνάμει μείζω ποιεῖν μᾶλλον, ἢ τὴν ἐμὴν ὑπὸ σοῦ ὁρᾶν οὕτως αὐξανομένην. σοὶ μὲν γὰρ ταῦτα ποιοῦντι καλά, ἐμοί δέ γε ἐστί πῃ ταῦτα ἀτιμίαν φέροντα. καὶ χρήματά γε, ἔφη, ἐγὼ ἄν σοι δοκῶ ἥδιον οὕτω δωρεῖσθαι, ἢ παρὰ σοῦ λαμβάνειν, ὧν σὺ νῦν ἐμοὶ δίδως. τούτοις γὰρ πλουτιζόμενος ὑπὸ σοῦ καὶ μάλα αἰσθάνομαι, οἷς πενέστερος γίγνομαι. καὶ τούς γε ἐμοὺς ὑπηκόους ἰδὼν μικρά γε ἀδικουμένους ὑπὸ σοῦ, ἧττον ἂν δοκῶ λυπεῖσθαι, ἢ νῦν ὁρῶν ὅτι μεγάλα ἀγαθὰ πεπόνθασιν ὑπὸ σοῦ. εἰ δέ σοι ταῦτα, ἔφη, δοκῶ ἀγνωμόνως ἐνθυμεῖσθαι, μὴ ἐν ἐμοὶ ταῦτα, ἀλλ' ἐν σοὶ τρέψας πάντα, καταθέασαι οἷα σοὶ φαίνεται. τί γὰρ ἄν, ἔφη, εἴ τις κύνας, ἃς σὺ τρέφεις φυλακῆς ἕνεκα σαυτοῦ τε καὶ τῶν σῶν, ταύτας θεραπεύων ἑαυτῷ γνωριμωτέρας, ἢ σοὶ ποιήσειεν, ἆρ' ἄν εὐφραίνοι σε τούτῳ τῷ θεραπεύματι; εἰ δέ τοῦτό σοι δοκεῖ μικρὸν εἶναι, κἀκεῖνο κατανόησον, εἴ τις τούς σε θεραπεύοντας, οὓς σὺ καὶ φρουρᾶς καὶ θεραπείας ἕνεκα κέκτησαι, τούτους οὕτω διαθείη, ὥστ' ἐκείνου μᾶλλον ἢ σοῦ βούλεσθαι εἶναι, ἆρ' ἀντὶ ταύτης τῆς εὐεργεσίας χάριν αὐτῷ εἰδείης; τί δὲ (ὃ μάλιστα ἄνθρωποι ἀσπάζονταί τε καὶ θεραπεύουσιν οἰκειότατα) εἴ τις γυναῖκα τὴν σὴν οὕτω θεραπεύσειεν, ὥστε αὐτὴν φιλεῖν μᾶλλον ποιήσειεν ἑαυτὸν ἢ σέ, ἆρ' ἄν σε τῇ εὐεργεσίᾳ ταύτῃ εὐφραίνοι; πολλοῦ γ' ἄν ἔφη. οἶμαι, καὶ δέοι· ἀλλ' εὖ οἶδ' ὅτι πάντων ἂν μάλιστα ἀδικοίη σε τοῦτο ποιήσας. ἵνα δὲ εἴπω καὶ τὸ μάλιστα τῷ ἐμῷ πάθει ἐμφερές, εἴ τις οὓς σὺ ἤγαγες Πέρσας οὕτω θεραπεύσειεν, ὥστε αὐτῷ ἥδιον ἕπεσθαι ἢ σοί, ἆρ' ἂν φίλον αὐτὸν νομίζοις. οἶμαι μὲν οὔ, ἀλλὰ πολεμιώτερον ἂν ἢ εἰ πολλοὺς αὐτῶν κατακτάνοι. τί δέ, εἴ τις τῶν σῶν φίλων, φιλοφρόνως σου εἰπόντος, λάμβανε τῶν ἐμῶν ὁπόσα ἐθέλεις, εἰ οὗτος ἀκούσας οἴχοιτο λαβὼν πάντα ὁπόσα δύναιτο, καὶ αὐτὸς μὲν τοῖς σοῖς γε πλουτοίη, σὺ δὲ μηδὲ μετρίοις ἔχοις χρῆσθαι· ἆρ' ἂν δύναιο τὸν τοιοῦτον ἄμεμπτον φίλον νομίζειν; νῦν μέν τοι ἐγώ, Κῦρε, εἰ μὴ ταῦτα, ἀλλὰ τοιαῦτα ὑπὸ σοῦ δοκῶ πεπονθέναι. σὺ γὰρ ἀληθῆ λέγεις, εἰπόντος ἐμοῦ τοὺς ἐθέλοντας ἄγειν, λαβὼν ᾤχου πᾶσαν μοῦ τὴν δύναμιν, ἐμὲ δὲ ἔρημον κατέλιπες· καὶ νῦν ἃ ἔλαβες τῇ ἐμῇ δυνάμει, ἄγεις δή μοι, καὶ τὴν ἐμὴν χώραν αὔξεις σὺν τῇ ἐμῇ δυνάμει. ἐγὼ δὲ δοκῶ, οὐδὲν συναίτιος ὢν τῶν ἀγαθῶν, παρέχειν ἐμαυτὸν ὥσπερ γυνὴ εὖ ποιεῖν καὶ τοῖς τε ἄλλοις ἀνθρώποις, καὶ τοῖσδε τοῖς ἐμοῖς ὑπηκόοις. σὺ μὲν γὰρ ἀνὴρ φαίνῃ, ἐγὼ δ' οὐκ ἄξιος ἀρχῆς· ταῦτα σοὶ οὐ σοι δοκεῖ εὐεργετήματα εἶναι, ὦ Κῦρε; εὖ ἴσθι ὅτι, εἴ τι ἐμοῦ ἐκήδου, οὐδενὸς ἂν οὕτω με ἀποστερεῖν ἐφυλάττου, ὡς ἀξιώματος καὶ τιμῆς. τί γὰρ ἐμοὶ πλέον τὸ τὴν γῆν πλατύνεσθαι, αὐτὸν δὲ ἀτιμάζεσθαι; οὐ γάρ τοι ἐγὼ Μήδων ἦρχον διὰ τὸ κρείττων πάντων αὐτῶν εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον διὰ τὸ καὶ αὐτοὺς τούτους ἀξιοῦν ἡμᾶς αὐτῶν πάντα βελτίονας εἶναι. *Neſcio qui dici poſſit, Cyre, ea quæ feciſti, mala eſſe. Verùm ſcire te volo, hæc bona eiuſmodi eſſe, ut quanto plurium ſpeciem habent, tanto magis mihi ſint oneri. Nam malim equidem ditionem tuam copiis meis ampliorem facere, quam videre tali modo abs te augeri meam. Quippe tibi hæc gerenti honeſta & lau-*

Digitized by Google

debilia ſunt, mihi quodammodo ignominia notam inurunt. Etiam opes, ait, tibi me donare malim, quam abs te accipere, quæ tu nunc mihi tribuis. Nam iis abs te locupletari me plane ſentio, quibus ipſe pauperior fio. Quod ſi ſubiectos mihi viderem modica quadam abs te adfectos iniuriâ, minus dolerem, meâ ſententiâ, quam nunc, ubi magnis abs te adfecti ſunt beneficiis. An ſiquidem hæc parum humaniter & absque iudicio tibi cogitare videor; non ea in me, ſed in te converſa, qualia tibi videantur conſidera. Quid enim, ſi quis canes, quos tu aleres cuſtodiæ tuæ tuorumque cauſſâ, tales commodè curando reddat, ut illũ magis, quam te norint; an hoc curationis genere te delectaturus ſit? Quod ſi exiguum hoc tibi videtur, id etiam conſidera; ſi quis tuos è familia miniſtros, quos & cuſtodiæ & præſidii cauſa, & ut te colant, tecum habes, eiusmodi efficiat, ut ipſum eſſe malint, quam tui; an pro eo beneficio gratiam illi ſis habiturus? Quid vero, quod unum amore maximo complectuntur homines & cura inprimis ut ſibi proprium habent, ſi quis uxorem tuam ſic obſequiis demereretur, ut tandem efficeret eam ſui magis amantem, quàm tui; num hoc beneficio te delectaret? Nihil, mea quidem ſententia, minus. Immo iniuriam tibi hoc facto maximam inferret. Vt autem quod dolori meo ſimillimum eſt, dicam; ſi quis Perſas eos, quos tu ad nos duxiſti, ſic demereretur, ut ipſum lubẽtius, quàm te ſequerentur, an hunc tibi amicum duceres? Equidem haud arbitror, ſed infeſtiorem putares, quam ſi multos tuorum occideret. Quid ſi amicus quiſpiam tuus, te amanter dicente, accipe de rebus meis, quantum voles; poſteaquam id audiſſet, iret, atque omnia, quæ poſſet, acciperet; tuusque adeo rebus ditaretur, quum tu ne modicum quidem earum fructum perciperes: an poſſes expertem culpæ amicum hunc exiſtimare? Nunc autem abs te, mi Cyre, ſi non hæc, tamẽ hu ſimilia perpeſſum me arbitror. Nam vera narras, quum ego dixiſſem, poſſe volentes abduci, diſceſſiſſe te ita; ut omnes meas copias acciperes, & me ſolum relinqueres. Iam autem, quæ opera mei exercitus cepiſti, adfers ſane mihi, ac meis viribus ditionem hanc auges: atque equidem nullius boni tecum auctor, inſtar feminæ me offerre videor, & exhibere, ut beneficia tum ab aliis hominibus, tum etiam ab his imperio meo ſubiectis accipiam. Tu viri ſpeciem habes, ego indignus iudicor imperio. Haccine tibi, Cyre, videntur eſſe beneficia? Ignorare profecto non debebas, ſi te ulla mei cura tangeret, inprimis tibi cavendũ, ut nulla re minus me ſpoliares, quam auctoritate ac dignitate. Nam quid accedit ex eo mihi, ſi maxime regio mea dilatetur, ipſe per ignominiam contemtui ſim? Nec enim idcirco Medorum ego potitus ſum imperio, quod unus præſtantior univerſis eſſem; ſed potius, quia ducerent illi, nos in omnibus ſe meliores eſſe. Sic Cyaxares; prorſus Atticè. Cui item vitio obnoxium fuiſſe Saulem, videre eſt apud Ioſephum, ſacrarum literarum interpretem primum. Nec eximit Philippum Macedonem Demoſthenes Olynthiacâ II:

Οἱ δὲ δὴ περὶ αὐτὸν ὄντες ξένοι, καὶ πεζέταιροι, δόξαν μὲν ἔχουσιν, ὡς εἰσὶ θαυμαστοὶ, καὶ συγκεκροτημένοι τὰ τοῦ πολέμου. ὡς δ' ἐγὼ τῶν ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ γεγενημένων τινὸς ἤκουον, ἀνδρὸς οὐδαμῶς οἵου τε ψεύδεσθαι, οὐδένων εἰσὶ βελτίους. εἰ μὲν γάρ τις ἀνήρ ἐστιν ἐν αὐτοῖς, οἷος ἔμπειρος πολέμου, καὶ ἀγώνων, τούτους μὲν φιλοτιμίᾳ πάντας ἀπωθεῖν αὐτὸν ἔφη, βουλόμενον πάντα αὑτοῦ δοκεῖν εἶναι τὰ ἔργα. πρὸς γὰρ αὖ τοῖς ἄλλοις καὶ τὴν φιλοτιμίαν τἀνδρὸς ἀνυπέρβλητον εἶναι: *Qui autem cum eo verſantur peregrini milites & ſatellites, opinionem illi quidem excitarunt, ſe admirandos eſſe ac ſtrenuos bellatores: ſed, ut ego è quodam in Macedonia nato audivi, optima fidei viro, nihilo ſunt aliis praſtantiores. Nam, etſi qui inter eos viri ſint rei militaris & pugnandi periti: eos, ut eſt ambitioſus, omnes ab eo repelli dixit, omnia volente facinora videri ſua eſſe. prater enim catera, & ambitionem viri eſſe immenſam.* Idem iterum repetitum videas ab eodem, ſed floridioribus figutis, Orat. πρὸς τὴν Φιλίππου ἐπιστολήν: Τοὺς δὲ περὶ αὐτὸν ὄντας ἑταίρους, καὶ τοὺς τῶν ξένων ἡγεμόνας, εὑρήσετε δόξαν μὲν ἔχοντας ἐπ' ἀνδρείᾳ, περιδεῶς δὲ μᾶλλον τῶν ἀδόξων ζῶντας. τοῖς μὲν γὰρ, πρὸς τοὺς πολεμίους μόνον ὑπάρχει κίνδυνος· οἱ δὲ, τοὺς κόλακας, καὶ τοὺς διαβάλλοντας αὐτοὺς μᾶλλον, ἢ τὰς μάχας δεδίασι. κἀκεῖνοι μὲν, μετὰ πάντων ἀγωνίζονται πρὸς τοὺς ἀντιταχθέντας· τοῖς δὲ καὶ τῶν ἐν τοῖς πολέμοις κακῶν, οὐκ ἐλάχιστον μέρος μέτεστι, καὶ χωρὶς ἰδίᾳ φοβεῖσθαι τὸν τρόπον τοῦ βασιλέως συμβέβηκεν. ἔπειτα δὲ, τῶν μὲν πολλῶν, ἐπειδὰν ἁμάρτῃ τις, ζημίαν κατὰ τὴν ἀξίαν εἴληφεν. οὗτοι δ' ὅταν μέγιστα κατορθώσωσι, τότε μάλιστα σκορακίζονται καὶ προπηλακίζονται παρὰ τὸ προσῆκον. καὶ τούτοις, οὐδ' ἂν εἷς εὖ φρονῶν ἀπιστήσειεν. οὕτω γὰρ αὐτὸν φιλότιμον εἶναί φασιν οἱ συνδιατρίψαντες, ὥστε βουλόμενον τὰ κάλλιστα τῶν ἔργων πάντα αὑτοῦ δοκεῖν εἶναι, μᾶλλον ἄχθεσθαι τῶν στρατηγῶν, καὶ τῶν ἡγεμόνων, τοῖς ἄξιον ἐπαίνου τι πράξασιν, ἢ τοῖς ὅλως ἀποτυχοῦσι: *Eius porrò familiares & amicos, ac peregrini militis duces, laude quidem florere fortitudinis, ſed in maiore metu quàm homines obſcuros vivere invenietis. His enim hoſtes tandummodo metuendi ſunt: illi autem magis ab aſſentatoribus & calumniatoribus, quàm à praliis metuunt. Ac illi quidem adiutoribus omnibus, cum hoſtibus pugnant, hi autem nec minimam in bellis malorum partem ſuſtinent, & ſeorſim accidit ut regis ingenium expaveſcant. Ad hac ſi plebeius aliquis deliquerit, pœna pro delicti modo ei infligitur: proceres verò tum, cum praclariſſimè ſe geſſerunt, maximis conviciis & contumeliis prater meritum inceſſuntur. Neque quiſquam ſana mentis fidem his abrogaverit. Eum enim ita gloria cupiditate inflammatum eſſe dicunt hi, quibus familiariter notus eſt, ut omnia praclara facinora ſua eſſe videri velit: & magis indignetur ducibus & prafectis, qui aliquid laude dignum geſſerunt, quàm illis qui prorſus offenderunt.* Haud alienus ab patris iſto morbo filius Alexander, ita eum detegente Curtio lib. VI: *Nec fallebat Antipatrum, diſſentire ab animis gratulantium vultus: ſed bellum finire cupienti, opus erat decipi. & quanquam fortuna*

Digitized by Google

tuna rerum placebat, invidiam tamen, quia maiores res erant, quàm quas præfecti modus caperet, metuebat. Quippe Alexander hoſtes vinci voluerat: Antipatrum viciſſe, nec tacitus quidem indignabatur; ſuæ ademptum gloriæ exiſtimans quicquid ceſſiſſet alienæ. itaque Antipater, qui probe noſſet ſpiritum eius, non eſt auſus ipſe agere arbitrio victoriæ. &c. Et libri VIII extremo: *Simplicius famam æſtimabat in hoſte quàm in cive. quippe à ſuis credebat magnitudinem ſuã deſtrui: eandem clariorẽ fore, quo maiores fuiſſent, quos ipſe viciſſet.* Copioſè item perfuſus livido hoc veneno Hyrodes; qui cùm per Surenam legiones Romanas deviciſſet ſub duce Craſſo, ut loquitur Plutarchus fine Craſſi: Σουρήναν μὲν γὰρ οὐ μετὰ πολὺ χρόνον Ὑρώδης φθόνῳ τῆς δόξης ἀπέκτεινε: *Surenam brevi poſt, invidiâ gloriæ eius necavit.* Sed nec parcè afflatus tali peſte Tiberius, Taciti lib: 1. Annal: *Nuntiata ea Tiberium lætitiâ curâque affecere. gaudebat oppreſſam ſeditionem: ſed quod largiendis pecuniis & miſſione feſtinatâ favorem militum quæſiviſſet; bellicâ quoque Germanici gloriâ, angebatur.* Nec in alio valetudinario Theodoſius: qui, ut tradit Zonaras tom. III, Βουληθεὶς δὲ τὰ τείχη μεταθεῖναι τῆς πόλεως, καὶ μείζονα τῆς ταύτης θέσθαι περιοχὴν, Κύρῳ τῷ ἐπάρχῳ τὸ ἔργον ἀνέθετο. καὶ ὃς σπουδῇ πολλῇ καὶ προθυμίᾳ χρησάμενος, ἀνήγειρε τὸ χερσαῖον τεῖχος ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης δι᾽ ἑξήκοντα ἡμερῶν. ὁ γοῦν δῆμος τῆς πόλεως ἐπί τε τῷ ἔργῳ ἡσθεὶς, καὶ τῆς ταχυτῆτος θαυμάσας τὸν ἔπαρχον ἐξεβόησε δημοσίᾳ: Κωνσταντῖνος ἔκτισε, Κῦρος ἀνενέωσε· διὸ φθονηθεὶς παρὰ τοῦ βασιλέως ὁ Κῦρος καὶ ὑποπτευθεὶς, καὶ ἄκων κείρεται κληρικός. εἶτα καὶ σμύρνης ἐπίσκοπος γίνεται: *Mœnia translaturus, & urbem amplificaturus, munus id Cyro præfecto mandat qui magno ſtudio & celeritate Cherſæum murum, à mari ad mare pertinentem, intra dies ſexaginta abſolvit. Vrbana igitur multitudo, & opere delectata, & præfecti celeritatem admirata, publicè exclamat: Conſtantinus condidit, Cyrus renovavit. Quamobrem Cyrus inviſus & ſuſpectus Imperatori, vel invitus tondetur ut clericus, poſt etiam Smyrnæ, fit epiſcopus.* Quibus autem vocũ flabellis ſuſpiciones noxiæ Regibus inſuſurrentur; dexterè prodidit Livius, ubi de Thoante agit, lib. XXXV: *Hic idem auſus eſt de Annibale movere ſententiam propè iam certam Regis. nam neque dimittendam partem navium à claſſe regiâ cenſebat: neque ſi mittendæ naves forent, minus quempiam ei claſſi, quàm Annibalem præficiendum. Exulem illum, & Pœnum eſſe, cui mille indies nova conſilia vel fortuna ſua, vel ingenium poſſit facere. & ipſam eam gloriam belli, qua veluti dote Annibal concilietur, nimiam in præfecto regio eſſe. regem conſpici, regem unum ducem, unum Imperatorem videri debere. Si claſſem, ſi exercitum amittat Annibal, idem damni fore, ac ſi per alium ducem amittantur. ſi quid proſpere eveniat, Annibalis eam, non Antiochi gloriam fore. Si verò univerſo bello vincendi Romanos fortuna detur, quam ſpem eſſe,*

ſub

ſub rege victurum Annibalem uni ſubiectum, qui patriam propè non tulerit? non ita ſe à iuventâ ipſum geſſiſſe, ſpe animoque complexum orbis terrarum imperium, ut in ſenectute dominum laturus videatur. Nihil opus eſſe regi Annibale duce; comite eodem & conſiliario ad bellum uti poſſe. modicum fructum ex ingenio tali neque gravem neque inutilem fore. ſi ſumma petantur, & dantem & accipientem prægravatura &c. Haud minus etiam artificioſa calumnia, cujus meminit Mamertinus Orat. ad Julianum: *Et cùm ſancti Principis merces atque inſtitutum falſarum opinionum an vituperationum licentiâ ſubmoverent, callido nocendi artificio &c.* citavi enim locũ titulo qui habet: *Peſſimum inimicorum genus laudantes.* Ergo non ſine ſummâ ratione inſtillat Auguſto Mecænas, Dionis lib. LII: Καὶ μήτε ἐπὶ δυστυχίᾳ ἀκουσίῳ χαλεπήνης τινὶ, μήτε ἐπ' εὐτυχίᾳ φθονήσης· ἵνα καὶ προθύμως καὶ ἡδέως πάντες ὑπὲρ σοῦ κινδυνεύσωσι· πιστεύοντες ὅτι οὔτε πταίσαντές τι κολασθήσονται, οὔτε κατορθώσαντες ἐπιβουλευθήσονται. πολλοὶ γοῦν τῶν παρὰ τῶν τὸ κράτος ἐχόντων φθόνον φοβούμενοι, σφαλῆναί τι μᾶλλον ἢ καταπρᾶξαι προείλοντο. κἀκ τούτου τὸ μὲν ἀσφαλὲς αὐτοὶ ἔχον, τὸ δὲ δὴ ζημίωμα ἐκείνοις προσετρέψαντο. ὥστε αὐτὸς τὸ πλεῖον ἀπ' ἀμφοτέρων, καὶ τῶν χειρόνων καὶ τῶν ἀμεινόνων, ἀπολαύσων, μηδέποτε θελήσης, λόγῳ μὲν ἄλλοις, ἔργῳ δὲ, σαυτῷ φθονῆσαι: *Ne vel fortuito alicuius infortunio ſuccenſeas, neque re bene geſta invideas: ita libentes alacresque pro te omnes pericula ſuſcipient, quum neque infeliciter re geſta ſupplicium, neque proſperè, inſidias ſibi timendas perſuaſum habeant. Nam multi, quum eorum, penes quos ſumma eſſet imperii, metuerent invidiam, cladem accipere quàm victoria potiri maluerunt, eoque ſeſe tutos præſtiterunt, damno illis iniuncto. Quare tu, ad quem utriusque eventus vel commoda maxima ſui parte referentur, nequaquam debes, verbo quidem aliis, re autem, ipſi tibi invidere.* Sic ille. nec abire à vero, liquet ex Ventidio Appiani feliciter pugnante in Parthos: Τοῦτο τὸ ἔργον ἐν τοῖς ἀοιδιμωτάτοις γινόμενον, Ῥωμαίοις τε τῶν κατὰ Κράσσον ἀτυχημάτων ἐντελῆ ποινὴν παρέσχε, καὶ Πάρθους αὖθις εἴσω Μηδείας καὶ Μεσοποταμίας συνέστειλε, τρισὶ μάχαις ἐφεξῆς κατὰ κράτος ἡττημένους. Οὐεντίδιος μὲν οὖν Πάρθους προσωτέρω διώκειν ἀπέγνω, φθόνον Ἀντωνίου δείσας: *Hæc victoria una è clariſſimis cladis ſub Craſſo accepta fuit ultio, & Parthos rurſus repreſſit intra Mediam & Meſopotamiam, tribus deinceps victos prælis: quos Ventidius amplius perſequi noluit, invidiam Antonii veritus.* Sed & de Corbulone Caſſius lib. LX: Γναῖος δὲ Δομίτιος Κορβούλων, ἐν τῇ Κελτικῇ στρατηγῶν, τά τε στρατεύματα συνεκρότησε, καὶ τῶν βαρβάρων ἄλλους τε καὶ τοὺς ἐκαλουμένους Καύχους ἐκάκωσε. καὶ αὐτὸν ἐν τῇ πολεμίᾳ ὄντα ὁ Κλαύδιος ἀνεκάλεσε. τήν τε γὰρ ἀρετὴν αὐτοῦ καὶ τὴν ἄσκησιν μαθὼν οὐκ ἐπέτρεψεν αὐτῷ ἐπὶ πλέον αὐξηθῆναι. πυθόμενος δὲ τοῦτο ὁ Κορβούλων ἐπανῆλθε, τοσοῦτον μόνον ἀναβοήσας, ὦ μακάριοι οἱ πάλαι ποτὲ στρατηγήσαντες· ἐς δήλωσιν, ὅτι τοῖς μὲν ἀκινδύνως ἀνδραγαθίζεσθαι ἐξῆν, αὐτὸς δὲ

ὑπὸ τ

Digitized by Google

ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος διὰ τὸν φθόνον ἐνεποδίσθη : *At Cn. Domitius Corbulo in Germaniâ exercitui præfectus, legiones in unum coëgit, ac barbaros, inprimis autem Canchos, vexavit. cuius ubi virtutem ac ſtudia Claudius Cæſar cognovit, non paſſus maiora augmenta accipere, ex hoſtico revocavit. & rediit Corbulo dicto parens; hac tantum voce emiſſâ: O beatos duces priſcos! ut oſtenderet illis quidem absque periculo fortibus eſſe licuiſſe: ſe verò per invidiam ab Imperatore præpeditum fuiſſe.* A quibus haud admodum diſcrepant, quę circa Beliſarium facta ſcribit Agathias lib. v : Βελισάριος δὲ καί τοι κατὰ τὸ εἰκὸς οἷός τε ὢν αὐτοὺς φερομένους μᾶλλόν τι διαχειρίσασθαι καὶ ζημιῶσαι, ἐπιπτώμενος ἀνθρώποις ἤδη καταπεπληχόσι, καὶ οἷον φυγὴν τὴν ἀναχώρησιν ποιουμένοις· ὁ δὲ εὐθὺς ὅμως ἀνὰ τὴν πόλιν ἐπανῄει, οὐ μάλα ἑκών, ἀλλ᾽ ἐκ βασιλέως αὐτῷ προστεταγμένον. ἐπειδὴ γὰρ ἅπας ὁ δῆμος τοῦ ἔργου σφίσιν ἀπηγγελμένου ᾖδόν τε αὐτὸν καὶ ἀνύμνουν κατὰ ξυλλόγους, ὡς ὑπ᾽ ἐκείνου περιφανέστατα σεσωσμένοι. τοῦτο δὲ ἔδακε πολλοὺς τῶν ἐν τέλει καὶ ἠνίασε φθόνῳ ληφθέντας καὶ βασκανίᾳ, πάθεσιν οὕτω δεινοῖς καὶ ἀεὶ τὰ κάλλιστα λυμαινομένοις. τοι γάρ τοι διέβαλλον τὸν ἄνδρα ὡς μεγαλαυχοῦντα καὶ διαθρυπτόμενον ἐπὶ τῇ τοῦ ὁμίλου εὐνοίᾳ, καὶ ἐς ἄλλας ὁρῶντα ἐλπίδας. ὧν δὴ ἕνεκα τάχιστά τι ἀφεῖται, ὡς μὴ πλεῖστον ἄροιτο κλέος. καὶ οὐδὲ ἐπὶ τοῖς ἤδη πεπονημένοις, τιμῆς ἀπώνατο τῆς προσηκούσης· ἀλλὰ διέρρει αὐτῷ τὰ τῆς νίκης, τό γε ἐπ᾽ ἐκείνους, φροῦδα καὶ ἄμισθα καὶ παντάπασι σεσιγημένα : *Beliſarius autem tametſi veriſimiliter eos abeuntes maiore ſtrage ac damno afficere potuiſſet, utpote homines iam metu perculſos inſectans, quum fugæ ſimilem diſceſſionem facerent; nihilominus tamen ſtatim in urbem rediit, idque non tam ex animi ſui ſententia, quàm Imperatoris iuſſu. Quum enim populus univerſus victoriâ hac ipſis nuntiatâ, eum decantaret & in conventibus ſummis laudibus efferret, veluti ab illo apertiſſimè conſervatus; momordit verò id, peſſimeque habuit pleroſque primores urbis invidiâ & livore occupatos, vitiis adeò atrocibus & ſemper optima quaque labefactantibus. Calumniati itaque ſunt virum ut arrogantem & popularis auræ blanditiis inſoleſcentem, aliaſque ſpes animo agitantem. quibus quidem de cauſis citiſſimeque eo ventum eſt, ut non abſolutiſſimam gloriam reportaret, neque ob res præclarè abs ſe geſtas debito honore afficeretur; ſed omnis victoriæ laus ei quodammodo è manibus effluxit, quantum in illis erat obliterata, præmiique expers & in univerſum ſilentio involuta.* Ex his diſcimus mentem verborum Taciti in Agricolæ vitâ : *Iulius Frontinus vir magnus quantum licebat, validamque & pugnacem Silurûm gentẽ armis ſubegit.* Viros autẽ illuſtres diſſimulaſſe ſpiritus ſuos, ſub Impp. ignavis uſq; ad ſimulationem ſtultitiæ, prodã titulo ſequenti.

Ceterum eoſdem etiã inviſos reddit Principum metus, veritorum ne virtute ac gratiâ valentes imperium ipſis controverſum faciant. De talibus loquitur Nicetas; ubi agit de Andronico Manuelis patruele incarce-

rato lib. III: Ὄντι δὲ κατὰ Ταρσὸν τῷ βασιλεῖ Μανουήλ, ἡ τοῦ ἐξαδέλφου Ἀνδρονίκου ἐκ τῆς φυλακῆς φυγὴ καταγγέλλεται, ἧς τὸ αἴτιον καὶ ὅσα μὲν ἐῤῥέθη ἄνωθεν. οὐδὲν δὲ ἧττον τὸ ἐλευθεροστομεῖν ἀεὶ, καὶ τὸ τῇ ῥώμῃ τῶν πολλῶν διαφέρειν, καὶ ἡ εὖ ἔχουσα πλάσις τοῦ σώματος ἀξία οὖσα τυραννεῖν, καὶ τὸ τοῦ φρονήματος ἀταπείνωτον· ἃ δὴ πάντα πεφύκασιν οἱ κρατοῦντες ὑποβλέπειν, καὶ κνῖζον ἔχειν, καὶ ἕως καρδίας αὐτῆς βάλλοντα, διὰ τὸ περὶ τὴν βασιλείαν περιδεές. διὰ ταῦτα τοίνυν, ἀλλὰ δὴ καὶ τὸ ἐν μάχαις ἐνδέξιον, καὶ τὸ τοῦ γένους ἐπίσημον ὀφθαλμοβολούμενος ἦν καὶ ὕποπτος μάλιστα. *Dum verò Tarſi agebat, Andronici patruelis fuga è carcere illi nuntiatur: cuius illi cauſa fuerant ea quæ ſupra diximus. Sed tamen illa quoque incommodarunt, quòd in dicendo liber, & viribus præſtans, & formâ dignâ Imperio præditus, numquam animum ſubmittebat. Quæ res omnes Imperatoribus regni amittendi metu ſuſpectæ & moleſtæ eſſe conſueverunt. Propter hæc igitur & bellicam virtutem, & generis nobilitatem maxime obſervabatur, & ſuſpectus habebatur.* Minimè igitur mirandum obſeſſum tali frigore aut Neronem, de quo Tacitus lib. XVI: Annal: *Oſtorius longinquis in agris apud finem Ligurum id temporis erat. eo miſſus Centurio qui cædem eius maturaret. Cauſa feſtinandi ex eo oriebatur, quod Oſtorius multa militari famâ & civicam coronam apud Britanniam meritus, ingenti corporis robore armorumque ſcientiâ, metum Neroni fecerat, ne invaderet pavidum ſemper, & reperta nuper cõiuratione magis exterritum.* Aut Domitianum, de quo idem Tacitus in Agricolâ: *Hunc rerum curſum, quanquam nulla verborum iactantiâ, epiſtolis Agricolæ actum, ut Domitiano moris erat, fronte lætus, pectore anxius excepit. Inerat conſcientia; deriſui fuiſſe nuper falſum è Germania triumphum, emptis per commercia quorum habitus & crines in captivorum ſpeciem formarentur. at nunc veram magnamque victoriam tot millibus hoſtium cæſis, ingenti famâ celebrari. Id ſibi maximè formidoloſum, privati hominis nomen ſupra Principis attolli. fruſtrà ſtudia fori, & civilium artium decus in ſilentium acta; ſi militarem gloriam altius occuparet: & cetera facilius diſſimulari; Ducis boni, imperatoriam virtutem eſſe. &c.* Atque his, levato veluti velo, omnibus patet ſententia Corneliana alioquin intricatior, lib XI. Annal: *Sed cæde eius motæ Chaucorum mentes, & Corbulo ſemina rebellionis præbebat; ut læta apud pleroſque, ita apud quoſdam ſiniſtrâ famâ. cur hoſtem conciret? adverſa in Rempubl. caſura. cùm proſperè egiſſet, formidoloſum paci virũ inſignem, & ignavo Principi prægravem.* Quibus tamen pluſculum adhuc luminis inferunt Pliniana ad Traianum: *Tutum eſt reverentiam, tutum charitatem mereri. Nec ducum quiſquam, aut non amari à militibus, aut amari timet: & inde offenſæ gratiaq; pariter. ſecuri inſtant operibus, adſunt exercitationibus, arma, mœnia, viros aptant. Quippe non is princeps qui ſibi imminere, ſibi intendi putet quod in hoſtes paretur: quæ perſuaſio fuit illorum*

qui hæ

qui hoſtilia quum facerent, timebant. Eodem ergo tempore militaria ſtudia; nec animos modò ſed & corpora ipſa langueſcere, gladios etiam incuria hebetari retundique gaudebant. Sed nec eadē obfuſcant iſthæc Taciti lib. XIII. Annal: *Vetus, Moſellam atque Ararim, facta inter utrumque foſſa connectere parabat, ut copiæ per mare, dein Rhodano & Arare ſubvectæ, per eam foſſam, mox fluvio Moſella, in Rhenum, exin Oceanum decurrerent; ſublatiſque itinerum difficultatibus, navigabilia inter ſe occidentis ſeptentrioniſque litora fierent. Invidit operi Ælius Gracilis Belgicæ legatus deterrendo Veterem, ne legiones alienæ provinciæ inferret, ſtudiaque Galliarum affectaret. formidoloſum id imperatori dictitans; quo plerumq; prohibentur conatus honeſti.* Porrò recenſere bonam Ducum partem, quibus exitioſa fuerit Principum ſuorum formido, res ſupervacua haberi queat: adeo omnibus ferè ſcriptorum paginis comparent habitu tam miſerando, ut parum differre videantur ab Eilotis Lacedæmoniorum; de quibus hæc memini legere, apud Athenæum libro XIV. Deipnoſoph. Myronis Prienenſis: Τοῖς δ' Εἵλωσι πᾶν ὑβελιστικὸν ἔργον ἐπιτάττουσι πρὸς πᾶσαν ἄγον ἀτιμίαν. κυνῆν τε γὰρ ἕκαστον φορεῖν ἐπάναγκες ὥρισαν, καὶ διφθέραν περιβεβλῆσθαι, πληγάς τε τεταγμένας λαμβάνειν κατ' ἐνιαυτὸν ἀδικήματος χωρὶς, ἵνα μήποτε δουλεύειν ἀπομάθωσι. πρὸς δὲ τούτοις εἴ τινες ὑπερακμάζοιεν τὴν οἰκετικὴν ἐπιφάνειαν, ἐπέθηκαν ζημίαν θανάτου, καὶ τοῖς κεκτημένοις ἐπιτίμιον, εἰ μὴ ἐπικόπτοιεν τοὺς ἀνδρουμένους: *Elotibus quicquid eſt probroſæ ac indignæ operæ mandant, & quicquid eſt ignominioſum. Pileum è caninâ pelle geſtare neceſſum illis erat; deinde pelliceam veſtem induere; & citra noxam maleficiumve præfinitum plagarum numerum quotannis pati, ne ſe unquam ſervos eſſe obliviſcerentur. Præterea, ſi qui ſupra ſervilem conditionem ac ſpeciem, robore & animo vigerent, morte afficiebant, dominis verò mulctam irrogabant, ſi non mutilarent indole habituque virili eos adoleſcentes. &c.*

L. Piſo Pontifex, rarum in tantâ claritudine, fato obiit. Lib. VI. Annal.

ENVNTIAT quidem generaliter Salluſtius Catilinariâ: *Regibus boni quàm mali ſuſpectiores ſunt: ſemperque his aliena virtus formidoloſa eſt.* Nec diſtinguit Xenophontis Hiero: Γιγνώσκουσι μὲν γὰρ οὐδὲν ἧττον τῶν ἰδιωτῶν τοὺς κοσμίους γε καὶ σοφοὺς καὶ δικαίους, τούτους δ' ἀντὶ τοῦ ἄγασθαι, φοβοῦνται· τοὺς μὲν ἀνδρείους, μή τι τολμήσωσι τῆς ἐλευθερίας ἕνεκεν· τοὺς δὲ σοφοὺς, μή τι μηχανήσωνται· τοὺς δὲ δικαίους, μὴ ἐπιθυμήσῃ τὸ πλῆθος ὑπ' αὐτῶν προστατεῖσθαι: *Etenim*

non minus norunt, quam priuati homines, quinam egregij viri ſint, & ſapientes, & iuſti: ſed quum eos ſuſpicere deberent, metuunt; fortes quidem, ne quid libertatis cauſſa audeant; ſapientes, ne quid artificioſè moliantur; iuſtos, ne plebs eos ſibi praeſſe cupiat. Sine vlla etiam exceptione περὶ πίστεως Dio Chryſoſt: Οὐ δοκεῖ λυσιτελεῖν τοῖς μονάρχοις οὐδένα ἄνδρα ἀγαθὸν εἶναι παρ' αὐτοῖς οὐδ' εὐδοκιμοῦντα φαίνεσθαι παρὰ τῷ πλήθει: *Nõ videtur vtile monarchis, quemquam bonum virum verſari apud ipſos, quiq; videatur magni fieri apud multitudinem.* Nec vllo diſcrimine Otanes Herodoti lib. III: Καίτοι ἄνδρα γε τύραννον, ἄφθονον ἔδει εἶναι, ἔχοντά γε πάντα τὰ ἀγαθά. τὸ δ' ὑπεναντίον τούτου ἐς τοὺς πολιήτας πέφυκε· φθονέει γὰρ τοῖσι ἀρίστοισι περιεοῦσί τε καὶ ζώουσι, χαίρει δὲ τοῖσι κακίστοισι τῶν ἀστῶν. διαβολὰς δὲ ἄριστος ἐνδέκεσθαι ἡγέεται. ἀναρμοστότατον δὲ πάντων. ἤν τε γὰρ αὐτὸν μετρίως θωϋμάζῃς, ἄχθεται ὅτι οὐ κάρτα θεραπεύεται· ἤν τε θεραπεύῃ τις κάρτα, ἄχθεται ἅτε θωπείαν ἡγέμενος: *At enim vir dominans vt qui omnia bona obtineat, debebat ſine livore eſſe; ſed contra comparatus eſt in cives. ſiquidem eorum optimis quibuſque, qui ſuperſtites ſunt atque viuunt, invidet; deterrimis delectatur: criminationibus etiam locum dare optimum putat. Et (quod eſt quiddam minimè omnium ſecum conſentiens) ſiquidem eum mediocri admiratione proſequaris, infenſus eſt, quod non impensè colatur: ſin impensè quis eum colat, eo cultu tanquam aſſentatione offenditur.* Hinc & de Germanis Tacitus: *Liberti non multum ſupra ſeruos ſunt raro aliquod momentum in domo; nunquam in civitate: exceptis duntaxat iis gentibus quæ regnantur. ibi enim & ſuper ingenuos & ſuper nobiles aſcendunt. Apud ceteros impares libertini, libertatis argumentum ſunt.* Verùm hanc notam non eſſe omnium Regum, docemur à Socrate Platonis, cuius hæc ſunt in Gorgiâ: Οὐκοῦν ὅπου τύραννός ἐστιν ἄρχων ἄγριος καὶ ἀπαίδευτος, εἴ τις τούτου ἐν τῇ πόλει πολὺ βελτίων εἴη, φοβοῖτο δή που ἂν αὐτὸν ὁ τύραννος, καὶ τούτῳ ἐξ ἅπαντος τοῦ νοῦ οὐκ ἄν ποτε δύναιτο φίλος γενέσθαι; ΚΑΛ. Ἔστι ταῦτα: *Nonne ubi tyrannus eſt dominus ferus & barbarus, ſi quis in civitate multò melior fuerit, hunc nimirum tyrannus pertimeſcat, atq; huic nunquam ex totâ mente amicus eſſe poſſit.* CAL. *Ita ſe res habet.* Vnde providè Livius loquens de Antiocho Annibali invidente, libro XXXV: *Nulla ingenia tam prona ad invidiam ſunt, quàm eorum qui genus ac fortunam ſuam animis non æquant: quia virtutem & bonum alienum oderunt.* Alienum ab iſtis produxit Traianum Plinij Panegyricus, dum modò dictat: *Nec iam conſideratus & ſapiens, qui ætatem in tenebris agit. Eadem quippe ſub Principe virtutibus præmia, quæ in libertate: nec benefactis tantum ex conſcientiâ merces, ſed etiam præmia ſunt. Amas conſtantiam civium, rectosque ac vividos animos, non, vt alij, contundis ac deprimis, ſed foves & attollis*, &c. Modò: *Tandem ergo nobilitas non obſcuratur,*

Digitized by Google

ſcuratur, ſed illuſtratur à Principe: tandem illos ingentium virorum nepotes, illos poſteros libertatis, nec terret Cæſar, nec pavet: quin imò feſtinatis honoribus amplificat atque auget, & maioribus ſuis reddit. ſi quid vſquam ſtirpis antiquæ, ſi quid reſiduæ claritatis, hoc amplexatur, & refovet, & in uſum Reip. promit. Sunt in honore hominum & in ore famæ magna nomina ex tenebris oblivionis indulgentia Cæſaris &c. Eiuſdem facit rectitudinis Iulianum Mamertinus: *Habuerunt nonnulli alij Principes devotam & amantem ſui cohortem, ſed alio quodam modo; primum quod imperitiâ rudes indoctiſſimum quemq; in conſilium delegabant, ſcilicet ut ipſorum prudentia vulgo ſuo aliquatenus emineret. Ita cum viliſſimus quiſque honorum & divitiarum potitus fuerit, ſua commoda, & vitia Principum diligebant. Ab his optimus quiſque abigebatur procul, cum ſuſpecta eſſet probitas & inviſa, & quanto quiſque honeſtior, tanto importunior turpium arbiter vitaretur. At tu Auguſte omnibus nugis remotis optimum & doctiſſimum quemque perquiris. Si quis præſtat virtutibus bellicis & laude militiæ, in amicis habetur, ultro ad familiaritatem vocatur. Quicumq; in adminiſtratione reip. innocentem ſe unquam & ſtrenuum prabuit, in conſortium munerum receptatur. Regendis provinciis non familiariſſimum quemque, ſed innocentiſſimum legis. Omnes à te augentur pecuniâ, locupletantur divitiis, honoribus honeſtantur.* Sic Conſularis ille. Ex quo tamen etiam patet, multo maiorem eſſe numerum alterius partis quàm huius. Quod ipſum ſine ullâ circuitione teſtatur Nicetas lib. IV. Manuelis: Περιδεεῖς οἱ πολλοὶ τῶν κρατούντων εἰσὶ καὶ καχύποπτοι, καὶ χερσὶ διαπραττόμενοι, ὅσα θάνατος καὶ χάος, καὶ ἔρεβος, ἐν τῷ τοὺς εὐπατρίδας ἀκρονομεῖν, καὶ ἐκποδὼν τιθέναι πάντα ὑψηλὸν καὶ μετέωρον· καὶ ἐοίκασι ἀτεχνῶς ὑψιπνέσι καὶ ἀκροκόμοις πίτυσιν. ὡς γὰρ αὗται καὶ βραχείαις ἀνέμων πνοαῖς τὰς τῶν κλάδων βελόνας διαδονούμεναι ψιθυρίζουσιν. οὕτω δὴ καὶ οὗτοι καὶ τὸν πλούτῳ κομῶντα ὑποβλέπονται, καὶ τὸν ἐπ' ἀνδρείᾳ τῶν πολλῶν διαφέροντα καταπλήχασι, κἂν εἴη τις τὸ κάλλος ἀγαλματίας, καὶ τὴν γλῶτταν ὡς ὄρνις μουσικέτης ἐσόμωρο, κἂν τὸ ἦθος ὁρῷτο εὐτράπελος, οὐκ ἐᾷ καθεύδειν τὸν ἐπὶ τοῦ στέφους οὐδ' ἠρεμεῖν· ἀλλὰ γίνεται τούτῳ τῶν ὕπνων ἐκκοπὴ, τῆς τρυφῆς ἀνατροπὴ, ἡδονῆς ὑφαίρεσις, φροντίδων ἀπόθεσις. καὶ τὴν φύσιν μέμφονται τὴν πλάστειραν, ὅτι καὶ ἑτέρους εἰς τὸ ἄρχειν ἐπιδόξους ἐπαλαμήσατο, καὶ μὴ πρώτους αὐτοὺς καὶ ὑστάτους καλλίστους ἀνθρώπων ἐφύτευσεν. οὐκοῦν δὲ ἀντιστρατεύονται τὰ πολλὰ τῇ προνοίᾳ, καὶ τῷ θείῳ ὑπέροπλοι γίνονται, πάντα ἀγαθὰ ἐκ τοῦ πλείστου ἐκχορδεύοντες, δὲ ὡς θύματα σφαγιάζοντ[illegible]έχοιεν ἐφ' ἡσυχίας δήπουθεν οὗτοι ἀπαθεῖν, καὶ ὡς πατρῷον κλῆρον καθηδυπαθεῖν μονώτατοι τὰ δημόσια, καὶ ὡς ἀνδραπόδοις χρῆσθαι τοῖς ἐλευθέροις, καὶ ὡς ὠνητοῖς τοῖς ἀξιωτέροις ἐνίοτε ἄρχειν προσφέρεσθαι κακῶς εἰδότες, δὲ τὸ φρονεῖν ὑπὸ τῆς ἐξουσίας ἀφῃρημένοι, καὶ κακοβούλως τῶν πρότερα λανθανόμενοι: *Pleriq; principes formidoloſi ſunt, & ſu-*

ſpicaces : nec inferno & morte clementiores, in viris nobilibus & generoſis è medio tollendis : & vt alta picea leviſsimo vento impulſa, ramorum aculeis inter ſe colliſis, ſtridunt; ſic ipſi & divitem ſuſpectum habent, & fortitudine inſignem formidant : nec forma, nec facundia, nec morum comitas inſignis, quietos eos eſſe patiuntur : ſed omni penè vita ſuavitate privant, adeò vt naturam ipſam accuſent, quòd alios etiam idoneos Imperio formarit, nec ipſos primos & poſtremos omnium mortalium pulcherrimos finxerit : divinaq́; providentiæ repugnent, & optimum quemque tollant è medio, & inſtar hoſtiarum ſacrificent, ut ipſi ſoli metus & periculi expertes, publica vectigalia tanquam privatum patrimonium, pro ſua libidine effundere, & ingenuos homines pro mancipiis tractare poſſint, qui aliquando ipſis ſunt Imperio digniores. Ita potentiæ faſtigium prudentiam eis adimit, & priſtinæ conditionis ſtultam oblivionem affert. Nec id ante ipſum quoq; diſſimulaverat Plinius Paneg : *Et priores quidem principes, excepto patre tuo, præterea vno aut altero, & nimis dixi, vitiis potius ciuium quàm virtutibus lætabantur. primum quòd in alio ſua quemque natura delectat : deinde quos patientiores ſeruitutis arbitrabantur, quos non deceret eſſe niſi ſervos, horum in ſinum omnia congerebant : bonos autem otio aut ſitu abſtruſos, & quaſi ſepultos, non niſi delationibus & periculis in lucem ac diem proferebant : tu amicos ex optimis legis, & hercule æquum eſt eſſe eos chariſsimos bono principi, qui invisi malo fuerint. Scis vt ſicut diuerſa natura dominatio & principatus, ita non alius eſſe principem gratiorem quàm qui maximè dominum graventur. Hos ergo provehis, & oſtentas quaſi ſpecimen & exemplar, quæ tibi ſecta vitæ, quod hominum genus placeat.* At enim abeuntes ab hoc exemplo accedere ad perſonam tyranni, evincunt iſta Ariſtotelis lib. v. Polit. c. XI: Πονηρόφιλον ἡ τυραννίς· κολακευόμενοι γὰρ χαίρουσι. τοῦτο δ' οὐδ' ἂν εἷς ποιήσειε φρόνημα ἔχων ἐλεύθερον· ἀλλὰ φιλοῦσιν οἱ ἐπιεικεῖς, ἢ οὐ κολακεύουσι. καὶ χρήσιμοι οἱ πονηροὶ εἰς τὰ πονηρά. ἥλῳ γὰρ ὁ ἧλος, ὥσπερ ἡ παροιμία. καὶ τὸ μηδενὶ χαίρειν σεμνῷ, μηδ' ἐλευθέρῳ, τυραννικόν· αὐτὸν γὰρ εἶναι μόνον ἀξιοῖ τοιοῦτον ὁ τύραννος· ὁ δ' ἀντισεμνυνόμενος καὶ ἐλευθεριάζων ἀφαιρεῖται τὴν ὑπεροχὴν, καὶ τὸ δεσποτικὸν τῆς τυραννίδος. μισοῦσιν οὖν ὥσπερ καταλύοντας τὴν ἀρχήν : *Tyrannis improborum amicitia jucunda eſt : gaudent enim aſſentatione tyranni. hoc autem nemo fecerit, qui ingenuos ſpiritus gerat. ſed qui ſunt viri boni, aut amant, aut non aſſentantur. Tum improbi ad res improbas ſunt utiles. Clavus enim clavo pellitur, ut in prov[illegible]eſt. Præterea nemine viro gravi & libero delectari, tyrannicum. Se enim ſolum talem eſſe poſtulat tyrannus. Qui autem gravitate & magnificentiâ cum tyranno certat, & liberè ſe gerit, adimit excellentiam & imperium illud herile, ac domini proprium, quod habet tyrannis. Taleis igitur homines oderunt, tanquam imperij ſui everſores.*

Vnde

Digitized by Google

Vnde in vita Agricolæ Tacitus: *Intravitq́ animum militaris gloriæ cupido, ingrata temporibus quibus ſiniſtra erga eminentes interpretatio; nec minus periculum ex magna famâ quam ex malâ.* Rurſusque initio lib. I. Hiſtor: *Nobilitas, opes, omiſſi geſtique honores pro crimine; & ob virtutem certiſſimum exitium.* Nec aliud ſibi vult fragmentum, quod extat in Ἐπικαλῶν apud Suidam: Ἀνεῖλε δὲ τοὺς ἄνδρας ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐπικαλῶν, πλὴν ὅτι σοφώ τε καὶ ἀρίστω τὼ ἄνδρε γενέσθην: *Suſtulit homines, nihil cauſatus aliud, niſi vtrumque virum ſapientem atque optimum eſſe.* Vbi fallitur vir doctiſſimus qui appinxit margini, Εἰρωνικῶς *fortaſſe.* Imò ſine vlla prorſus figurâ; quippe à tam ſiniſtris Principibus nihil expectandum Probitati ac Sapientiæ, niſi mors aut exilium. Hinc legere eſt, de Acrotato Spartiata libro XIX. Diod. Siculi: Τέλος δὲ Σωσίστρατον ἐπιφανέστατον τῶν φυγάδων, πολλάκις δυνάμεων ἀφηγησάμενον, ἐπὶ τὸ δεῖπνον παραλαβὼν ἐδολοφόνησεν, ἐγκαλέσαι μὲν ἁπλῶς οὐδ᾽ ὁτιοῦν ἔχων, ἐκ ποδῶν δὲ ποιήσασθαι δραστικὸν ἄνδρα, καὶ δυνάμενον ἐφεδρεῦσαι τοῖς κακῶς προϊσταμένοις τῆς ἡγεμονίας: *Ad extremum Soſiſtratum exulum clariſſimum, qui ſæpe copiis præfuerat, ad cœnam vocatum dolo interfecit; habens alioquin nihil omnino quod eum accuſaret; ſed volebat è medio tollere virum ſtrenuum, & qui inſidiari iis poſſet qui imperium male adminiſtrarent.* Sed & obvium eſt de Tiberio lib. I. Annal. Taciti: *Tiberio nulla vetus in Arruntium ira; ſed divitem promptum artibus egregiis, & pari famâ publice, ſuſpectabat.* De Caio quoq́; apud Senecam quidem habemus lib. II. Benef. cap. XXI: *Si exemplo magni animi opus eſt; vtamur Gracini Iulij, quem C. Cæſar occidit ob hoc unum, quod melior vir erat, quàm eſſe quemquam tyranno expediret.* Apud Philonem opponentem artes Caij, artibus Apollinis legas: Ὁ δὲ ἔμπαλιν νόσους μὲν τοῖς ὑγιαίνουσι, πηρώσεις δὲ τοῖς ὁλοκλήροις, καὶ συνόλως θανάτους τοῖς ζῶσι χειροποιήτους πρὸ τῆς μοιριδίου χαλεποὺς ἐπέφερε, πάντα τὰ φθοροποιὰ χορηγίαις ἀφθόνοις παρεσκευασμένος, οἷς εἰ μὴ ἔφθασε προαναιρεθεὶς ὑπὸ τῆς δίκης χρήσασθαι, κἂν τὸ ἐν ἑκάστῃ πόλει δοκιμώτατον ἤδη διέφθαρτο. πρὸς τοὺς γὰρ ἐν τέλει καὶ πλουσίους εὐτρεπεῖς ἦσαν αἱ παρασκευαί: *Iſte contrà ſanis morbos inferebat, mutilationes integris, vivis mortem manu aſcitam ante fatalia tẽpora, conquiſitis diligenter veneficiis, quibus ni divina juſtitia præventus fuiſſet, perdidiſſet quicquid erat in ſingulis vrbibus præſtantium & probatorum hominũ. Adverſus honoratos enim & divites hunc apparatum fecerat.* At de Neronis imperio refert Caſſij abbreviator: Ὁ δὲ δὴ Θρασέας καὶ ὁ Σωρανὸς καὶ γένους καὶ πλούτου τῆς τε συμπάσης ἀρετῆς τὰ πρῶτα ἀνήκοντες, ἐπιβουλῆς μὲν αἰτίαν οὐκ ἔσχον, ἀπέθανον δὲ καὶ αὐτοί ποτε, ὅτι τοιοῦτοι ἦσαν: *Thraſea quoq́; & Soranus, qui nobilitate, opibus, ac omni genere virtutis primas partes tenebant, etſi culpam coniurationis non ſuſtinuerunt, tamen propterea quod tales erant, poſtea mor-*

tui

tui ſunt. Iterumque poſt multa: Πᾶσί τι παρ' αὐτῷ δημόσιον ἔγκλημα ἦν ἀρετή τε καὶ πλοῦτος, καὶ γένος· καὶ πάντες ἢ ἑαυτοὺς ἀπεκτίννυσαν, ἢ ὑπ' ἄλλων ἐφονεύοντο: *Erat crimen publicum omnibus virtus, opes, nobilitas; atque ob eam cauſſam vel ſibi mortem inferebant, vel ab eo occidebantur.* Deque eodem homine Tacitus libro XVI. Annal: *At Baream Soranum iam ſibi Oſtorius Sabinus eques Romanus popoſcerat reum ex proconſulatu Africæ; in quâ offenſiones Principis auxit, juſtitia atque induſtria.* Herodianus etiam memorat de Commodo Imp: Μηδέ τινα προσιέμενος τῶν λόγου ἀξίων· ἀλλὰ τὸ μὲν περὶ τὰ καλὰ σπουδῆς ἀπῆγεν ἑαυτὸν, ἐδεδούλωντο δὲ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ἐπάλληλοι καὶ ἀκόλαστοι σώματος ἡδοναί. καὶ σώφρων μὲν πᾶς καὶ παιδείας κἂν μετρίως μεμνημένος, τῆς αὐλῆς ὡς ἐπίβουλος ἐδιώκετο: *Ad hæc neminem cui virtus ulla eſſet, amicum ſibi adiungebat; ſed à cunctis æquè rectis ſtudiis animũ avocaverat: (quippe quem die noctéq; aliæ ex aliis effrenæ corporis voluptates gravißimo ſervitio premebant) neminemq; nõ ab limine velut inſidiatorem ſubmovebat, quemcumq; aut probitas aut diſciplina ulla etiam mediocris illuſtraret.* Mamertinus quoque ubi Iulianum alloquitur, ita invehitur in Conſtantinum: *Si etiam nunc hominum cætus Divus Auguſtus frequentaret, nunquam profectò liberi civis, & boni Senatoris officio defuiſſem, quò minus redarguerem & convincerem eas illi in te odij fuiſſe cauſſas, quæ amoris inflammatrices & fidei obſides eſſe debuerunt.* Teſtatur denique Nicephorus Calliſtus de Phocâ, Eccleſ. Hiſtor. libro XVIII. capite LV: *Mirum verò, quanto etiam in illum odio multitudo flagrarit: adeò ebrietati & ſævitiæ deditum, ut effuſo hominum ſanguine continuo gauderet, & tollere è medio omnes in animo haberet, in quibus nobilitatis, aut gloriæ, aut prudentiæ indicium aliquod ineſſet.* Hucq; attendit item Lucianus in Καταπλ: Οὗτοι πάντες, ὦ Ῥαδάμανθυ, πρὸς τοῦ ἀλιτηρίου τεθνᾶσιν, οἱ μὲν γυναικῶν ἕνεκα εὐμόρφων ἐπιβουλευθέντες, οἱ δὲ υἱέων πρὸς ὕβριν ἀπαγομένων ἀγανακτήσαντες, οἱ δὲ ὅτι ἐπλούτουν, οἱ δὲ ὅτι ἦσαν δεξιοὶ καὶ σώφρονες, καὶ οὐδαμοῦ ἠρέσκοντο τοῖς δρωμένοις: *Hi omnes, ô Rhadamante, huius crudelitate vitam amiſerunt: quorum alij formoſarum uxorum gratiâ inſidiis ſunt circumventi; alij quod liberorum ſuorum, quos ad iniuriam violenter abducebant, nomine ſtomacharentur, ſunt trucidati: alij quod opibus illorum inſidiaretur: porrò alij, quod boni eſſent, & prudentes, quibus haudquaquam cum illius factis convenire poterat.* Quin imò, non erat ſatis iſtis tollere virtutes in oculos incurrentes; etiam indagarunt latentes; vſque adeo quidem, ut ne geneſi quidem abſtinerent hominum illuſtris familiæ. Sanè de Tiberio proditum Dioni Caſſio lib. LVII: Πολλοὺς δὲ, καὶ τὴν ἡμέραν καὶ ὥραν ἐν ᾗ ἐγεγέννηντο ἐξετάζων, καὶ ἐκεῖθεν καὶ τὸν τρόπον καὶ τὴν τύχην αὐτῶν διασκοπῶν, ἀπεκτίννυεν. εἰ γάρ τῳ ὑπέρογκόν τι καὶ ἐλπὶ πρὸς δυ-

ναστείαν

μαντείαν ἐπειδὴ, πάντως ἀπώλλυεν: *Multos etiam indagato eorum natiuitatis die ac hora, indeque mores & fortunam eorum ſcrutatus, ſi quid adeſſet excellens, aut quod imperiū ſperare iuberet, deprehenderetur, protinus interficiebat.* Sed & de Titi ſucceſſore Xiphilinus: Πάντως καὶ ὁ Δομιτιανὸς τῶν πρώτων τάς τε ἡμέρας καὶ τὰς ὥρας ἐν αἷς ἐγεγένηντο διασκοπῶν, οὐκ ὀλίγους οὐδὲ ἐκ τούτων ἐλπιζόντων ἐν δυνάμει τινὶ ἔσεσθαι προσανήλισκε, &c: *Domitianus indagatis diebus horisque, in quibus principes viri nati eſſent, pleroſque etiam ex iis qui potentiam nunquam ſperauerant, ſuſtulerat, &c.* Eâque de cauſsâ habemus quoque in Suetonio, Domitiani capite x: *Interemit Metium Pompoſianum, quod habere imperatoriam geneſim vulgò ferebatur, &c.* Vnicum igitur remedium nobilibus talibus, diſſimulare ſua bona, eaque abſtrudere. Notatum id verbulo lib. III. Annalium Taciti: *Dites olim familiæ nobilium, aut claritudine inſignes, ſtudio magnificentiæ prolabebantur. nam etiam tum plebem, ſocios, regna colere & coli licitum. vt quiſque opibus, domo, paratu, ſpecioſus, per nomen & clientelas illuſtrior habebatur. poſtquam cædibus ſævitum, & magnitudo famæ exitio erat; ceteri ad ſapientiora conuertêre, &c.* Deque eodem Plinius, vbi de avunculo loquitur lib. III. Epiſt. v: *Dubij ſermonis octo ſcripſit, ſub Nerone noviſſimis annis, cùm omne ſtudiorum genus paulo liberius & erectius, periculoſum ſervitus feciſſet.* Iterumque lib. VIII. Epiſt. XIIII: *Dices, cur quæris quod noſſe debeas? Priorum temporum ſervitus, vt aliarum optimarum artium, ſic etiam iuris Senatorii oblivionem quandam & ignorantiam induxit, &c.* Hinc legimus de Galbâ, Tranquilli capite IX: *Paulatim in deſidiam ſegnitiemque converſus eſt, ne quid materiæ præberet Neroni; & vt dicere ſolebat, quod nemo rationem otii ſui reddere cogeretur.* Inde quoque verba Plinij ad Trajanum: *Iubes eſſe liberos? Erimus. Iubes quæ ſentimus promere in medium? Proferemus. neque enim adhuc ignaviâ quadam & inſito torpore ceſſauimus. terror & metus, & miſera illa ex periculis facta prudentia monebat, vt à Republ. oculos, aures, animos averteremus, &c.* Ex quibus patet breue illud Taciti dictum in vitâ Agricolæ: *Et cùm Cerialis quidem alterius ſucceſſoris curam famamque obruiſſet, ſuſtinuit quoque molem Iulius Frontinus, vir magnus quantum licebat, validamque, &c.* Quin imò quò magis fallerent, fuere qui adſumerent perſonam ſe ſuiſque indignam; ſtulti ſcilicet. Priſco certè æuo inuentus talis Iunius Brutus, de quo ſic Livius lib. I: *Is cùm primores ciuitatis, in quibus fratrem ſuum ab avunculo interfectum audiſſet, neque in animo ſuo quicquā regi timendum, neque in fortuna concupiſcendum relinquere ſtatuit; contemptu tutus eſſe, vbi in iure parum præſidii eſſet. ergo ex induſtriâ factus ad imitationem ſtultitiæ, cùm ſe ſuaque prædæ eſſe regi ſineret; Bruti quoque haud abnuit cognomen &c.* Horum in numero referri quoq; voluit Claudius

Imp. teſte Suetonio cap. XXXVIII: *Ac ne ſtultitiam quidem ſuam reticuit, ſimulátamque à ſe ex induſtria ſub Caio, quod aliter evaſurus, perventuruſque ad ſuſceptam ſtationem non fuerit, quibuſdam orationibus teſtatus eſt.* Sanè refert de Archelao ſub Tiberio, Caſſius lib. LVII: μετεπέμψατο, ὡς καὶ νεωτερίζοντά τι, καὶ τῇ τῆς γερουσίας ψήφῳ παρέδωκεν, οὐ μόνον ὑπέργηρων ὄντα, ἀλλὰ καὶ δεινῶς ποδαγρῶντα, καὶ προσέτι καὶ παραφρονεῖν δοκοῦντα. ἔπαθε μὲν γάρ ποτε τοῦτο ὄντως, ὥστε καὶ ἐπίτροπον παρὰ τοῦ Αὐγούστου τῆς ἀρχῆς λαβεῖν. οὐ μέντοι καὶ τότε ἔτι παρελήρει, ἀλλ' ἐπλάττετο, εἴπως ἔκ γε τούτου σωθείη: *Inſimulatum quaſi novis rebus ſtuderet, evocauit Romam, ac Senatus iudicio tradidit; hominem non ſenectute modò extrema, ſed podagra etiam confectum vehementi, ac delirare creditum. & quidem aliquando verè mente alienatus fuerat; ita vt tutor regno eius ab Auguſto tum datus fuerit. tunc verò ſatis ſanus, impotem ſe animi ſimulabat, ſaltem in hoc ſalutis præſidium quærens.* Sed & tam frequenter operam dediſſe arenæ nobiles iſtos, vt abiret in *artem*, & quidem *patriciam*; credere cogimur Iuvenalis Satyræ IV:

> *Profuit ergo nihil miſero, quod cominus urſos*
> *Figebat Numidas, Albanâ nudus arenâ*
> *Venator: quis enim iam non intelligat artes*
> *Patritias? quis priſcum illud miretur acumen*
> *Brute tuum? facile eſt barbato imponere regi.*

Ita enim capio illa verba, ut ſe ideo arenæ commiſerit, ne quid egregium de eo ſuſpectaret Domitianus. Aliter quidem uir magnus in Semeſtribus: ſed cur eius ſententiæ accedam, nihil ſuadet; imò omnia diſſuadent. Suſpectos quippe ignauis principibus iſtos, vt ita dicam honorifugas, proditũ Taciti libro XIV. Annalium; vbi ſic eſt de Rubellio Plauto: *Ipſe placita majorum colebat habitu ſevero, caſta & ſecreta domo; quantoque metu occultior, tantò plus famæ adeptus.* Teſtaturq; Xiphilinus à Domitiano occiſum Ἑρέννιον Σενεκίωνα, ὅτι τε οὐδεμίαν ἀρχὴν ἐν πολλῷ βίῳ μετὰ τὴν ταμιείαν ᾐτήκει: *Herennium Senecionem; quod cùm vixiſſet diutiſſimè poſt quæſturam, nullum magiſtratum petiviſſet.* Planè huic rei ita attendére, vt etiam in crimen raperent meras ouiculas, hoc eſt, nulli adfines ſimulationi, vt pluribus locis nullo velamento meminit Tacitus. Et quidem lib. XIII. Annal. habemus: *Suſpectabat Nero maximè Cornelium Syllam, ſecors ingenium eius in contrarium trahens, callidumq; & ſimulatorem interpretando.* Etiam idem de Galbâ lib. I. Hiſtor: *Amicorum libertorumque, ubi in bonos incidiſſet ſine reprehenſione patiens: ſi mali forent, uſque ad culpam ignarus. Sed claritas natalium, & metus temporum obtentui; ut quod ſegnitas erat, ſapientia vocaretur.* Atque ex his planioris fiunt intellectus eiuſdem Cornelij verba lib. XII. Annal. de Britannico: *Intelligens falſi.*

Neq.

Neq; enim ſegnem ei fuiſſe indolem ferunt: ſiue verum; ſeu periculis commendatus, retinuit famam ſine experimento. Item libri XIV. Annal: *Syllam inopem, unde præcipuam audaciam; & ſimulatorem ſegnitiæ dum temeritati locum reperiret. Plautum magnis opibus, ne fingere quidem cupidinem otij*, &c. Certè apertè habemus in eiuſdem Agricolâ: *Mox inter quæſturam ac tribunatum plebis atque etiam ipſum tribunatus annum, quiete & otio tranſiit; gnarus ſub Nerone temporum, quibus inertia pro ſapientia fuit.* Item lib. Annal. VI: *Haterius inviſior fuit, quia ſomno aut libidinoſis vigiliis marcidus, & ob ſegnitiem, quamvis crudelem principem non metuens, illuſtribus viris perniciem inter ganeum ac ſtupra meditabatur.* Eiuſdem catenæ Suetoniana, fine capitis X. in vita Domitiani: *Satis conſtat duos ſolos è notioribus veniâ dignatos, Tribunum laticlavium, & Centurionem; qui ſe, quò faciliùs expertes culpæ oſtenderent, impudicos probaverant: & ob id neque apud ducem, neque apud milites ullius momenti eſſe potuiſſe.* Nimirum, vt utar verbis Taciti lib. XI. Annal: *Animo per libidines corrupto, nihil honeſti inerat.* Vnde argumentum Quintiliani Declamat. CCCX: *Damnatus eſt adulterij: ſed poſtea fortiter pugnando, oſtenderat non eos eſſe mores ſuos, non ſuam vitam; ut in illo credibilia hæc crimina forent. &c.* Ergo, ut redeam unde initio digreſſus ſum, ſub Principibus illis ignavis uſurpabatur ore illud Iuvenalis Sat. IV:

Prodigio par eſt in nobilitate ſenectus.

Rariſſimúq; erat deſcendere *ad generum Cereris ſine cæde ac ſanguine.* Vnde Plinius de Verginio lib. II. Epiſt. I: *Cæſares, quibus ſuſpectus, atque etiam inviſus virtutibus fuerat, evaſit.* Nec aliud ſentit Tacitus lib. II. Annal: *Atque hic Camillus bellorum expers habebatur. eo pronior Tiberius res geſtas apud Senatum celebravit; & decrevere patres triumphalia inſignia; quod Camillo ob modeſtiam vitæ impunè fuit.* Reſpexitque eo iterum & lib. VI: *Per idem tempus L. Piſo Pontifex, rarum in tanta claritudine, fato obiit.* Et lib. XIII: *At L. Voluſius egregiâ famâ conceſſit, cui tres & nonaginta anni ſpatium vivendi, præcipuaq; opes bonis artibus, inoffenſa tot Imperatorum malitia fuit.* Et lib. XIV: *Vixit tamen poſt hæc Regulus quiete defenſus, & quia novâ generis claritudine, neque invidioſis opibus erat.* Eodem adhuc tendunt, ſed via adversâ, Taciti illa de Gracchо lib. IV. Annal: *Mox per Africam & Siciliam mutando ſordidas merces ſuſtentabatur. nec tamen effugit magna fortunæ pericula.* Nimirum iuxta Martialem meum:

In tauros Libyci fremunt leones;
Non ſunt papilionibus moleſti.

Hinc iterum ille toties laudatus Tacitus lib. XIV. Annal: *Inde crebri queſtus, nec occulti per vulgum; cui minor ſapientia, & ex mediocritate for-*

Digitized by Google

tunc pauciora pericula. Videlicet eum tutatur ipſe contemptus; quia etſi nocere velint, non etiam poſſint; ut alibi pluribus oſtendere memini. Interim an benè ſibi conſulant hæ Poteſtates, quibus in honore homines ingenij deterioris, ipſæ viderint. Mihi enim folium Sibyllæ minus verum eſt, quàm illud Salluſtij Orat. II. ad Iul. Cæſarem: *Plerique rerum potentes, perversè conſulunt; & eò ſe munitiores putant quò illi quibus imperitant, nequiores fuère. at contra id eniti decet: cùm ipſe bonus atque ſtrenuus ſis, uti quàm optimis imperites. nam peſſimus quisque aſperrimè rectorem patitur.* Cuius ſententiæ rationem reddit Dio Caſſius ſub perſonâ Mecænatis lib. LII: Μήτ' αὖ δείσῃς ὅτι καλῶς τραφείς τέ τις καὶ παιδευθεὶς, νεώτερόν τι τολμήσει· πᾶν γὰρ τοὐναντίον, τοὺς τε ἀμαθεῖς καὶ τοὺς ἀσελγεῖς ὑποπτεύειν δεῖ. οἱ μὲν γὰρ τοιοῦτοι πάντα ἁπλῶς καὶ τὰ αἴσχιστα καὶ τὰ δεινότατα πρῶτον μὲν ἐς σφᾶς αὐτοὺς, ἔπειτα δὲ καὶ ἐς τοὺς ἄλλους ῥᾳδίως ποιεῖν προάγονται: *Neque metuendum ne quis probè educatus inſtitutusque conſilium convellendi ſtatus publici ſit initurus. quin imò id à diſciplinâ nullâ formatis, à flagitioſis timendum eſt. hi enim facillimè eo adducuntur, ut turpiſſima ac peſſima quaque in ſe & alios ſtatuant.* Idem etiam firmat Egeſippus Excid. Hieroſ. libro II. cap. XIII: *In huiusmodi ordinationibus Archelaus ſecutus paterna ſpeciem conſuetudinis, anguſtioris animi tenuit ſententiam: more quodam inſito mortalibus, ut apud eos minus ſuſpecta ſit ignavia hebetiorum, quàm gratia bonorum; cùm infirmus animus inſolentior ſit in rebus ſecundis: prudentior autem noverit vicem referre.* Atque illud eſt, quod concinnè enuntiat in Milite Plautus:

——*facile eſt imperium in bonos.*

Amoliri juvenem ſpecie honoris ſtatuit.

Lib. II. Annal.

VSITATVM priſcis, ſpecie legationis alteriuſve honoris, amovere æmulos invidięque obnoxios. quod ipſum tam crebrò occurrit in monumentis auctorum claſſicorum, ut nihil ſupra. Hinc obvia paſſim: *Naſica ut invidia ſubtraheretur, per ſpeciem legationis in Aſiam ablegatus eſt*, apud Æm. Probum in vitâ Gracchi. Ὁ μὲν Καῖσαρ ὑπείκειν αὐτῷ συνεβούλευε, μὴ καὶ κατὰ χώραν μείνας ἀπόληται. καὶ ἵνα γε μᾶλλον ὑπ' εὐνοίας αὐτὸ ποιεῖν πιστευθῇ, ὑποστρατήγῳ οἱ χρήσεσθαι ὑπισχνεῖτο, ὅπως μὴ μετ' ὀνείδους, ὡς καὶ ὑπεύθυνος ὤν, ἀλλ' ἐπί τε ἀρχῆς καὶ μετὰ τιμῆς ἐκποδὼν δὴ τῷ Κλωδίῳ γένηται: *Cæſar Ciceroni conſilium dedit, ut ſe ſubduceret, ne ad urbem manendo, in perniciem deueniret. id quo magis ex benevolentia conſulere*

lere videretur, legato ſe eo uſurũ dixit;ut iam non tanquam reus cum ignominiâ, ſed honeſte & cum imperio Clodium ſubterfugeret, refert Caſſius lib. XXXVIII. Hiſt. Rom. *Agrippa ſub ſpecie miniſteriorum Principalium profectus in Aſiam; ut fama loquitur, ob tacitas cum Marcello offenſiones, præſenti ſe ſubduxerat tempori,* ſcribit Velleius lib. II. Quæ ipſa interpretationis vicem præſtant verbis D. Bruti apud Ciceronem lib. XI. Epiſt. Fam. I: *Cùm in his anguſtiis verſarer, placitum eſt mihi, ut poſtularem legationem liberam mihi reliquisq; noſtris; ut aliqua cauſſa proficiſcendi honeſta quæreretur &c.* Aperiuntque iſta Suetonij cap. XII. Tiberii: *Remanſit ergo Rhodi contra voluntatem; vix per matrem conſecutus, ut ad velandam ignominiam, quaſi Legatus Auguſti abeſſet.* Ars non omninò improbanda: certè multis modis innocentior illâ, cuius regnum viget in Aulis; ac ſimili ſub ſpecie quidlibet peragit: & iam quidem ab omni ævo. De Davide evolutè ſatis è ſacris literis Ioſephus lib. VI. Antiq. cap. XI: Τούτων δὲ ἀκούων ὁ βασιλεὺς, ὡς τὸ μὲν ἔλαττον τῆς μαρτυρίας αὐτὸς λάβοι, τὸ δὲ τῶν μυριάδων πλῆθος ἀνατιθείη τῷ νεανίσκῳ, καὶ λογισάμενος μηδὲν οὕτως μετὰ λαμπρὰν εὐφημίαν ἢ τὴν βασιλείαν ὑστερεῖν αὐτῷ, φοβεῖσθαι καὶ ὑποπτεύειν ἤρξατο τὸν Δαβίδην. καὶ τῆς μὲν πρώτης τάξεως, ἐπεὶ τῷ δέει πλησίον αὐτοῦ καὶ λίαν ἐγγὺς ἐδόκει, ἐποίησε γὰρ αὐτὸν ὁπλοφόρον, μεταστήσας, ἀποδείκνυσι χιλίαρχον, δοὺς αὐτῷ χώραν ἀμείνονα μὲν, ἀσφαλεστέραν δὲ ὡς ἐνόμιζεν αὐτῷ. ἐβούλετο γὰρ εἰς τοὺς πολεμίους αὐτὸν ἐκπέμπειν καὶ τὰς μάχας, ὡς ἐν τοῖς κινδύνοις τεθνηξόμενον: *Saul audiens decuplo potiores victoriæ partes adoleſcenti tribui; & ratus poſt tam glorioſum teſtimonium, nihil ei ſupereſſe ſperandum niſi regnum, ſuſpectum eum habere cæpit: & parum tutum ratus armatũ circa ſe verſari, ex ſatellite Tribunum fecit; non tam illius honori quàm ſuæ ſecuritati conſultum volens, ut ſæpe hoſtibus obiectum, aliquis caſus è medio tolleret.* Eodem quoque dolo exercitum fuiſſe Iaſonem, notum vel ex Val. Flacco lib. I. Argon:

——ſuper ipſius ingens
Inſtat fama viri, virtusque haud læta tyranno.
Ergo anteire metus, iuvenemque extinguere pergit
Æſonium: letique vias, ac tempora verſat.
Sed neque bella videt, Graias neque monſtra per urbes
Vlla: Cleonæo iam tempora clauſus hiatu
Alcides: olim Lernæ defenſus ab angue
Arcas: & ambobus iam cornua fracta iuvencis.
Ira maris, vaſtique placent diſcrimina ponti:
Cum iuvenem tranquilla tuens, nec fronte timendus
Occupat: & fictis dat vultum & pondera dictis:

Quibus verſibus radios aliquot lucis immittas ex Iuſtini libro XLII:

Cùm Iaſonem perditum propter inſignem periculoſamque regno ſuo virtutem Pelias rex cuperet; denuntiatâ militiâ in Colchos eum abire iubet, pellemq; arietis memorabilem gentibus reportare: ſperans interitum viri, aut ex periculo tam longæ navigationis, aut ex bello tam profundæ barbariæ. Haud alia mens animusve Cumanis erga Ariſtodemum, fide quidem Dionyſii Halic. lib. VII: Οἱ προεστηκότες τῆς ἀριστοκρατίας μισοῦντες τὸν Ἀριστόδημον, καὶ δεδιότες μή τι κακὸν ἐργάσηται περὶ τὴν πολιτείαν, κάλλιστον ὑπέλαβον εἰληφέναι καιρὸν, ἐκποδὼν αὐτὸν ποιήσασθαι σὺν εὐσχήμονι προφάσει. πείσαντες δὴ τὸν δῆμον ἀποστεῖλαι Ἀρικηνοῖς δισχιλίους ἄνδρας ἐπὶ συμμαχίαν, καὶ στρατηγὸν ἀποδείξαντες τὸν Ἀριστόδημον, ὡς δὴ τὰ πολέμια λαμπρὸν, τὰ μετὰ ταῦτα ἔπραττον ἐξ ὧν ἢ κατακοπήσεσθαι μαχόμενον ὑπὸ τῶν Τυῤῥηνῶν αὐτὸν ὑπελάμβανον, ἢ κατὰ τὸ πέλαγος διαφθαρήσεσθαι. γενόμενοι γὰρ ὑπὸ τῆς βουλῆς κύριοι καταλέξαι τοὺς ἐπὶ τὴν συμμαχίαν ἐξελευσομένους, τῶν μὲν ἐπισήμων καὶ λόγου ἀξίων οὐδένα κατέγραψαν· ἐπιλέξαντες δὲ τοὺς ἀπορωτάτους τε καὶ πονηροτάτους τῶν δημοτικῶν, ἐξ ὧν ἀεί τινας ὑπώπτευον νεωτερισμοὺς, ἐκ τούτων συνεπλήρωσαν τὸν ἀπόστολον. καὶ ναῦς δέκα παλαιὰς κάκιστα πλεούσας καθελκύσαντες, ὧν ἐτριηράρχουν οἱ πενέστατοι Κυμαίων, εἰς ταύτας αὐτοὺς ἀνεβίβασαν, θάνατον ἀπειλήσαντες, ἐάν τις ἀπολειφθῇ τῆς στρατιᾶς: *Proceres optimatium Ariſtodemo infenſi, & timentes ne ille in aliquam calamitatem coniiceret rempublicam, videbantur ſibi egregiam occaſionem nacti tollendi hominis ſub prætextu honeſtiſſimo: perſuaſoque populo ut Aricinis duo milia virorum auxilio ſubmitteret ductu Ariſtodemi, quod eſſet bellator præclarus, poſtea machinabantur ut vel ab Etruſcis in pugna interimeretur, vel inter navigandum periret. cum enim delectus habendi poteſtatem à ſenatu accepiſſent, ex nobilibus aut alicuius pretii hominibus nullius nomen retulerunt in matriculam: ſed conſcriptis ex plebe pauperrimis ac nequiſſimis, quos ſemper ut novandarum rerum cupidos habuerant ſuſpectos, ex his claſſem confecerunt, deductis decem vetuſtis & navigationi parum idoneis triremibus, quibus præerant Cumanorum egentiſſimi; & propoſitâ pœnâ capitali, ſi quis ſe expeditioni ſubduceret.* Tale quid etiam Clytus exprobrat Alexandro, Curtii lib. VIII: *Sogdianam regionem mihi attribuis, toties rebellem, & non modò indomitam, ſed quæ ne ſubigi quidem poſſit. Mittor ad feras beſtias, præcipitia ingentia ſortitas.* Eodem tendit cauſſatio Metelli apud Livium lib. XXII: *Tum M. Metellus trib. pl. id unum enimverò ferendum eſſe negat: non præſentem modò Dictatorem obſtitiſſe rei benè gerendæ, ſed abſentem etiam geſtæ obſtare: & in ducendo bello ſedulò tempus terere, quò diutius in magiſtratu ſit, ſolusque & Romæ & in exercitu imperium habeat. quippe Conſulum alterum in acie cecidiſſe, alterum ſpecie claſſis Punicæ perſequendæ procul ab Italia relegatum &c.* Pleno verò curſu eò volant, ſed alio ſenſu, hæc Caſſii lib. XXXVI: Πομπήϊος δὲ μαθὼν τὰ δεδογμένα, προσεποιεῖτο μὲν ἄχθεσθαι, ὡς καὶ πρότερον, καὶ τοῖς ἀντιστασιώταις, ὡς καὶ

τὰ πράγματα

Digitized by Google

τὰ πράγματα ἀεὶ ποτὶ αὐτῷ τὸ καὶ πλάσαι τι, παρέχουσι, ἐπεκάλει: *Pompeius ubi quæ illic acta eſſent, accepit, ægrè ſe eam rem ferre ſimulavit; quemadmodum & ante fecerat, & de adverſariis queſtus eſt, qui eum ſubinde negotiis obtruderent, ſperantes fore, ut aliquando iis ſuccumberet &c.* Gnarum & iſtud Perdiccæ; de quo Trogi decurtator lib. XIII: *Reverſus inde, inter principes provincias dividit: ſimul ut & removeret æmulos, & munus imperii beneficii ſui faceret.* Quibus proximè adſident Liviana lib. XXXV. agentia de regis Antiochi filii morte: *Eam quoque cauſſam clandeſtino facinori adiiciebant; quod cùm Seleuco filio Lyſimachiam dediſſet; Antiocho quam ſimilem daret ſedem, ut procul ab ſe per honorem eum quoque ablegaret, non habuiſſet.* Nec abeunt eiuſdem Livii, ubi Philippus filium removet ab aſcenſu montis Hæmi, lib. XL: *Et quoniam maiorem filium ſecum duceret, minorem ad ſubſidia ſpei & cuſtodiam regni remiſſurum in Macedoniam eſſe. Non fallebat Demetrium, ablegari ſe, ne adeſſet conſilio: cùm in conſpectu locorum conſultaret, quà proximè itinera ad mare Adriaticum atque Italiam ducerent, quæque belli ratio eſſet futura. ſed non ſolum parendum patri tum, ſed etiam aſſentiendum erat, ne invitum parère ſuſpicionem faceret.* Huic item, ſeu potius maiori calliditati, attendit Cerſobleptes Polyæni libro VII. Stratagem: Κερσοβλέπτης ἀποστάντων αὐτοῦ συγγενῶν πολλὰ χρήματα ὑπεκτιθεμένων, διαλυσάμενος πρὸς αὐτοὺς κατέστησε πόλεων ἄρχοντας διαστήσας ἀπ' ἀλλήλων. ἐπεὶ δὲ χρόνου διαγενομένου τὰ ὑποκείμενα χρήματα μετεπέμψατο, συλλαβὼν αὐτοὺς τῶν πόλεων ἐξήλασε, καὶ τῶν χρημάτων αὐτὸς ἐκράτησεν: *Cerſobleptes cùm eius cognati deſciſcentes magnam pecuniarum vim clàm extuliſſent, facta pace, civitatum eis præfecturas attribuit, eoſque ab ſe inuicem diiunxit. Cùm aliquantum temporis interceſſiſſet, pecuniaſque exigeret, comprehenſos eos ex urbibus eiecit, & pecunias ipſe poſſedit.* Par iſti fallacia Amalaſſunthæ, cuius mentio Procopii libro belli Gothici: *Neque Gothorum inſidias horruit, nec more femineo deterrita barbaris ceſſit. quin potius dignitatem præ ſe regiam ferens, tres quidem ut facundiſſimos, ita & ſeditioſiſſimos viros, in ultimos quoſdam Italiæ fines, per cauſſam eius regionis tuendæ, protinus relegavit; abireq; in eas partes mox iuſſit, non uno eodemq; loco, ſed longiſſimo ab invicem interuallo manſuros.* Vafrū quoq; cōmentum tyranni illius; de quo ſic lib. V. dictus Polyænus: Κύψελος τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν Βακχιαδῶν θεωροὺς πέμψας εἰς Δελφοὺς, ὡς περὶ τῆς κοινῆς Κορινθίων σωτηρίας χρησόμενος, ἀπεῖπεν αὐτοῖς τῆς Κορινθίας μὴ ἐπιβαίνειν. καὶ τοῦ λοιποῦ τὴν τυραννίδα κατέσχεν ἀσφαλῶς. τοὺς ἐπιφανεστάτους ἐκβαλών: *Cypſelus cum clariſſimos ex Bacchiadum familia Delphos miſiſſet, qui de communi ſalute Corinthiorum oraculum conſulerent, interdixit eis, ne Corinthum ingrederentur: atque in poſtremum nobiliſſimis eiectis, ſecurè tyrannidem obtinuit.* Iam manum habeo laſſam ſcribendo: inſtat tamē adhuc Salluſtius,

indignatus

ſpicaces : nec inferno & morte clementiores , in viris nobilibus & generoſis è medio tollendis : & vt alta picea leviſſimo vento impulſa , ramorum aculeis inter ſe colliſis , ſtridunt ; ſic ipſi & divitem ſuſpectum habent , & fortitudine inſignem formidant : nec forma , nec facundia , nec morum comitas inſignis , quietos eos eſſe patiuntur : ſed omni penè vita ſuavitate privant, adeò vt naturam ipſam accuſent , quòd alios etiam idoneos Imperio formarit , nec ipſos primos & poſtremos omnium mortalium pulcherrimos finxerit : divinaq́ providentiæ repugnent , & optimum quemque tollant è medio , & inſtar hoſtiarum ſacrificent , ut ipſi ſoli metus & periculi expertes , publica vectigalia tanquam privatum patrimonium , pro ſua libidine effundere , & ingenuos homines pro mancipiis tractare poſſint , qui aliquando ipſis ſunt Imperio digniores. Ita potentiæ faſtigium prudentiam eis adimit , & priſtinæ conditionis ſtultam oblivionem affert. Nec id ante ipſum quoq; diſſimulaverat Plinius Paneg : *Et priores quidem principes , excepto patre tuo , præterea vno aut altero , & nimis dixi, vitiis potius ciuium quàm virtutibus lætabantur. primum quòd in alio ſua quemque natura delectat : deinde quos patientiores ſeruitutis arbitrabantur , quos non deceret eſſe niſi ſervos , horum in ſinum omnia congerebant : bonos autem otio aut ſitu abſtruſos , & quaſi ſepultos , non niſi delationibus & periculis in lucem ac diem proferebant : tu amicos ex optimis legis , & hercule æquum eſt eſſe eos chariſſimos bono principi , qui inviſi malo fuerint. Scis vt ſicut diuerſa natura dominatio & principatus , ita non alius eſſe principem gratiorem quàm qui maximè dominum graventur. Hos ergo provehis , & oſtentas quaſi ſpecimen & exemplar , quæ tibi ſecta vitæ , quod hominum genus placeat.* At enim abeuntes ab hoc exemplo accedere ad perſonam tyranni, evincunt iſta Ariſtotelis lib. v. Polit. c. XI: Πονηρόφιλον ἡ τυραννίς· κολακευόμενοι γὰρ χαίρουσι. τοῦτο δ᾽ οὐδ᾽ ἂν εἷς ποιήσειε φρόνημα ἔχων ἐλεύθερον· ἀλλὰ φιλοῦσιν οἱ ἐπιεικεῖς, ἢ οὐ κολακεύουσι. καὶ χρήσιμοι οἱ πονηροὶ εἰς τὰ πονηρά. ἥλῳ γὰρ ὁ ἧλος, ὥσπερ ἡ παροιμία. καὶ τὸ μηδενὶ χαίρειν σεμνῷ, μηδ᾽ ἐλευθέρῳ, τυραννικόν· αὐτὸν γὰρ εἶναι μόνον ἀξιοῖ τοιοῦτον ὁ τύραννος· ὁ δ᾽ ἀντισεμνυνόμενος καὶ ἐλευθεριάζων ἀφαιρεῖται τὴν ὑπεροχὴν, καὶ τὸ δεσποτικὸν τῆς τυραννίδος. μισοῦσιν οὖν ὥσπερ καταλύοντας τὴν ἀρχήν : *Tyrannis improborum amicitia jucunda eſt : gaudent enim aſſentatione tyranni. hoc autem nemo fecerit , qui ingenuos ſpiritus gerat. ſed qui ſunt viri boni , aut amant , aut non aſſentantur. Tum improbi ad res improbas ſunt utiles . Clavus enim clavo pellitur , ut in prov[illegible] eſt. Præterea nemine viro gravi & libero delectari , tyrannicum. Se enim ſolum talem eſſe poſtulat tyrannus. Qui autem gravitate & magnificentiâ cum tyranno certat , & liberè ſe gerit , adimit excellentiam & imperium illud herile , ac domini proprium , quod habet tyrannis. Taleis igitur homines oderunt , tanquam imperij ſui everſores.*

Vnde

Vnde in vita Agricolæ Tacitus: *Intravitq; animum militaris gloria cupido, ingrata temporibus quibus ſiniſtra erga eminentes interpretatio; nec minus periculum ex magna famâ quam ex malâ.* Rurſusque initio lib. I. Hiſtor: *Nobilitas, opes, omiſſi geſtique honores pro crimine; & ob virtutem certiſſimum exitium.* Nec aliud ſibi vult fragmentum, quod extat in Ἐπικαλῶν apud Suidam: Ἀνεῖλε δὲ τοὺς ἄνδρας ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐπικαλῶν, πλὴν ὅτι σοφώ τε καὶ ἀρίστω τὼ ἄνδρε γενέσθην: *Suſtulit homines, nihil cauſatus aliud, niſi vtrumque virum ſapientem atque optimum eſſe.* Vbi fallitur vir doctiſſimus qui appinxit margini, Εἰρωνικῶς *fortaſſe.* Imò ſine vlla prorſus figurâ; quippe à tam ſiniſtris Principibus nihil expectandum Probitati ac Sapientiæ, niſi mors aut exilium. Hinc legere eſt, de Acrotato Spartiata libro XIX. Diod. Siculi: Τέλος δὲ Σωσίστρατον ἐπιφανέστατον τῶν φυγάδων, πολλάκις δυνάμεων ἀφηγησάμενον, ἐπὶ τὸ δεῖπνον παραλαβὼν ἐδολοφόνησεν, ἐγκαλέσαι μὲν ἁπλῶς οὐδ᾽ ὁτιοῦν ἔχων, ἐκ ποδῶν δὲ ποιήσασθαι δραστικὸν ἄνδρα, καὶ δυνάμενον ἐφεδρεῦσαι τοῖς κακῶς προϊσταμένοις τῆς ἡγεμονίας: *Ad extremum Soſiſtratum exulum clariſſimum, qui ſæpe copiis præfuerat, ad cœnam vocatum dolo interfecit; habens alioquin nihil omnino quod eum accuſaret; ſed volebat è medio tollere virum ſtrenuum, & qui inſidiari iis poſſet qui imperium male adminiſtrarent.* Sed & obvium eſt de Tiberio lib. I. Annal. Taciti: *Tiberio nulla vetus in Arruntium ira; ſed divitem promptum artibus egregiis, & pari famâ publice, ſuſpectabat.* De Caio quoq;, apud Senecam quidem habemus lib. II. Benef. cap. XXI: *Si exemplo magni animi opus eſt; vtamur Gracini Iulij, quem C. Cæſar occidit ob hoc unum, quod melior vir erat, quàm eſſe quemquam tyranno expediret.* Apud Philonem opponentem artes Caij, artibus Apollinis legas: Ὁ δὲ ἔμπαλιν νόσους μὲν τοῖς ὑγιαίνουσι, πηρώσεις δὲ τοῖς ὁλοκλήροις, καὶ συνόλως θανάτους τοῖς ζῶσι χειροποιήτους πρὸ τῆς μοιριδίου χαλεποὺς ἐπέφερε, πάντα τὰ φθοροποιὰ χορηγίαις ἀφθόνοις παρεσκευασμένος, οἷς εἰ μὴ ἔφθασε προαναιρεθεὶς ὑπὸ τῆς δίκης χρήσασθαι, κἂν τὸ ἐν ἑκάστῃ πόλει δοκιμώτατον ἤδη διέφθαρτο. πρὸς τοὺς γὰρ ἐν τέλει καὶ πλουσίους εὐτρεπεῖς ἦσαν αἱ παρασκευαί: *Iſte contrà ſanis morbos inferebat, mutilationes integris, vivis mortem manu aſcitam ante fatalia tẽpora, conquiſitis diligenter veneficiis, quibus ni divina juſtitia præventus fuiſſet, perdidiſſet quicquid erat in ſingulis vrbibus præſtantium & probatorum hominũ. Adverſus honoratos enim & divites hunc apparatum fecerat.* At de Neronis imperio refert Caſſij abbreviator: Ὁ δὲ δὴ Θρασέας καὶ ὁ Σωρανὸς καὶ γένους καὶ πλούτου τῆς τε συμπάσης ἀρετῆς τὰ πρῶτα ἀνήκοντες, ἐπιβουλῆς μὲν αἰτίαν οὐκ ἔχον, ἀπέθανον δὲ καὶ αὐτοί ποτε, ὅτι τοιοῦτοι ἦσαν: *Thraſca quoq; & Soranus, qui nobilitate, opibus, ac omni genere virtutis primas partes tenebant, etſi culpam coniurationis non ſuſtinuerunt, tamen propterea quod tales erant, poſtea mor-*

tui ſunt. Iterumque poſt multa: Πᾶσί τε παρ' αὐτῷ δημόσιον ἔγκλημα ἦν ἀρετή τε καὶ πλοῦτος, καὶ γένος· καὶ πάντες ἢ ἑαυτοὺς ἀπεκτίννυσαν, ἢ ὑπ' ἄλλων ἐφονεύοντο: *Erat crimen publicum omnibus virtus, opes, nobilitas; atque ob eam cauſſam vel ſibi mortem inferebant, vel ab eo occidebantur.* Deque eodem homine Tacitus libro XVI. Annal: *At Baream Soranum iam ſibi Oſtorius Sabinus eques Romanus popoſcerat reum ex proconſulatu Africæ; in quâ offenſiones Principis auxit, juſtitia atque induſtria.* Herodianus etiam memorat de Commodo Imp: Μηδένα τινα προσιέμενος τῶν λόγου ἀξίων· ἀλλὰ τὸ μὲν περὶ τὰ καλὰ σπουδῆς ἀπῆγεν ἑαυτόν, ἐδεδούλωντο δὲ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ἐπάλληλοι καὶ ἀκόλαστοι σώματος ἡδοναί. καὶ σώφρων μὲν πᾶς καὶ παιδείας κἂν μετρίως μεμνημένος, τῆς αὐλῆς ὡς ἐπίβουλος ἐδιώκετο: *Ad hæc neminem cui virtus ulla eſſet, amicum ſibi adiungebat; ſed à cunctis æquè rectis ſtudiis animũ avocaverat: (quippe quem die noctéq; alia ex aliis effrenæ corporis voluptates graviſsimo ſervitio premebant) neminemq; nõ ab limine velut inſidiatorem ſubmovebat, quemcumq; aut probitas aut diſciplina ulla etiam mediocris illuſtraret.* Mamertinus quoque ubi Iulianum alloquitur, ita invehitur in Conſtantinum: *Si etiam nunc hominum cætus Divus Auguſtus frequentaret, nunquam profectò liberi civis, & boni Senatoris officio defuiſſem, quò minus redarguerem & convincerem eas illi in te odij fuiſſe cauſſas, quæ amoris inflammatrices & fidei obſides eſſe debuerunt.* Teſtatur denique Nicephorus Calliſtus de Phocâ, Eccleſ. Hiſtor. libro XVIII. capite LV: *Mirum verò, quanto etiam in illum odio multitudo flagrarit: adeò ebrietati & ſævitiæ deditum, ut effuſo hominum ſanguine continuo gauderet, & tollere è medio omnes in animo haberet, in quibus nobilitatis, aut gloriæ, aut prudentiæ indicium aliquod ineſſet.* Hucq; attendit item Lucianus in Καταπλ: Οὗτοι πάντες, ὦ Ῥαδάμανθυ, πρὸς τοῦ ἀλιτηρίου τεθνᾶσιν, οἱ μὲν γυναικῶν ἕνεκα εὐμόρφων ἐπιβουλευθέντες, οἱ δὲ υἱέων πρὸς ὕβριν ἀπαγομένων ἀγανακτήσαντες, οἱ δὲ ὅτι ἐπλούτουν, οἱ δὲ ὅτι ἦσαν δεξιοὶ καὶ σώφρονες, καὶ οὐδαμοῦ ἠρέσκοντο τοῖς δρωμένοις: *Hi omnes, ô Rhadamante, huius crudelitate vitam amiſerunt: quorum alij formoſarum uxorum gratiâ inſidiis ſunt circumventi; alij quod liberorum ſuorum, quos ad iniuriam violenter abducebant, nomine ſtomacharentur, ſunt trucidati: alij quod opibus illorum inſidiaretur: porrò alij, quod boni eſſent, & prudentes, quibus haudquaquam cum illius factis convenire poterat.* Quin imò, non erat ſatis iſtis tollere virtutes in oculos incurrentes; etiam indagarunt latentes; uſque adeo quidem, ut ne geneſi quidem abſtinerent hominum illuſtris familiæ. Sanè de Tiberio proditum Dioni Caſſio lib. LVIII: Πολλοὺς δέ, καὶ τὴν ἡμέραν καὶ ὥραν ἐν ᾗ ἐγεγέννηντο ἐξετάζων, καὶ ἐκεῖθεν καὶ τὸν τρόπον καὶ τὴν τύχην αὐτῶν διασκοπῶν, ἀπεκτίννυεν. εἰ γὰρ τῳ ὑπέρογκόν τι καὶ βέλτιον πρὸς δυναστείαν

Digitized by Google

μαντείαν ἐπεῖδε, πάντως ἀπώλλυεν: *Multos etiam indagato eorum natiuitatis die ac hora, indeque mores & fortunam eorum ſcrutatus, ſi quid adeſſet excellens, aut quod imperiū ſperare iuberet, deprehenderetur, protinus interficiebat.* Sed & de Titi ſucceſſore Xiphilinus: Πάντως καὶ ὁ Δομιτιανὸς τῶν πρώτων τάς τε ἡμέρας καὶ τὰς ὥρας ἐν αἷς ἐγεγένηντο διασκοπῶν, οὐκ ὀλίγους οὐδὲ ἐκ τούτων ἐλπιζόντων ἐν δυνάμει τινὶ ἔσεσθαι προανήλισκε, &c: *Domitianus indagatis diebus horisque in quibus principes viri nati eſſent, pleroſque etiam ex iis qui potentiam nunquam ſperauerant, ſuſtulerat, &c.* Eâque de cauſsâ habemus quoque in Suetonio, Domitiani capite x: *Interemit Metium Pompoſianum, quod habere imperatoriam geneſim vulgò ferebatur, &c.* Vnicum igitur remedium nobilibus talibus, diſſimulare ſua bona, eaque abſtrudere. Notatum id verbulo lib. III. Annalium Taciti: *Dites olim familiæ nobilium, aut claritudine inſignes, ſtudio magnificentiæ prolabebantur. nam etiam tum plebem, ſocios, regna colere & coli licitum. vt quiſque opibus, domo, paratu, ſpecioſus, per nomen & clientelas illuſtrior habebatur. poſtquam cædibus ſævitum, & magnitudo famæ exitio erat; ceteri ad ſapientiora conuertêre, &c.* Deque eodem Plinius, vbi de avunculo loquitur lib. III. Epiſt. v: *Dubij ſermonis octo ſcripſit, ſub Nerone noviſſimis annis, cùm omne ſtudiorum genus paulo liberius & erectius, periculoſum ſervitus feciſſet.* Iterumque lib. VIII. Epiſt. XIIII: *Dices, cur quæris quod noſſe debeas? Priorum temporum ſeruitus, vt aliarum optimarum artium, ſic etiam iuris Senatorii oblivionem quandam & ignorantiam induxit, &c.* Hinc legimus de Galbâ, Tranquilli capite IX: *Paulatim in deſidiam ſegnitiemque conuerſus eſt, ne quid materiæ præberet Neroni; & vt dicere ſolebat, quod nemo rationem otii ſui reddere cogeretur.* Inde quoque verba Plinij ad Trajanum: *Iubes eſſe liberos? Erimus. Iubes quæ ſentimus promere in medium? Proferemus. neque enim adhuc ignaviâ quadam & inſito torpore ceſſauimus. terror & metus, & miſera illa ex periculis facta prudentia monebat, vt à Republ. oculos, aures, animos averteremus, &c.* Ex quibus patet breue illud Taciti dictum in vitâ Agricolæ: *Et cùm Cerialis quidem alterius ſucceſſoris curam famamque obruiſſet, ſuſtinuit quoque molem Iulius Frontinus, vir magnus quantum licebat, validamque, &c.* Quin imò quò magis fallerent, fuere qui adſumerent perſonam ſe ſuiſque indignam; ſtulti ſcilicet. Priſco certè æuo inuentus talis Iunius Brutus, de quo ſic Livius lib. I: *Is cùm primores ciuitatis, in quibus fratrem ſuum ab avunculo interfectum audiſſet, neque in animo ſuo quicquā regi timendum, neque in fortuna concupiſcendum relinquere ſtatuit; contemptu tutus eſſe, vbi in iure parum præſidii eſſet. ergo ex induſtriâ factus ad imitationem ſtultitiæ, cùm ſe ſuaque prædæ eſſe regi ſineret; Bruti quoque haud abnuit cognomen &c.* Horum in numero referri quoq; voluit Claudius

Digitized by Google

Imp. teſte Suetonio cap. XXXVIII: *Ac ne ſtultitiam quidem ſuam reticuit, ſimulâtamque à ſe ex induſtria ſub Caio, quod aliter evaſurus, perventuruſque ad ſuſceptam ſtationem non fuerit, quibuſdam orationibus teſtatus eſt.* Sanè refert de Archelao ſub Tiberio, Caſſius lib. LVII: μετεπέμψατο, ὡς καὶ νεωτερίζοντά τι, καὶ τῇ τῆς γερουσίας ψήφῳ παρέδωκεν, οὐ μόνον ὑπεργήρων ὄντα, ἀλλὰ καὶ δεινῶς ποδαγρῶντα, καὶ προσέτι καὶ παραφρονεῖν δοκοῦντα. ἔπαθε μὲν γὰρ ποτὲ τοῦ νοῦ ὄντως, ὥστε καὶ ἐπίτροπον παρὰ τοῦ Αὐγούστου τῆς ἀρχῆς λαβεῖν. οὐ μέντοι καὶ τότε ἔτι παρελήρει, ἀλλ' ἐπλάσσετο, εἴ πως ἐκ γε τούτου σωθείη: *Inſimulatum quaſi novis rebus ſtuderet, evocauit Romam, ac Senatus iudicio tradidit; hominem non ſenectute modò extrema, ſed podagra etiam confectum vehementi, ac delirare creditum. & quidem aliquando verè mente alienatus fuerat; ita vt tutor regno eius ab Auguſto tum datus fuerit. tunc verò ſatis ſanus, impotem ſe animi ſimulabat, ſaltem in hoc ſalutis præſidium quærens.* Sed & tam frequenter operam dediſſe arenæ nobiles iſtos, vt abiret in *artem*, & quidem *patriciam*; credere cogimur Iuvenalis Satyræ IV:

Profuit ergo nihil miſero, quod cominus urſos
Figebat Numidas, Albanâ nudus arenâ
Venator: quis enim iam non intelligat artes
Patritias? quis priſcum illud miretur acumen
Brute tuum? facile eſt barbato imponere regi.

Ita enim capio illa verba, ut ſe ideo arenæ commiſerit, ne quid egregium de eo ſuſpectaret Domitianus. Aliter quidem uir magnus in Semeſtribus: ſed cur eius ſententiæ accedam, nihil ſuadet; imò omnia diſſuadent. Suſpectos quippe ignauis principibus iſtos, vt ita dicam honorifugas, proditũ Taciti libro XIV. Annalium; vbi ſic eſt de Rubellio Plauto: *Ipſe placita majorum colebat habitu ſevero, caſta & ſecreta domo; quantoque metu occultior, tantò plus famæ adeptus.* Teſtaturq; Xiphilinus à Domitiano occiſum Ἑρέννιον Σενεκίωνα, ὅτι τε οὐδεμίαν ἀρχὴν ἐν πολλῷ βίῳ μετὰ τὴν ταμιείαν ᾐτήκει: *Herennium Senecionem; quod cùm vixiſſet diutiſſimè poſt quæſturam, nullum magiſtratum petiviſſet.* Planè huic rei ita attendére, vt etiam in crimen raperent meras ouiculas, hoc eſt, nulli adfines ſimulationi, vt pluribus locis nullo velamento meminit Tacitus. Et quidem lib. XIII. Annal. habemus: *Suſpectabat Nero maximè Cornelium Syllam, ſecors ingenium eius in contrarium trahens, callidumq; & ſimulatorem interpretando.* Etiam idem de Galbâ lib. I. Hiſtor: *Amicorum libertorumque, ubi in bonos incidiſſet ſine reprehenſione patiens: ſi mali forent, uſque ad culpam ignarus. Sed claritas natalium, & metus temporum obtentui; ut quod ſegnitas erat, ſapientia vocaretur.* Atque ex his planioris fiunt intellectus eiuſdem Cornelij verba lib. XII. Annal. de Britannico: *Intelligens falſi.*

Neq;

Neq́ enim ſegnem ei fuiſſe indolem ferunt : ſiue verum ; ſeu periculis commendatus, retinuit famam ſine experimento. Item libri XIV. Annal: *Syllam inopem, vnde præcipuam audaciam; & ſimulatorem ſegnitiæ dum temeritati locum reperiret. Plautum magnus opibus, ne fingere quidem cupidinem otij*, &c. Certè apertè habemus in eiuſdem Agricolâ: *Mox inter quæſturam ac tribunatum plebis atque etiam ipſum tribunatus annum, quiete & otio tranſiit; gnarus ſub Nerone temporum, quibus inertia pro ſapientia fuit.* Item lib. Annal. VI: *Haterius inviſior fuit, quia ſomno aut libidinoſis vigiliis marcidus, & ob ſegnitiem, quamvis crudelem principem non metuens, illuſtribus viris perniciem inter ganeum ac ſtupra meditabatur.* Eiuſdem catenæ Suetoniana, fine capitis x. in vita Domitiani: *Satis conſtat duos ſolos è notioribus veniâ dignatos, Tribunum laticlavium, & Centurionem; qui ſe, quò faciliùs expertes culpæ oſtenderent, impudicos probaverant: & ob id neque apud ducem, neque apud milites ullius momenti eſſe potuiſſe.* Nimirum, vt utar verbis Taciti lib. XI. Annal: *Animo per libidines corrupto, nihil honeſti inerat.* Vnde argumentum Quintiliani Declamat. CCCX: *Damnatus eſt adulterij: ſed poſtea fortiter pugnando, oſtenderat non eos eſſe mores ſuos, non ſuam vitam; ut in illo credibilia hæc crimina forent. &c.* Ergo, ut redeam unde initio digreſſus ſum, ſub Principibus illis ignavis uſurpabatur ore illud Iuvenalis Sat. I V:

Prodigio par eſt in nobilitate ſenectus.

Rariſſimũq́; erat deſcendere *ad generum Cereris ſine cæde ac ſanguine.* Vnde Plinius de Verginio lib. II. Epiſt. I: *Cæſares, quibus ſuſpectus, atque etiam inviſus virtutibus fuerat, evaſit.* Nec aliud ſentit Tacitus lib. II. Annal: *Atque hic Camillus bellorum expers habebatur. eo pronior Tiberius res geſtas apud Senatum celebravit; & decrevere patres triumphalia inſignia; quod Camillo ob modeſtiam vitæ impunè fuit.* Reſpexitque eo iterum & lib. VI: *Per idem tempus L. Piſo Pontifex, rarum in tanta claritudine, fato obiit.* Et lib. XIII: *At L. Voluſius egregiâ famâ conceſſit, cui tres & nonaginta anni ſpatium vivendi, præcipuaq́ opes bonis artibus, inoffenſa tot Imperatorum malitia fuit.* Et lib. XIV: *Vixit tamen poſt hæc Regulus quiete defenſus, & quia novâ generis claritudine, neque invidioſis opibus erat.* Eodem adhuc tendunt, ſed via adversâ, Taciti illa de Graccho lib. IV. Annal: *Mox per Africam & Siciliam mutando ſordidas merces ſuſtentabatur. nec tamen effugit magnæ fortunæ pericula.* Nimirum iuxta Martialem meum:

In tauros Libyci fremunt leones;
Non ſunt papilionibus moleſti.

Hinc iterum ille toties laudatus Tacitus lib. XIV. Annal: *Inde crebri queſtus, nec occulti per vulgum; cui minor ſapientia, & ex mediocritate for-*

Q 2

Digitized by Google

tuna pauciora pericula Videlicet eum tutatur ipſe contemptus; quia etſi nocere velint, non etiam poſſint; ut alibi pluribus oſtendere memini. Interim an benè ſibi conſulant hæ Poteſtates, quibus in honore homines ingenij deterioris, ipſæ viderint. Mihi enim folium Sibyllæ minus verum eſt, quàm illud Salluſtij Orat. II. ad Iul. Cæſarem: *Plerięq; rerum potentes, perversè conſulunt; & eò ſe munitiores putant quò illi quibus imperitant, nequiores fuêre. at contra id eniti decet: cùm ipſe bonus atque ſtrenuus ſis, uti quàm optimis imperites. nam peſſimus quiſq; aſperrimè rectorem patitur.* Cuius ſententiæ rationem reddit Dio Caſſius ſub perſonâ Mecænatis lib. LII: Μήτ' αὖ δείσῃς ὅτι καλῶς τραφείς τέ τις καὶ παιδευθεὶς, νεώτερόν τι τολμήσει· πᾶν γὰρ τοὐναντίον, τούς τε ἀμαθεῖς καὶ τοὺς ἀσελγεῖς ὑποπτεύειν δεῖ. οἱ μὲν γὰρ τοιοῦτοι πάντα ἁπλῶς καὶ τὰ αἴσχιστα καὶ τὰ δεινότατα πρῶτον μὲν ἐς σφᾶς αὐτοὺς, ἔπειτα δὲ καὶ ἐς τοὺς ἄλλους ῥᾳδίως ποιεῖν προάγονται: *Neque metuendum ne quis probè educatus inſtitutusque conſilium convellendi ſtatus publici ſit initurus. quin imò id à diſciplinâ nullâ formatus, à flagitioſis timendum eſt. hi enim facillimè eo adducuntur, ut turpiſſima ac peſſima quaque in ſe & alios ſtatuant.* Idem etiam firmat Egeſippus Excid. Hieroſ. libro II. cap. XIII: *In huiusmodi ordinationibus Archelaus ſecutus paterna ſpeciem conſuetudinis, anguſtioris animi tenuit ſententiam: more quodam inſito mortalibus, ut apud eos minus ſuſpecta ſit ignavia hebetiorum, quàm gratia bonorum; cùm infirmus animus inſolentior ſit in rebus ſecundis: prudentior autem noverit vicem referre.* Atque illud eſt, quod concinnè enuntiat in Milite Plautus:

——*facile eſt imperium in bonos.*

Amoliri juvenem ſpecie honoris ſtatuit.
Lib. II. Annal.

VSITATVM priſcis, ſpecie legationis alteriuſve honoris, amovere æmulos invidięque obnoxios. quod ipſum tam crebrò occurrit in monumentis auctorum claſſicorum, ut nihil ſupra. Hinc obvia paſſim: *Naſica ut invidia ſubtraheretur, per ſpeciem legationis in Aſiam ablegatus eſt*, apud Æm. Probum in vitâ Gracchi. Ὁ μὲν Καῖσαρ ὑπείχεν αὐτῷ συνεβούλευε, μὴ καὶ κατὰ χώραν μείνας ἀπόληται. ἵνα γε μᾶλλον ὑπ' εὐνοίας αὐτὸ ποιεῖν πιστευθῇ, ὑποστρατήγῳ οἱ χρήσασθαι ὑπισχνεῖτο, ὅπως μὴ μετ' ὀνείδους, ὡς καὶ ὑπεύθυνος ὤν, ἀλλ' ἐπί τε ἀρχῆς καὶ μετὰ τιμῆς ἐκποδὼν δὴ τῷ Κλωδίῳ γένηται): *Cæſar Ciceroni conſilium dedit, ut ſe ſubduceret, ne adurbem manendo, in perniciem deveniret. id quo magis ex benevolentia conſulere*

lere videretur, legato ſe eo uſurũ dixit; ut iam non tanquam reus cum ignominiâ, ſed honeſte & cum imperio Clodium ſubterfugeret, refert Caſſius lib. XXXVIII. Hiſt. Rom. *Agrippa ſub ſpecie miniſteriorum Principalium profectus in Aſiam; ut fama loquitur, ob tacitas cum Marcello offenſiones, præſenti ſe ſubduxerat tempori*, ſcribit Velleius lib. II. Quæ ipſa interpretationis vicem præſtant verbis D. Bruti apud Ciceronem lib. XI. Epiſt. Fam. I: *Cùm in his anguſtiis verſarer, placitum eſt mihi, ut poſtularem legationem liberam mihi reliquiſq; noſtris; ut aliqua cauſſa proficiſcendi honeſta quæreretur &c.* Aperiuntque iſta Suetonij cap. XII. Tiberii: *Remanſit ergo Rhodi contra voluntatem; vix per matrem conſecutus, ut ad velandam ignominiam, quaſi Legatus Auguſti abeſſet.* Ars non omninò improbanda: certè multis modis innocentior illâ, cuius regnum viget in Aulis; ac ſimili ſub ſpecie quidlibet peragit: & iam quidem ab omni ævo. De Davide evolutè ſatis è ſacris literis Ioſephus lib. VI. Antiq. cap. XI: Τούτων δὲ ἀκούων ὁ βασιλεὺς, ὡς τὸ μὲν ἔλαττον τῆς μαρτυρίας αὐτὸς λάβοι, τὸ δὲ τῶν μυριάδων πλῆθος ἀνατιθείη τῷ νεανίσκῳ, καὶ λογισάμενος μηδὲν οὕτως μετὰ λαμπρὰν εὐφημίαν ἢ τὴν βασιλείαν ὑστερεῖν αὐτῷ, φοβεῖσθαι καὶ ὑποπτεύειν ἤρξατο τὸν Δαβίδην. καὶ τῆς μὲν πρώτης τάξεως, ἐπεὶ τῷ δέει πλησίον αὐτοῦ καὶ λίαν ἐγγὺς ἐδόκει, ἐποίησε γὰρ αὐτὸν ὁπλοφόρον, μεταστήσας, ἀποδείκνυσι χιλίαρχον, δοὺς αὐτῷ χώραν ἀμείνονα μὲν, ἀσφαλεστέραν δὲ ὡς ἐνόμιζεν αὐτῷ. ἐβούλετο γὰρ εἰς τοὺς πολεμίους αὐτὸν ἐκπέμπειν καὶ τὰς μάχας, ὡς ἐν τοῖς κινδύνοις τεθνηξόμενον: *Saul audiens decuplo potiores victoriæ partes adoleſcenti tribui; & ratus poſt tam glorioſum teſtimonium, nihil ei supereſſe ſperandum niſi regnum, ſuſpectum eum habere cœpit: & parum tutum ratus armatũ circa ſe verſari, ex ſatellite Tribunum fecit; non tam illius honori quàm ſuæ ſecuritati conſultum volens, ut ſæpe hoſtibus obiectum, aliquis caſus è medio tolleret.* Eodem quoque dolo exercitum fuiſſe Iaſonem, notum vel ex Val. Flacco lib. I. Argon:

——ſuper ipſius ingens
Inſtat fama viri, virtuſque haud læta tyranno.
Ergo anteire metus, iuvenemque extinguere pergit
Aeſonium: letique vias, ac tempora verſat.
Sed neque bella videt, Graias neque monſtra per urbes
Vlla: Cleonæo iam tempora clauſus hiatu
Alcides: olim Lerne defenſus ab angue
Arcas: & ambobus iam cornua fracta iuvencis.
Ira maris, vaſtique placent diſcrimina ponti:
Cum iuvenem tranquilla tuens, nec fronte timendus
Occupat: & fictis dat vultum & pondera dictis:

Quibus verſibus radios aliquot lucis immittas ex Iuſtini libro XLII:

Digitized by Google

τὰ πράγματα ἀεὶ ποτὲ αὐτῷ τὸ καὶ πλεῖσαί τι, παρέχουσιν, ἐπεκάλει: *Pompeius ubi quæ illic acta eſſent, accepit, ægrè ſe eam rem ferre ſimulavit; quemadmodum & ante fecerat, & de adverſariis queſtus eſt, qui eum ſubinde negotiis obtruderent, ſperantes fore, ut aliquando iis ſuccumberet &c.* Gnarum & iſtud Perdiccæ; de quo Trogi decurtator lib. XIII: *Reverſus inde, inter principes provincias diuidit: ſimul ut & removeret æmulos, & munus imperii beneficii ſui faceret.* Quibus proximè adſident Liviana lib. XXXV. agentia de regis Antiochi filii morte: *Eam quoque cauſſam clandeſtino facinori adiiciebant; quod cùm Seleuco filio Lyſimachiam dediſſet; Antiocho quam ſimilem daret ſedem, ut procul ab ſe per honorem eum quoque ablegaret, non habuiſſet.* Nec abeunt eiuſdem Livii, ubi Philippus filium removet ab aſcenſu montis Hæmi, lib. XL: *Et quoniam maiorem filium ſecum duceret, minorem ad ſubſidia ſpei & cuſtodiam regni remiſſurum in Macedoniam eſſe. Non fallebat Demetrium, ablegari ſe, ne adeſſet conſilio: cùm in conſpectu locorum conſultaret, quà proximè itinera ad mare Adriaticum atque Italiam ducerent, quæque belli ratio eſſet futura. ſed non ſolum parendum patri tum, ſed etiam aſſentiendum erat, ne invitum parêre ſuſpicionem faceret.* Huic item, ſeu potius maiori calliditati, attendit Cerſobleptes Polyæni libro VII. Stratagem: Κερσοβλέπτης ἀποστάντων αὐτοῦ συγγενῶν πολλὰ χρήματα ὑπεκτιθεμένων, διαλυσάμενος πρὸς αὐτοὺς κατέστησε πόλεων ἄρχοντας διαστήσας ἀπ' ἀλλήλων. ἐπεὶ δὲ χρόνου διαγενομένου τὰ ὑποκείμενα χρήματα μετεπέμψατο, συλλαβὼν αὐτοὺς τῶν πόλεων ἐξήλασε, καὶ τῶν χρημάτων αὐτὸς ἐκράτησεν: *Cerſobleptes cùm eius cognati deſciſcentes magnam pecuniarum vim clàm extuliſſent, facta pace, civitatum eis præfecturas attribuit, eoſque ab ſe inuicem diuiunxit. Cùm aliquantum temporis interceſſiſſet, pecuniaſque exigeret, comprehenſos eos ex urbibus eiecit, & pecunias ipſe poſſedit.* Par iſti fallacia Amalaſſunthæ, cuius mentio Procopii libro belli Gothici: *Neque Gothorum inſidias horruit, nec more femineo deterrita barbaris ceſſit. quin potius dignitatem præ ſe regiam ferens, tres quidem ut facundiſſimos, ita & ſeditioſiſſimos viros, in ultimos quoſdam Italiæ fines, per cauſſam eius regionis tuendæ, protinus relegavit; abireq; in eas partes mox iuſſit, non uno eodemq; loco, ſed longiſſimo ab invicem interuallo manſuros.* Vafrũ quoq; cõmentum tyranni illius; de quo ſic lib. v. dictus Polyænus: Κύψελος τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν Βακχιαδῶν θεωροὺς πέμψας εἰς Δελφοὺς, ὡς περὶ τῆς κοινῆς Κορινθίων σωτηρίας χρησόμενος, ἀπεῖπεν αὐτοῖς τῆς Κορινθίας μὴ ἐπιβαίνειν. καὶ τοῦ λοιποῦ τὴν τυραννίδα κατέσχεν ἀσφαλῶς. τοὺς δυνατωτάτους ἐκβαλών: *Cypſelus cum clariſſimos ex Bacchiadum familia Delphos miſiſſet, qui de communi ſalute Corinthiorum oraculum conſulerent, interdixit eis, ne Corinthum ingrederentur: atque in poſtremum nobiliſſimis eiectis, ſecurè tyrannidem obtinuit.* Iam manum habeo laſſam ſcribendo: inſtat tamen adhuc Salluſtius,

indignatus

Google

indignatus ſic ſileri Iugurtham, de quo ita ipſe ſcripſerit piperatâ facundiâ: *Micipſa, tametſi initio latus fuerat, exiſtimans Iugurthæ virtutem regno ſuo gloriæ fore; tamen poſtquam hominem adoleſcentem exactâ ſuâ ætate & parvis liberis, magis magisq. creſcere intelligit, vehementer eo negotio permotus, multa animo ſuo volvebat. Terrebat eum natura mortalium avida imperii & præceps ad explendam animi cupidinem: præterea opportunitas ſuæ liberorumque ætatis; quæ etiam mediocres viros ſpe prædæ tranverſos agit: ad hoc ſtudia Numidarum in Iugurtham accenſa, ex quibus ſi talem virum interfeciſſet, ne qua ſeditio aut bellum oriretur, anxius erat. His difficultatibus circumventus, ubi videt, neque per vim neque inſidiis opprimi poſſe hominem tam acceptum popularibus, quod erat Iugurtha manu promptus & appetens gloriæ militaris, ſtatuit eum obiectare periculis, & eo modo fortunam tentare. Igitur bello Numantino Micipſa cùm populo Rom. equitum atque peditum auxilia mitteret; ſperans vel oſtentando virtutem, vel hoſtium ſævitiâ facilè eum occaſurum, præfecit Numidis quos in Hiſpaniam mittebat.* Sed & volentiam meam ſibi poſcit Paterculus, oggeritque iſthæc è lib. Hiſtoriarum poſteriore: *P. Clodius in Senatu ſub honorificentiſſimo miniſterii titulo M. Catonem à Rep. relegavit. quippe legem tulit, ut is Quæſtor cum iure Prætorio, adiecto etiam quæſtore, mitteretur in inſulam Cyprum ad ſpoliandum regno Ptolomæum.* Quæ ceu iuſto breviora ſic à ſe illuſtrari iubet è Catone minore Plutarchus: Ὁ δὲ Κλώδιος οὐδὲ Κικέρωνα καταλύσειν ἤλπιζεν, Κάτωνος παρόντος, ἀλλὰ τοῦτο διαμηχανώμενος πρῶτον ὡς εἰς ἀρχὴν κατέστη, μετεπέμψατο Κάτωνα, καὶ λόγους αὐτῷ προσήνεγκεν, ὡς πάντων ἐκεῖνον ἡγούμενος ἄνδρα Ῥωμαίων καθαρώτατον, ἔργῳ διδόναι πίστιν ἕτοιμός ἐστι. πολλῶν γὰρ αἰτουμένων τὴν ἐπὶ Κύπρον ἀρχὴν, καὶ δεομένων ἀποσταλῆναι, μόνον ἄξιον ἐκεῖνον ἡγεῖσθαι καὶ διδόναι τὴν χάριν ἡδέως. ἀνακραγόντος δὲ τοῦ Κάτωνος, ὡς ἐνέδρα τὸ πρᾶγμα καὶ προπηλακισμὸς, οὐ χάρις ἐστὶν, ὑπερηφάνως ὁ Κλώδιος καὶ ὀλιγώρως, Οὐκοῦν (εἶπεν) εἰ μὴ χάριν ἔχεις ἀνιώμενος πλεύσῃ. καὶ προσελθὼν εὐθὺς εἰς τὸν δῆμον, ἐκύρωσεν νόμῳ τὴν ἔκπεμψιν τοῦ Κάτωνος. ἐξιόντι δὲ οὐ ναῦν, οὐ στρατιώτην, οὐχ ὑπηρέτην ἔδωκεν, πλὴν ἢ δύο γραμματεῖς μόνον, ὧν ὁ μὲν, κλέπτης καὶ παμπόνηρος, ἅτερος δὲ Κλωδίου πελάτης. ὡς δὲ μικρὸν ἔργον αὐτῷ Κύπρον καὶ Πτολεμαῖον ἀναθεὶς, ἔτι καὶ Βυζαντίων φυγάδας κατάγειν προσέταξεν, βουλόμενος ὅτι πλεῖστον χρόνον ἐκποδὼν ἄρχοντος αὐτοῦ γενέσθαι τὸν Κάτωνα: *Clodius verò nec Ciceronem affligere ſperabat ſe præſente Catone poſſe. verùm id machinans, ut primum iniit magiſtratum, accerſivit Catonem, ac cum eo ſermocinatus eſt, Romanorum omnium putare ſe illum innocentiſſimum: id paratum eſſe facto probare. Quum enim multi ſint qui provinciam Cyprum ambiant, eoque petant mitti, ſolum ipſum exiſtimare ſe dignum, atque hoc beneficium ei libenter dare. Vociferante Catone inſidias illas & ſugillationem, non beneficium eſſe, arroganter Clodius & ferociter, Igitur ſi gratum non eſt, inquit,*

quit, ingratis ibis. Ac profectus extemplo in concionem, legem pertulit de Catonis legatione. Proficiſcenti non navem, non militem, non miniſtrum attribuit, extra quàm duos dumtaxat ſcribas, quorum fur & improbiſſimus alter, alter cliens erat Clodii. Quaſi autem leve munus ei Cyprum & Ptolemæum impoſuiſſet, inſuper Byzantinorum exules imperavit ei reducere, moliens ut in tribunatu ſuo abeſſet Cato quam diutiſſimè. Verùm quid? portum me occupare putabam, & ecce auferor in altum à cohorte Imperatorum. Tacitus certè, producto Tiberio ac Germanico, digitum intendit ad ſua, libri II. Annal: *Cæterum Tiberius nomine Germanici trecenos plebi ſeſtertios viritim dedit, ſeque collegam conſulatui eius deſtinavit. nec ideo ſinceræ caritatis fidem adſecutus, amoliri iuvenem ſpecie honoris ſtatuit; ſtruxitque cauſſas, aut forte oblatas arripuit.* Deque eodem Imp. ſic quoque ſatis apertâ vocalitate Suetonius Tib. cap. LXV: *Seianum, ut à ſe per ſpeciem honoris dimitteret, collegam ſibi aſſumpſit in quinto Conſulatu, quem longo interuallo abſens ob id ipſum ſuſceperat, &c.* Quibus reſpondet alterũ iſtud Taciti lib. XII. Annal: *Simulque qui Centurionum Tribunorumq́ ſortem Britannici miſerabantur, remoti fictis cauſſis, & alÿ per ſpeciem honoris.* Sed & Caracallam oggerit vnà cum Macrino Xiphilinus: Μακρῖνος φοβηθεὶς, καὶ ὑποπτεύσας ἀπολεῖσθαι, οὐκ ἀνεβάλετο, ἄλλως τε ὅτι καὶ τοὺς ἑταίρους αὐτοῦ, ἄλλον κατ' ἄλλην πρόφασιν ὁ Ἀντωνῖνος, ὡς καὶ τιμῶν ἀπεώσατο: *His de cauſſis perterritus Macrinus, ratusq́ de ſe actum eſſe, non cunctatur amplius; præſertim quod Antoninus pleroſque amicos & familiares eius variis de cauſſis, tanquam eos hoc ipſo honorans, removerat.* Recta etiam tubâ perſonat Ammianus lib. XVI: *Cùm diuturna incuriâ Galliæ cædes acerbas rapinasque & incendia, barbaris licenter graſſantibus, nullo iuvante perferrent; Siluanus pedeſtris militiæ rector iratus & efficax ad hæc corrigenda, primùm ipſis ſupervenit; Arbetione id maturare modis omnibus quibus poterat adigente; vt abſenti æmulo, quem quietum ſupereſſe adhuc grauabatur, periculoſa molis onus impingeret.* Sed & claſſico ſimile eſt eiuſdem iſtud, libro eodem: *Illud tamen rumore tenus vbique iactabatur, quod Iulianus non leuaturus incommoda Galliarum electus eſt, ſed vt poſſit per bella deleri ſæviſſima; rudis etiam tum ut æſtimabatur, ac ne ad ſonitum quidem duraturus armorum.* Cujus clangorem firmat nihilo minore verborum impetu Eunapius in vita Maximi: Ὁ μὲν Ἰουλιανὸς ἔτυχεν ὧν οὐκ ἐβούλετο μὲν, ἀλλ' ἠναγκάζετο. πεμφθεὶς δὲ Καῖσαρ ἐπὶ Γαλατίας, οὐχ ἵνα βασιλεύῃ τῶν ἐκείνῃ μόνον, ἀλλ' ἵνα ἐν τῇ βασιλείᾳ διαφθαρῇ, παρὰ δόξαν ἅπασαν ἐκ τῆς τῶν θεῶν προνοίας ἀνήνεγκεν, πάντας μὲν λανθάνων ὅτι θεραπεύει θεούς: *Iulianus non quod voluit, ſed quo neceſſitate fuit adactus, id obtinuit, nam in Galliam ablegatus, non tam vt imperium illuc agitaret, quam vt in imperio caderet morte abſumptus, præter om-*

R

nem expectationem, Deorum beneficio ac voluntate, vniuerſâ Galliâ potitus eſt, ab omnibus ignoratus, quod deorum cultui addictus eſſet. Intonat & lituum Zonaras ipſo tomi II. fine: Τοῦτον δὴ τὸν Κωνσταντῖνον ὁ πατὴρ μειράκιον ὄντα, τῷ Γαλλερίῳ εἰς ὁμηρείαν παρέσχετο, ἵν᾽ ὁμηρεύων ἅμα καὶ πρὸς ἄσκησιν γυμνάζηται τῆς τέχνης τῆς στρατιωτικῆς. ὁ δὲ περιδέξιον τοῦτον ὁρῶν καὶ φθονῶν, αὐτῷ ἐπεβούλευε. καὶ πρῶτον μὲν τοῖς Σαρμάταις μαχόμενος, τῷ ἐκείνων ἀρχηγῷ ἐκ τῆς πανοπλίας ἐπισήμῳ τυγχάνοντι προσέταξεν ἐπελθεῖν. ὁ δὲ καὶ ἐπῆλθε, καὶ ἁρπάσας αὐτὸν ζῶντα, τῷ Γαλλερίῳ ἐκόμισεν. εἶτα λέοντα φρικτόν τινα θῆρα καὶ παλαμναῖον ἐκέλευσε δέξασθαι. ὁ δὲ καὶ τοῦτον τὸν ἆθλον ἤνυσεν, ἐπικινδύνως μὲν, τῆς θείας δὲ γε χάριτος σωτηρούσης αὐτόν. γνοὺς δ᾽ ἐντεῦθεν φθονούμενος παρὰ τοῦ Γαλλερίου, καὶ ἐπιβουλευόμενος, νυκτὸς μετά τινων οἷς ἐθάρρει ἀπέδρα, καὶ πρὸς τὸν πατέρα ἐπανελήλυθε. καὶ ὁ μὲν οὕτως τόν τε κίνδυνον διαπέφευγε, καὶ τῆς πατρῴας βασιλείας ἠξίωτο: *Hunc igitur Conſtantinum pater, adoleſcentem etiamnum, Gallerio dediſſe obſidem memoratur, vt interim etiam in re militari exerceretur. qui cum ei ob ingenij dexteritatem ex inuidia inſidias strueret, in pugna Sarmatica mandarit, vt barbarorum ducem armis inſignem aggrederetur. Conſtantinum verò paruiſſe, eumque correptum, viuentem ad Gallerium portaſſe. Deinde leonem immanem & cruentam belluam iuſſiſſe ſubſiſtere: illum verò id quoque certamen, quamvis non ſine periculo, diuinâ tamen gratiâ incolumem obiiſſe. Vnde cum Gallerium invidere ſibi atque inſidiari intellexiſſet, noctu cum iis quibus fidebat, fugâ elapſum ad patrem rediiſſe: eoque pacto & periculum evaſiſſe, & paterno imperio potitum eſſe.* Cui ſecundas facere videtur, ita probè implet aures, concha Nicetæ lib. I. Manuelis: vbi loquitur de Theodoro Styppiota: Καὶ δὴ καιροῦ λαβόμενος, καθ᾽ ὃν οὐκ ὀλίγα ξυνέπεσε τὰ διάφορα, μεταξὺ ἀνδρὸς εὐγενοῦς, τοῦ Παλαιολόγου φημὶ Μιχαὴλ, καὶ τοῦ Βαλσαμῶν Ἰωσὴφ, ὃς γαμβρὸς ἦν τοῦ Ἁγιοθεοδωρίτου ἐπ᾽ ἀδελφῇ, ἐπίθετο καρτερώτερον, καὶ συντείνας ἐξοστρακίζει τοῦτον τῶν ἀνακτόρων ὡς ἀπὸ σκοπιᾶς οὐρανοῦ, καὶ ὡς εἰς χῶρον ἐκσφενδονᾷ μυχαίτατον τὴν πραιτωρίαν ἀρχὴν τῆς Ἑλλάδος, καὶ τῆς Πέλοπος, εὖ τὰ ἐκεῖ διαθησόμενον, καὶ τὰς τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν διαλυσόμενον ἔριδας: *Oblatâ igitur opportunitate diſſidiorum inter virum nobilem, Michaële Palæologum, & Ioſephum Balſamenum, cui Hagiotheodorita ſoror nupta erat: conſilium ſuum urget, ac Hagiotheodoritam è regia tamquam è cæleſti ſpecula in extremum angulum prætura Græciæ & Peloponneſi exigit, ad prouincias eas ritè conſtituendas, eorumque virorum diſſidia dirimenda.* Sic Choniates: cuius vocem iam deſinentem excipit Zonaras, ſufficitque ex tomo tertio vitâque Conſtantini Monomachi: Ὁρῶν οὖν τὴν πρὸς τὸν Τορνίκιον τῆς ἀδελφῆς ὁ βασιλεὺς γνησιότητα, ὑπώπτευέ τι καὶ ἐμελέτα, καὶ ἵνα πόῤῥω ἀλλήλων θεῖτο αὐτοὺς, τῶν ἐν Ἴβηρσι τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ διαφερόντων αὐτῷ τὴν ἀρχὴν ἀνατίθησι, κατηχηκὼς πρότερον εὐπροσώπως ὑπερορίαν αὐτοῦ καταψηφισάμενος:

Imperator

Digitized by Google

Imperator verò ſyncerum illum ſororis erga Tornicium affectum graviter moleſteque ferens, vt eos longè ſciungeret, Tornicium Iberibus Romanæ ditionis præfecit, relegatione ſpecioſo titulo obumbratâ. Iam calamus digitis effluit: cùm eum reſumo territus vultu Barbarorum. Et vnus quidem eſt è Bythyniâ, Pruſiæ filius; præfertq; hæc Appiani lib. Mithridat: Ὅτι δὲ Προυσίας διὰ μίσους τοῖς ὑπηκόοις ἐπὶ ὠμότητι χαλεπῇ, Νικομήδης υἱὸς ἦν πάνυ τοῖς Βιθυνοῖς ἀρέσκων. ὥσπερ ὁ Προυσίας ὑφορώμενος ἐς Ῥώμην αὐτὸν βιοῦν μετεστήσατο, &c: *Cùmq; ſubditis eſſet exoſus Pruſias ob nimiam ſævitiam, Nicomedes filius valde ab eis amabatur; & ideo ſuſpectum pater Romam miſit, ut ibi degeret, &c.* Plures verò ingruunt è Perſiâ, animante ipſos Tacito, libro XIII. Annal: *Et Vologeſes, quo bellum ex commodo pararet, an vt æmulationis ſuſpectos per nomen obſidum amoveret, tradit nobiliſsimos ex familiâ Arſacidarum, &c.* A quibus vix eſt vt ſeparem hos Adiabenos, aduocato Ioſepho indicantes: Ὁ δὲ Ἰζάτης ὡς παρέλαβε τὴν βασιλείαν ἀφικόμενος εἰς τὴν Ἀδιαβηνὴν, καὶ θεασάμενος τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τοὺς ἄλλους συγγενεῖς δεδεμένους, ἐδυσχέραινεν τῷ γεγονότι. καὶ τὸ μὲν ἀνελεῖν ἢ φυλάττειν δεδεμένους ἀσεβὲς ἡγούμενος, τὸ δὲ μνησικακοῦντας ἔχειν σὺν αὑτῷ μὴ δεδεμένους σφαλερὸν εἶναι νομίζων, τοὺς μὲν ὁμηρεύσοντας μετὰ τέκνων εἰς τὴν Ῥώμην ἐξέπεμψε Κλαυδίῳ Καίσαρι, τοὺς δὲ, πρὸς Ἀρτάβανον τὸν Πάρθον ἐφ' ὁμοίαις προφάσεσιν ἀπέστειλε: *Izates porrò novus rex poſtquam in Diabenam reuerſus, offendit fratres & cognatos in vinculis, tulit id ægerrimè: & cùm occidere hos aut vinctos ſeruare vetaret pietas; contrà affectos iniuriâ dimittere parum tutum videretur, ne quando de vindictâ cogitarent: partem eorum, vnà cum propriis filiis, Romam ad Claudium Cæſarem miſit, partem ad Artabanum Parthum, futuros vtrobiq; obſides*: ita Ioſephus lib. XX. Antiq. cap. III. Sed quid? an & Othonem video? ita ſane; relegatque nos ad Taciti hiſtoriarum librum I. item ad Suetonij libellum quo vitam eius perſtrinxit capite III; vultu interim queſtus, *in provinciam Luſitaniam ſpecie legationis ſepoſitum*, quod

Vxoris mæchus cæperat eſſe ſuæ.

Nondum abiit Siluius ille; & iam ecce nobis ex eadem Hiſpaniâ Cn. Piſonem, *cui ob ſuſpicionem urbanæ coniurationis provincia Hiſpania vltrò extra ordinem data*, vt loquitur ipſe ore Tranquilli. At ô impudentem! tanquam haud ei computandum in lucro, quod non perierit aut in Tulliano cum Cethegis, aut in acie cum Catilinis. Equidem ſi iſtud licitum fuerit: ſupervenient mihi etiam è familiâ Veri hi, quorum ſic meminit Iul. Capitolinus: *Habuit & alios libertos Verus improbos, Codem & Electum ceteroſque; quos omnes Marcus poſt mortem Veri, ſpecie honoris, abiecit, &c.* Verùm tales heîc comparere, nec ius eſt nec fas. Nam ſi id; multo meliore jure fecerit mater Romuli; cui injuriam inſignitè il-

R 2

Digitized by Google

latam à pàtruo Amulio, ſub prætextu admodum favorabili, ſic breuiter notat libro I. Livius: *Fratris filia Rhea Silvia per ſpeciem honoris, cum Veſtalem eam legiſſet, perpetuâ virginitate ſpem partus adimit, &c.* Sed abſit vt aut illam, aut alium vllum evocem excitemque: in hoc iam ſolùm intentus vt auribus imbibam admodum ſiticuloſis.

Ohe jam ſatis eſt; ohe.

& eſt ſanè ſatis. quocirca vel ſic valeant tales honores: plaudat autem eis qui non novit.

Dux deerat, abducto Verginio per ſimulationem amicitiæ. Lib. I. Hiſtor.

MOdò vidimus abiectos homines titulis honorificis. haud forſan minus iucundum erit aſpicere alios eodem planè prætextu adlectos, abſtractoſque, velut gallos à ſterquilinio ſuo. huius quoque generis annona & vilis & multiplex.

Sæpe ego digeſtos volui numerare colores:
Non potui. numero copia maior erat.

commune tamen quaſi eliciendi formam præſcripſit nobis Herodotus lib. v. vbi ſic agit de Hiſtiæo: Μαθὼν δὲ ὁ Μεγάβαζος τὸ ποιεύμενον ἐκ τοῦ Ἱστιαίου, ὡς ἦλθε τάχιστα ἐς τὰς Σάρδις ἄγων τοὺς Παίονας, ἔλεγε Δαρείῳ τάδε: Ὦ βασιλεῦ, οἷόν τι χρῆμα ἐποίησας, ἀνδρὶ Ἕλληνι δεινῷ τε καὶ σοφῷ δοὺς ἐγκτίσασθαι πόλιν ἐν Θρηίκῃ, ἵνα ἴδη τε ναυπηγήσιμός ἐστι ἄφθονος, καὶ πολλοὶ κωπέες, καὶ μέταλλα ἀργύρεα. ὅμιλός τε πολλὸς μὲν Ἕλλην περιοικέει, πολλὸς δὲ βάρβαρος· οἳ προστάτεω ἐπιλαβόμενοι, ποιήσουσι τοῦτο τὸ ἂν ἐκεῖνος ἐξηγέηται καὶ ἡμέρης καὶ νυκτός. σὺ νῦν τοῦτον τὸν ἄνδρα παῦσον ταῦτα ποιεῦντα, ἵνα μὴ οἰκηίῳ πολέμῳ συνέχηαι. τρόπῳ δὲ ἠπίῳ μεταπεμψάμενος, παῦσον. ἐπεὰν δὲ αὐτὸν περιλάβῃς, ποιέειν ὅκως μηκέτι κεῖνος ἐς Ἕλληνας ἀπίξηται. ταῦτα λέγων ὁ Μεγάβαζος, εὐπετέως ἔπειθε Δαρεῖον, ὡς εὖ προορέων τὸ μέλλον γίνεσθαι. μετὰ δὲ, ἄγγελον πέμψας ὁ Δαρεῖος ἐς τὴν Μύρκινον, ἔλεγε τάδε, Ἱστιαῖε, βασιλεὺς Δαρεῖος τάδε λέγει, Ἐγὼ φροντίζων εὑρίσκω ἐμοί τε καὶ τοῖσι ἐμοῖσι πρήγμασι οὐδένα εἶναι σεῦ ἄνδρα εὐνοέστερον. τοῦτο δὲ οὐ λόγοισι ἀλλ' ἔργοισι οἶδα μαθών. νῦν ὦν (ἐπινοέω γὰρ πρήγματα μεγάλα κατεργάσασθαι) ἀπικνέο μοι πάντως, ἵνα τοι αὐτὰ ὑπερθέωμαι. τούτοισι τοῖσι ἔπεσι πιστεύσας ὁ Ἱστιαῖος, καὶ ἅμα μέγα ποιεύμενος βασιλῆος σύμβουλος γενέσθαι, ἀπίκετο ἐς Σάρδις. ἀπικομένῳ δὲ οἱ ἔλεγε Δαρεῖος τάδε, Ἱστιαῖε, ἐγώ σε μεταπεμψάμην τῶνδε εἵνεκεν. ἐπεί τε τάχιστα ἐνόστησα ἀπὸ Σκυθέων, καὶ σύ μοι ἐγένεο ἐξ ὀφθαλμῶν, οὐδέν κω ἄλλο χρῆμα οὕτω ἐν βραχεῖ ἐπεζήτησα ὡς σὲ ἰδέειν τε καὶ ἐς λόγους

γὺς μοι ἀπικέσθαι ἐγνωκὼς ὅτι κτημάτων πάντων ἐστὶ τιμιώτατον ἀνὴρ φίλος, συνετός τε καὶ εὔνοος. τά τοι ἐγὼ καὶ ἀμφότερα συνειδὼς, ἔχω μαρτυρέειν ἐς πρήγματα τὰ ἐμά. νῦν ὦν (εὖ γὰρ ἐποίησας ἀπικόμενος) τάδε τοι ἐγὼ προτείνομαι. Μίλητον μὲν ἔα, καὶ τὴν νεόκτιστον ἐν Θρηΐκῃ πόλιν· σὺ δέ μοι ἑπόμενος ἐς Σοῦσα, ἔχε τάπερ ἂν ἐγὼ, ἐμός τε σύσσιτος ἐὼν καὶ σύμβουλος: *At Megabyzus, cognito quod fiebat ab Hiſtiæo, quum primum venit Sardis, ducens Pæones, ita eſt Darium alloquutus, Rex, quidnam tu rei feciſti, dato loco ad vrbem condendam in Thracia viro Græco, eidemque ſolerti atque induſtrio? vbi affatim materia eſt ad naves ædificandas, multumque remigum atque pecuniæ? multis etiam cùm barbaris tùm Græcis incolentibus? qui nacti ducem, facient quicquid ille vel die vel nocte præceperit. Nunc igitur tu virum hunc ita facientem inhibe, ne domeſtico bello afflictêris. Inhibe autem miti modo accerſitum; quem quum acceperis, da operam nequando in Græciam revertatur. Hæc loquutus Megabyzus, perfacilè Dario perſuaſit, tumquam probè proſpiciens quod eſſet eventurum. Darius miſſo in Myrcinum nuntio ad Hiſtiæum, hæc inquit: Hiſtiæe, rex Darius hæc dicit, Mihi rebusq; meis melius conſulentem quàm tè invenio neminem: quod non verbis, ſed factis compertum habeo. proinde quũ res magnas agere deſtinem, praſtò mihi ſis vt eas tibi aperiam. His verbis fidem habens Hiſtiæus, & ſimul magni faciens conſiliarium regis fieri, Sardis profectus eſt. Cui advenienti Darius, Hiſtiæe, ego, (inquit,) ea de cauſa te accerſivi, quòd poſteaquam à Scythis redire maturavi, & tu ab oculis meis abſuiſti, nullius rei deſiderium tam me tenuit brevi, quàm ut tu in aſpectum & colloquium meum venires: quum ſciam omnium poſſeſſionum pretioſiſſimam eſſe virum amicum, ſolertem, bene ſentientem: quæ tibi ambo adeſſe ego teſtimonio eſſe poſſum è rebus meis. Quare tibi ego, qui feciſti probè quòd veneris, hoc gratificandum putavi, vt omiſſâ Mileto, & recens conditâ in Thraciâ vrbe, me ſequaris Suſa, eadem quæ ego habiturus, meusque convictor ac conſiliarius futurus*. Hæc ille. Et verò ſub finem libri VIII. Thucydidis videre eſt Delios ita à Tiſſapherne circumventos: Ἔχθραν προσποιούμενος ἄδηλον, καὶ ἐπαγγείλας στρατιὰν αὐτῶν τοῖς βελτίστοις ἐξαγαγὼν ὡς ἐπὶ φιλίᾳ καὶ ξυμμαχίᾳ, τηρήσας ἀριστοποιουμένους, καὶ περιστήσας τοὺς ἑαυτοῦ, κατηκόντισε: *Occulto odio diſſimulato, & illorum præſtantiſſimis quibuſque indictâ expeditione per amicitiæ ac ſocietatis ſpeciem eductos, cùm prandentes obſervaſſet, ac ſuorum manu circundediſſet, ſagittis confixerat*. Sed & cernere eſt turmatim incedentes Thracas apud Frontinum, Macedoni læto vultu exprobrantes lib. II. cap. XI: *Alexander devictâ perdomitaq; Thraciâ petens Aſiam, veritus ne poſt ipſius diſceſſum ſumerent arma, reges eorum præfectoſque, & omnes quibus videbatur eſſe cura detracta libertatis, ſecum velut honoris cauſâ traxit. ignobilibus autem relictis plebeios præfecit. conſecutus vti Principes*

beneficiis eius conſtricti nihil novare vellent: plebs verò ne poſſet quidem, ſpoliata principibus. Eoſdem vt & alios nonnullos videmus tali habitu apud Iuſtinum lib. XI: *Proficiſcens ad Perſicum bellum, omnes novercæ ſuæ cognatos quos Philippus in excelſiorem dignitatis locum provehens, imperiis præfecerat, interfecit: ſed nec ſuis qui apti regno videbantur pepercit; ne quâ materia ſeditionis procul ſe agente, in Macedoniâ remaneret. & reges ſtipendiarios cōſpectioris ingenij ad commilitium ſecum trahit, ſegniores ad tutelam regni relinquit.* Sed & anxiâ facie aſpiciamus Antipatrum lib. XII. Iuſtini: *Se quoq; à Macedoniâ non ad ſocietatem militiæ, ſed ad pœnam evocatum arbitrabatur.* Haud temerè. ita quippe electatus frater Iuliani Imperatoris, Gallus; de quo Ammianus lib. XIV: *Aduenit poſt multos Scudilo ſcutariorum tribunus, velamento ſubagreſtis ingenii perſuaſionis opifex callidus, qui eum adulabili ſermone ſeriis admixto, ſolus omnium proficiſci pellexit; vultu aſſimulato ſæpius replicando quo flagrantibus votis eum videre frater cuperet patruelis, quod per imprudentiam geſtum eſt remiſſurus, vt mitis & clemens: participemq; eum ſuæ maieſtatis adſcitum, vt futurum laborum quoque ſocium, quos Arctoæ provinciæ diu feſſa poſcebant, &c.* Nec ſecus accidit Vitaliano, teſte Euagrio lib. IV. Hiſtoriar. Eccleſ. cap. III: Τὸν δέ γε Βιταλιανὸν ἐπὶ τῆς Θρᾴκης ποιούμενον, ὃς Ἀναστάσιον ἐξῶσαι τῆς βασιλείας ἐβουλήθη, πρὸς τὴν Κωνσταντίνου καλεῖται πόλιν. δείσας μὲν αὐτοῦ τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἀμφὶ τοὺς πολεμίους ἐμπειρίαν. τό τε παρὰ πᾶσι κλέος, καὶ ἣν εἶχε περὶ τὴν βασιλείαν ἔφεσιν. ἐπιβουλίαν δὲ ἐπιτηδεύσας, ὡς οὐχ ἑτέρως αὐτοῦ περιέσεται, μήπη γε φίλος εἶναι προσποιήσαιτο, καὶ τῷ δόλῳ προσωπεῖον ἀνεξέλεγκτον περιθεὶς, στρατηγὸν αὐτὸν ἑνὸς τῶν καλουμένων πραισέντων ἀναδείκνυσιν. ἐπὶ πλείω δὲ τὴν πειθοῖ χώραν ὁδεύων ἐπ' ἐξαπάτῃ μείζονι, καὶ ἐς ὑπάτους τὸν Βιτάλιον ἀναβιβάζει. ἐπὶ τῆς ὑπατείας ἐχόμενος, ἐπεὶ κατὰ τὰ βασίλεια γέγονεν, ἔν τινι μεταυλείῳ θύρᾳ δολοφονηθεὶς ἐτελεύτησε: *Vitalianum vero vitam in Thracia degentem, qui Anaſtaſium Imperio exturbare moliebatur, Iuſtinus Conſtantinopolim accerſit. Nā & potentiam eius extimuit, & ancipitem fortunam, quæ in bellis cerni ſolet, & nominis eius celebritatem, quæ in omnium ore fuit, & Imperij, quâ flagrabat, cupiditatem. At cum coniectura proſpiceret, idque ſanè veriſſime, ſe non alia ratione eum poſſe vincere, niſi amicitiam erga eum ſimularet: vultu mirè ad fraudem compoſito, quæ facilè deprehendi non poſſet, vnum ex ducum numero, qui Præſentes vocantur, eum deſignat. Et quò magis perſuaderetur Vitaliano, & facilior aditus ad fraudem patêret, ad conſulatus quoque honorem effert. Qui Conſul factus, cum in palatio verſaretur in porta quadam poſt aulam poſita, per dolum caſus occubuit.* Miſeros illos! ſed minus tamen quàm Corbulo, & correi ipſius. flagitiis quippe ambo operti Gallus ac Vitalianus: iſti verò nullis. de quib. ita Epitomator Caſſij: Τούτων μὲν ὅτι ἀδελφοί τε ἦσαν καὶ ἡλι-

κιῶται,

χιῶται τρόπον τινὰ ὄντες, καὶ μηδὲν μηδέποτε ἄνευ ἀλλήλων πράξαντες, ἀλλ' ὥσπερ τῷ γένει, οὕτω καὶ τῇ προαιρέσει τῇ τε οὐσίᾳ συμπεφυκότες, καὶ τὰς Γερμανίας δὲ ἀμφοτέρας ἐπὶ πολὺ ἅμα διῴκησαν· ἦλθόν τε εἰς τὴν Ἕλλαδα μετάπεμπτοι, ὥστε αὐτοῦ τοῦ Νέρωνος δεομένου· καὶ ἐγκλήματος οἷα ὁ καιρὸς ἐκεῖνος ἔφερε λαβόντες, καὶ μήτε λόγου τυγχάνοντες, μήτε ἐς ὀφθαλμοὺς τοῦ Νέρωνος ἀφικνούμενοι, καὶ διὰ τοῦθ' ὑφ' ἁπάντων ὁμοίως ἀτιμαζόμενοι, ἀποθανεῖν τε ἐπεθύμησαν, καὶ ἐπλεύτησαν τὰς φλέβας αὐτῶν σχάσαντες. τοῦ δὲ δὴ Κορβούλωνος, ὅτι καὶ ἐκεῖνον ἐντιμότατα μεταπεμψάμενος, καὶ τά τε ἄλλα καὶ πατέρα καὶ εὐεργέτην αὐτὸν ἀεὶ ὀνομάζων ἔπειτ', ἐπειδὰν τῇ Κεγχρέᾳ προσέσχε, Σφαγῆναι, πρὶν καὶ ἐς ὄψιν αὐτοῦ ἐλθεῖν, προσέταξε. κιθαρῳδήσειν γὰρ ἤμελλεν, (ὥς τινες λέγουσι) καὶ οὐχ ὑπέμεινεν αὐτοῦ τὸ ὀρθοστάδιον ἔχων ὀφθῆναι. καὶ ὅς, ἐπειδὴ τάχιστα τὸ προστεταγμένον ἔγνω, ξίφος τε ἔλαβε, καὶ ἑαυτὸν ἐρρωμένως παίων, ἔλεγεν, Ἄξιος: *Rufus & Proculus cùm fratres eſſent ac fere æquales, nihilq́, vnquã disiūcti & ſeparati feciſſent, vt erãt genere & inſtituto vitæ & facultatibus coniuncti, diuq́, ſimul vtranq́, Germaniam adminiſtrauerant; ita ſimul acciti in Græciam venerunt, tanquam Nero eorum operâ indigeret. Cùmq́, rei facti criminum, prout illa tempora ferebant, nec cauſſæ dicendæ poteſtatẽ conſequerẽtur, nec in conſpectũ Neronis admitterentur, ac proinde ab omnibus pariter deſpicerentur, mortem obire maluerunt, inciſis ſibi venis. Corbulo autem accitus honorificentiſſimè (quem virum Nero præter cetera patrem & benefactorem appellabat) poſtquam Cenchreas appulit, ab eodem occidi iuſſus eſt, priuſquam in conſpectum eius veniret. Nero enim, vt quidam aiunt, cùm ſtatuiſſet cithara canere, orthoſtadium indutus, ab eo ſe videri non ſuſtinuit. Corbulo vt mandatum Neronis intellexit, gladium accepit, ſeque ipſum fortiter percutiens, ait: Dignus, &c.* Ex iſtis, veluti per ſpecularem lapidem, patent illa Taciti haud alioquin abſtruſa, extremo libri 1: *Id quoque morum Tiberij fuit, continuare imperia, ac pleroſque ad finem vitæ in iiſdem exercitibus ac iuriſdictionibus habere. Cauſſæ variæ traduntur. alij tædio novæ curæ ſemel placita pro æternis ſeruauiſſe. quidã inuidiâ, ne plures fruerentur. Sunt qui exiſtiment, vt callidum eius ingenium, ita anxium iudicium: neque enim eminenteis virtutes ſectabatur, & rurſum vitia oderat. ex optimis periculum ſibi; à peſſimis, dedecus publicum metuebat. Quâ hæſitatione poſtremo eò provectus eſt, vt mandauerit quibuſdam provincias, quos egredi vrbe non erat paſſurus.* Quæ poſtrema, ita aliis verbis enuntiat Suetonius in vita eiuſdem Imp. cap. LXIII: *Vnum & alterum Conſulares oblatis provinciis, non auſus à ſe dimittere, uſque adeo detinuit, donec ſucceſſores poſt aliquot annos præſentibus daret: cùm interim manente officij titulo, etiam delegaret plurima, aſſidueq́, illi per legatos & adiutores ſuos exequenda curarent.* Sed conſideremus & euocatos alios. Ac Dio quidem in fragmentis ſcribit de Marino & præfectis Pannoniæ ac Daciæ: Τοὺς γὰρ

ἄρχοντας

Digitized by Google

ἄρχοντας αὐτῶν, τόν τε Σαβῖνον καὶ τὸν Καστῖνον, λόγῳ μὲν ὡς καὶ τῆς συνουσίας αὐτῶν δεόμενος, ἔργῳ δὲ τό, τε πάνυ φρόνημα καὶ τὴν φιλίαν αὐτῶν τὴν πρὸς τὸν Καράκαλλον φοβηθεὶς εὐθὺς μετεπέμψατο: *Macrinus præſides eorum Sabinum & Caſtinum, verbo quidem, quaſi eorum ſibi conſuetudine opus eſſet; reapſe verò, quod & magnos ipſorum animos & amicitiam erga Caracallum formidaret, ad ſe ſtatim venire iuſſerat.* Idem auctor in vita Auiti: Ἐπῆν δέ τι καὶ ἕτερον αἰτίαμα πρὸς Μεσσάλαν, ὅτι πολλὰ ἐρρωμένως ἐν τῷ συνεδρίῳ ἀπεφαίνετο. διόπερ καὶ κατ' ἀρχὰς αὐτὸν ἐς τὴν Συρίαν, ὡς καὶ πάντη αὐτοῦ δεόμενος, μετεπέμψατο, ὅπως μὴ τῆς καθηγεμὼν αὐτοῦ ἀλλοδοξίας γένηται: *Suberat & aliud crimen in Meſſalam, quod pleraque in Senatu cum efficaciâ quadam & vigore decerneret. & hanc ipſam ob cauſam eum ab initio in Syriam, quaſi præſentiam eius admodũ deſideraret, arceſſiuerat: ne Senatui diuerſæ ſententiæ dux & auctor fieret.* Verùm à recentioribus reuertor ad vetuſtiores: ac circo iſto includo D. Auguſtum. De eo profectò tradidit Dio lib. L: Πάντας μὲν τοὺς στρατιώτας, ὧν τι ὄφελος ἦν, πάντας δὲ τοὺς τι δυναμένους καὶ τῶν βουλευτῶν καὶ τῶν ἱππέων, ἐς τὸ Βρεντέσιον συνήγαγε· τοὺς μέν, ὅπως τι συμπράξωσιν αὐτῷ, τοὺς δ' ὅπως μηδὲν μονωθέντες νεοχμώσωσι: *Brunduſium omnes milites qui alicuius eſſent pretij, omneſq́; Senatorum Equitumq; primores conduxit: alteros, vt eorum operâ in agendo vteretur: alteros, ne ſoli relicti ad nouas res conſurgerent.* Etiam de Tiberio Tacitus lib. II. Annal: *Precante Germanico annum efficiendis cœptis, acrius modeſtiam eius aggreditur, alterum Conſulatum offerendo, cuius munia præſens obiret: ſimul adnectebat, ſi foret adhuc bellandum, relinqueret materiem Druſi fratris gloriæ; qui nullo tum alio hoſte, non niſi apud Germanias adſequi nomen Imperatorium, & deportare lauream poſſet. Haud cunctatus eſt ultra Germanicus, quanquàm fingi ea, ſeque per inuidiam parto iam decori abſtrahi intelligeret.* Plura huc tendentia interſparſi titulo alio Taciti, qui habet: *Frontinus vir magnus quantum licebat.* Interea notabile illud eiuſdem Cornelij in ſucceſſore Galbæ lib. I. Hiſt: *Multos è magiſtratibus, magnam Conſularium partem, Otho, non participes aut miniſtros bello, ſed comitum ſpecie ſecum expedire iubet.* Inſigne item eodem libro I: *Dux deerat, abducto Verginio per ſimulationem amicitiæ; quem non remitti, atq; etiam reum eſſe; tamquam ſuum crimen accipiebant exercitus Germanici.* Animaduertendum quoque illud Marcellini lib. XVIII: *Sabinianus deceſſori ſuo Principis literas dedit, hortantis, vt ad comitatum, dignitate afficiendus ſuperiore, citius properaret; eo neceſſitatum articulo, quo etiamſi apud Thulen moraretur Vrſicinus, acciri eum magnitudo rerum ratione probabili flagitabat.* Nec omittenda iſthæc D. Nazianzeni, quæ animi liberi ore obiicit Valentiniano Epiſt. CXCVI: Ῥᾴδιον μὲν γὰρ εὑρεῖν εὐπρεπῆ τινα τῆς ἀφοσιώσεως καὶ δόξαι δίκαια λέγειν, ὡς οὔτε ἐξωθούμεθα πόρρω ζῶμεν καὶ τιμώμεθα γειτνιῶν.

νιαῖ ἡμῖν θέλοντος, προφασίσῃ δὲ ἴσως, ὅτι, καὶ δεξιοῦσθαι φιλικῶς τε καὶ συγγενικῶς, καί τι παραπολαύειν τῆς φιλίας τῆς ἡμετέρας. τὸ δὲ λόγος, οὐκ ἔργον ἐστίν: *Eſt quidem facile ſpecioſum aliquem prætextum invenire, teque excuſare atq; æqua dicere videri; nempe nos à te minimè ejici: verùm hunc potius honore abs te affici, quod nobis vicinos eſſe cupias. addes etiam fortaſſe quod nos amicè, & ut cognatos decet, complecti atque etiam aliquem ex noſtra amicitia fructum capere vis. Hoc autem merus ſermo eſt, non res.* Atq; hanc quidem technam, cur putem eſſe quaſi unum de arcanis imperij, eſt quod inveniam tale quid bis inculcatum Cyropædiæ Xenophontis: ſemel his verbus lib. V: Ἤγετο δὲ καὶ τῶν ἑαυτοῦ τῶν τε πιστῶν οἷς ἥδετο, καὶ ὧν ἠπίστει πολλούς, ἀναγκάζας τοὺς μὲν αὐτῶν καὶ γυναῖκας ἄγειν, τοὺς δὲ καὶ ἀδελφούς, ὡς δεδεμένους τούτοις κατέχοι αὐτούς: *Præterea Gadatas ſuorum pleroſque ſecum abducebat, tum fidos quibus delectabatur, tum quibus diffidebat: quorum alios cogebat ſecum uxores ducere, alios ſorores; ut his quaſi vinculis eos conſtrictos teneret.* Iterũ lib. VII; ubi de Crœſo loquitur: Ἤγετο δὲ τὸ λοιπὸν, ὅποι καὶ αὐτὸς πορεύοιτο, εἴτ' ἄρα καὶ χρηστικόν τι νομίζων αὐτὸν εἶναι, εἴτε καὶ ἀσφαλέστερον οὕτως ἡγούμενος: *Ac deinceps ille, quocumque Cyrus proficiſceretur, unà ducebatur: ſive adeo propterea, quòd eum ſibi utilem eſſe crederet, ſeu quòd ita tutius arbitraretur.* Huic arti, maximè propinqua eſt ars ea quæ de loco in locum transferre iubebat, quos cupiebant principes ſimiles arbori frequenter tranſplantatæ; ne videlicet nimium coaleſcerent. Haud infimus in hac ſchola Tiberius, de quo ſic Tacitus libro Annalium II: *Cæterum Tiberio haud ingratum accidit turbari res Orientis, ut eâ ſpecie Germanicũ ſuetis legionibus abſtraheret, novuque provinciis impoſitum &c.* Nec novitius heic Baſilius ille apud Zonaram in vita Baſilij Pophyrogeniti: Ὑποπτεύων δὲ τὸν Μάγιστρον Βάρδαν τὸν Σκληρὸν στρατηλάτην ὄντα, καὶ πάσας ὑφ' ἑαυτὸν ἔχοντα τὰς Ἑῴας δυνάμεις. ἀφαιρεῖται μὲν αὐτοῦ τὴν στρατηλάτου ἀρχὴν, δοῦκα δὲ Μεσοποταμίας αὐτὸν προχειρίζεται. τοῦτο σφόδρα ἠνίασε τὸν Σκληρὸν, &c: *Et quia Magiſtrum Bardam Sclerum ducem, cui omnes Orientales copiæ parebant, ſuſpectum habebat; eâ dignitate ereptâ, Meſopotamiæ ducem deſignat. Quam ille rem iniquiſſimo ferens animo &c.* Iã abrumpo. nam ſi perrexero, nunquam finis fuerit: & non eſt forte ex decoro regnantium, nimium patefieri huiuſmodi cubilia.

Digitized by Google

indignatus ſic ſileri Iugurtham, de quo ita ipſe ſcripſerit piperatâ facundiâ: *Micipſa, tametſi initio lætus fuerat, exiſtimans Iugurthæ virtutem regno ſuo gloriæ fore; tamen poſtquam hominem adoleſcentem exactâ ſuâ ætate & parvis liberis, magis magisq. creſcere intelligit, vehementer eo negotio permotus, multa animo ſuo volvebat. Terrebat eum natura mortalium avida imperii & præceps ad explendam animi cupidinem: præterea opportunitas ſuæ liberorumque ætatis; quæ etiam mediocres viros ſpe prædæ trauerſos agit: ad hoc ſtudia Numidarum in Iugurtham accenſa, ex quibus ſi talem virum interfeciſſet, ne qua ſeditio aut bellum oriretur, anxius erat. Hiis difficultatibus circumventus, ubi videt, neque per vim neque inſidiis opprimi poſſe hominem tam acceptum popularibus, quod erat Iugurtha manu promptus & appetens gloriæ militaris, ſtatuit eum obiectare periculis, & eo modo fortunam tentare. Igitur bello Numantino Micipſa cùm populo Rom. equitum atque peditum auxilia mitteret; ſperans vel oſtentando virtutem, vel hoſtium ſævitiâ facile eum occaſurum, præfecit Numidis quos in Hiſpaniam mittebat.* Sed & volentiam meam ſibi poſcit Paterculus, oggeritque iſthæc è lib. Hiſtoriarum poſteriore: *P. Clodius in Senatu ſub honorificentiſſimo miniſterii titulo M. Catonem à Rep. relegavit. quippe legem tulit, ut is Quæſtor cum iure Prætorio, adiecto etiam quæſtore, mitteretur in inſulam Cyprum ad ſpoliandum regno Ptolomæum.* Quæ ceu iuſto breviora ſic à ſe illuſtrari iubet è Catone minore Plutarchus: Ὁ δὲ Κλώδιος οὐδὲ Κικέρωνα καταλύσειν ἤλπιζεν, Κάτωνος παρόντος, ἀλλὰ τοῦτο διαμηχανώμενος πρῶτον ὡς εἰς ἀρχὴν κατέστη μετεπέμψατο Κάτωνα, καὶ λόγους αὐτῷ προσενήνοχεν, ὡς πάντων ἐκεῖνον ἡγούμενος ἄνδρα Ῥωμαίων καθαρώτατον, ἔργῳ διδόναι πίστιν ἕτοιμός ἐστι. πολλῶν γὰρ αἰτουμένων τὴν ἐπὶ Κύπρον ἀρχὴν, καὶ δεομένων ἀποσταλῆναι, μόνον ἄξιον ἐκεῖνον ἡγεῖσθαι καὶ διδόναι τὴν χάριν ἡδέως. ἀνακραγόντος δὲ τοῦ Κάτωνος, ὡς ἐνέδρα τὸ πρᾶγμα καὶ προπηλακισμὸς, οὐ χάρις ἐστὶν, ὑπερηφάνως ὁ Κλώδιος καὶ ὀλιγώρως, Οὐκοῦν (εἶπεν) εἰ μὴ χάριν ἔχεις ἀνιώμενος πλεύσῃ. καὶ προελθὼν εὐθὺς εἰς τὸν δῆμον, ἐκύρωσεν νόμῳ τὴν ἔκπεμψιν τοῦ Κάτωνος. ἐξιόντι δὲ οὐ ναῦν, οὐ στρατιώτην, οὐχ ὑπηρέτην ἔδωκεν, πλὴν ἢ δύο γραμματεῖς μόνον, ὧν ὁ μὲν, κλέπτης καὶ παμπόνηρος, ἅτερος δὲ Κλωδίου πελάτης. ὡς δὲ μικρὸν ἔργον αὐτῷ Κύπρον καὶ Πτολεμαῖον ἀναθεὶς, ἔτι καὶ Βυζαντίων φυγάδας κατάγειν προσέταξεν, βουλόμενος ὅτι πλεῖστον χρόνον ἐκποδὼν ἄρχοντος αὐτοῦ γενέσθαι τὸν Κάτωνα: *Clodius verò nec Ciceronem affligere ſperabat ſe præſente Catone poſſe. verùm id machinans, ut primum iniit magiſtratum, accerſivit Catonem, ac cum eo ſermocinatus eſt, Romanorum omnium putare ſe illum innocentiſſimum: id paratum eſſe facto probare. Quum enim multi ſint qui provinciam Cyprum ambiant, eoque petant mitti, ſolum ipſum exiſtimare ſe dignum, atque hoc beneficium ei libenter dare. Vociferante Catone inſidias illas & ſugillationem, non beneficium eſſe, arroganter Clodius & ferociter, Igitur ſi gratum non eſt, inquit,*

quit, ingratis ibis. Ac profectus extemplo in concionem, legem pertulit de Catonis legatione. Proficiſcenti non navem, non militem, non miniſtrum attribuit, extra quàm duos dumtaxat ſcribas, quorum fur & improbiſſimus alter, alter cliens erat Clodii. Quaſi autem leve munus ei Cyprum & Ptolemæum impoſuiſſet, inſuper Byzantinorum exules imperavit ei reducere, moliens ut in tribunatu ſuo abeſſet Cato quam diutiſſimè. Verùm quid? portum me occupare putabam, & ecce auferor in altum à cohorte Imperatorum. Tacitus certè, producto Tiberio ac Germanico, digitum intendit ad ſua, libri II. Annal: *Ceterum Tiberius nomine Germanici trecenos plebi ſeſtertios viritim dedit, ſeque collegam conſulatui eius deſtinavit. nec ideo ſinceræ caritatis fidem adſecutus, amoliri iuvenem ſpecie honoris ſtatuit; ſtruxitque cauſſas, aut forte oblatas arripuit.* Deque eodem Imp. ſic quoque ſatis apertâ vocalitate Suetonius Tib. cap. LXV: *Seianum, ut à ſe per ſpeciem honoris dimitteret, collegam ſibi aſſumpſit in quinto Conſulatu, quem longo interuallo abſens ob id ipſum ſuſceperat, &c.* Quibus reſpondet alterũ iſtud Taciti lib. XII. Annal: *Simulque qui Centurionum Tribunorumq́ ſortem Britannici miſerabantur, remoti fictis cauſſis, & alij per ſpeciem honoris.* Sed & Caracallam oggerit vnà cum Macrino Xiphilinus: Μακρῖνος φοβηθεὶς, καὶ ὑποπτεύσας ἀπολεῖσθαι, οὐκ ἀνεβάλετο, ἄλλως τε ὅτι καὶ τοὺς ἑταίρους αὐτοῦ, ἄλλον κατ' ἄλλην πρόφασιν ὁ Ἀντωνῖνος, ὡς καὶ τιμῶν ἀπεώσατο: *His de cauſſis perterritus Macrinus, ratusq́ de ſe actum eſſe, non cunctatur amplius; præſertim quod Antoninus pleroſque amicos & familiares eius variis de cauſſis, tanquam eos hoc ipſo honorans, removerat.* Recta etiam tubâ perſonat Ammianus lib. XVI: *Cùm diuturna incuriâ Galliæ cædes acerbas rapinasque & incendia, barbaris licenter graſſantibus, nullo iuvante perferrent; Siluanus pedeſtris militiæ rector iratus & efficax ad hæc corrigenda, primùm ipſis ſupervenit; Arbetione id maturare modis omnibus quibus poterat adigente; vt abſenti æmulo, quem quietum ſupereſſe adhuc grauabatur, periculoſæ molis onus impingeret.* Sed & claſſico ſimile eſt eiuſdem iſtud, libro eodem: *Illud tamen rumore tenus vbique iactabatur, quod Iulianus non leuaturus incommoda Galliarum electus eſt, ſed vt poſſit per bella deleri ſæviſſima; rudis etiam tum ut æſtimabatur, ac ne ad ſonitum quidem duraturus armorum.* Cujus clangorem firmat nihilo minore verborum impetu Eunapius in vita Maximi: Ὁ μὲν Ἰουλιανὸς ἔτυχεν ὧν οὐκ ἐβούλετο μὲν, ἀλλ' ἠναγκάζετο. πεμφθεὶς δὲ Καῖσαρ ἐπὶ Γαλατίας, οὐχ ἵνα βασιλεύῃ τῶν ἐκείνῃ μόνον, ἀλλ' ἵνα ἐν τῇ βασιλείᾳ διαφθαρῇ, παρὰ δόξαν ἅπασιν ἐκ τῆς τῶν θεῶν προνοίας ἀνήνεγκεν, πάντας μὲν λανθάνων ὅτι θεραπεύει θεούς: *Iulianus non quod voluit, ſed quo neceſſitate fuit adactus, id obtinuit, nam in Galliam ablegatus, non tam vt imperium illuc agitaret, quam vt in imperio caderet morte abſumptus, præter om-*

nem expectationem, Deorum beneficio ac voluntate, vniuerſâ Galliâ potitus eſt, ab omnibus ignoratus, quod deorum cultui addictus eſſet. Intonat & lituum Zonaras ipſo tomi II. fine: Τοῦτον δὴ τὸν Κωνσταντῖνον ὁ πατὴρ μειράκιον ὄντα, τῷ Γαλλερίῳ εἰς ὁμηρείαν παρέσχετο, ἵν' ὁμηρεύων ἅμα καὶ πρὸς ἄσκησιν γυμνάζηται τῆς τέχνης τῆς στρατιωτικῆς. ὁ δὲ περιδέξιον τοῦτον ὁρῶν καὶ φθονῶν, αὐτῷ ἐπεβούλευε. καὶ πρῶτον μὲν τοῖς Σαρμάταις μαχόμενος, τῷ ἐκείνων ἀρχηγῷ ἐκ τῆς παρατάξεως ἐπισήμῳ τυγχάνοντι προσέταξεν ἐπελθεῖν. ὁ δὲ καὶ ἐπῆλθε, καὶ ἁρπάσας αὐτὸν ζῶντα, τῷ Γαλλερίῳ ἐκόμισεν. εἶτα λέοντα φελικὸν τινα θῆρα καὶ παλαμναῖον ἐκέλευσε δέξασθαι. ὁ δὲ καὶ τοῦτον τὸν ἆθλον ἔλυσεν, ἐπικινδύνως μὲν, τῆς θείας δὲ γε χάριτος σωτηρούσης αὐτόν. γνοὺς δ' ἐντεῦθεν φθονούμενος παρὰ τοῦ Γαλλερίου, καὶ ἐπιβουλευόμενος, νυκτὸς μετά τινων οἷς ἐθάρρει ἀπέδρα, καὶ πρὸς τὸν πατέρα ἐπανελήλυθε. καὶ ὁ μὲν οὕτως τόν τε κίνδυνον διαπέφευγε, καὶ τῆς πατρῴας βασιλείας ἠξίωτο: *Hunc igitur Conſtantinum pater, adoleſcentem etiamnum, Gallerio dediſſe obſidem memoratur, vt interim etiam in re militari exerceretur. qui cum ei ob ingenij dexteritatem ex inuidia inſidias ſtrueret, in pugna Sarmatica mandarit, vt barbarorum ducem armis inſignem aggrederetur. Conſtantinum verò paruiſſe, eumque correptum, viuentem ad Gallerium portaſſe. Deinde leonem immanem & cruentam belluam iuſsiſſe ſubſiſtere: illum verò id quoque certamen, quamuis non ſine periculo, diuinâ tamen gratiâ incolumem obiiſſe. Vnde cum Gallerium inuidere ſibi atque inſidiari intellexiſſet, noctu cum iis quibus fidebat, fugâ elapſum ad patrem rediſſe: eoque pacto & periculum euaſiſſe, & paterno imperio potitum eſſe.* Cui ſecundas facere videtur, ita probè implet aures, concha Nicetæ lib. I. Manuelis: vbi loquitur de Theodoro Styppiota: Καὶ δὴ καιροῦ λαβόμενος, καθ' ὃν σὺν ὀλίγα ξυνέπεσε τὰ διάφορα, μεταξὺ ἀνδρὸς εὐγενοῦς, τοῦ παλαιολόγου φημὶ Μιχαὴλ, καὶ τοῦ Βαλσαμῶν Ἰωσὴφ, ὃς γαμβρὸς ἦν τοῦ ἁγιοθεοδωρίτου ἐπ' ἀδελφῇ, ἐπίθετο κραταιότερον, καὶ σωτείνας ἐξοστρακίζει τοῦτον τῶν ἀνακτόρων ὡς ἀπὸ σκοπιᾶς οὐρανοῦ, καὶ ὡς εἰς χῶρον ἐκσφενδονᾷ μυχαίτατον τὴν πραιτωρίαν ἀρχὴν τῆς ἑλλάδος, καὶ τῆς τοῦ πέλοπος, εὖ τὰ ἐκεῖ διαθησόμενον, καὶ τὰς τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν διαλυσόμενον ἔριδας: *Oblatâ igitur opportunitate diſsidiorum inter virum nobilem, Michaelẽ Palæologum, & Ioſephum Balſamenum, cui Hagiotheodorita ſoror nupta erat: conſilium ſuum urget, ac Hagiotheodoritam è regia tamquam è cæleſti ſpecula in extremum angulum præturæ Græciæ & Peloponneſi exigit, ad prouincias eas ritè conſtituendas, eorumque virorum diſsidia dirimenda.* Sic Choniates: cuius vocem iam deſinentem excipit Zonaras, ſufficitque ex tomo tertio vitâque Conſtantini Monomachi: Ὁρῶν οὖν τὴν πρὸς τὸν Τορνίκιον τὸν ἀδελφῆς ὁ βασιλεὺς γνησιότητα, ὑπώπτευέ τι καὶ εὔνοιαν, καὶ ἵνα πόρρω ἀλλήλων θεῖτο αὐτοὺς, τῶν ἐν Ἴβηρσι τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ διαφερόντων αὐτῷ τὴν ἀρχὴν ἀνατίθησι, κατοχυκατισμένην εὐπροσώπως ὑπερορίαν αὐτοῦ καταψηφισάμενος:

Imperator

Imperator verò ſyncerum illum ſororis erga Tornicium affectum graviter moleſteque ferens, vt eos longè ſciungeret, Tornicium Iberibus Romanæ ditionis præfecit, relegatione ſpecioſo titulo obumbratâ. Iam calamus digitis effluit: cùm eum reſumo territus vultu Barbarorum. Et vnus quidem eſt è Bythyniâ, Pruſiæ filius; præfertq; hæc Appiani lib. Mithridat: Ὄντι δὲ Προυσίᾳ διὰ μίσους τοῖς ὑπηκόοις ἐπὶ ὠμότητι χαλεπῇ, Νικομήδης υἱὸς ἦν πάνυ τοῖς Βιθυνοῖς ἀρέσκων. ὥσπερ ὁ Προυσίας ὑφορώμενος ἐς Ῥώμην αὐτὸν βιοῦν μετεστήσατο, *&c: Cùmq; ſubditis eſſet exoſus Pruſias ob nimiam ſæuitiam, Nicomedes filius valde ab eis amabatur; & ideo ſuſpectum pater Romam miſit, ut ibi degeret, &c.* Plures verò ingruunt è Perſiâ, animante ipſos Tacito, libro XIII. Annal: *Et Vologeſes, quo bellum ex commodo pararet, an vt æmulationis ſuſpectos per nomen obſidum amoveret, tradit nobiliſſimos ex familiâ Arſacidarum, &c.* A quibus vix eſt vt ſeparem hos Adiabenos, aduocato Ioſepho indicantes: Ὁ δὲ Ἰζάτης ὡς παρέλαβε τὴν βασιλείαν ἀφικόμενος εἰς τὴν Ἀδιαβηνήν, καὶ θεασάμενος τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τοὺς ἄλλους συγγενεῖς δεδεμένους, ἐδυσχαίρενεν τῷ γεγονότι. καὶ τὸ μὲν ἀνελεῖν ἢ φυλάττειν δεδεμένους ἀσεβὲς ἡγούμενος, τὸ δὲ μνησικακοῦντας ἔχειν σὺν αὑτῷ μὴ δεδεμένους σφαλερὸν εἶναι νομίζων, τοὺς μὲν ὁμηρεύσοντας μετὰ τέκνων εἰς τὴν Ῥώμην ἐξέπεμψε Κλαυδίῳ Καίσαρι, τοὺς δὲ, πρὸς Ἀρτάβανον τὸν Πάρθον ἐφ᾽ ὁμοίαις προφάσεσιν ἀπέστειλε: *Izates porrò novus rex poſtquam in Diabenam reuerſus, offendit fratres & cognatos in vinculis, tulit id ægerrimè: & cùm occidere hos aut vinctos ſeruare vetaret pietas; contrà affectos iniuriâ dimittere parum tutum videretur, ne quando de vindictâ cogitarent: partem eorum, vnà cum propriis filiis, Romam ad Claudium Cæſarem miſit, partem ad Artabanum Parthum, futuros vtrobiq; obſides*: ita Ioſephus lib. XX. Antiq. cap. III. Sed quid? an & Othonem video? ita ſane; relegatque nos ad Taciti hiſtoriarum librum I. item ad Suetonij libellum quo vitam eius perſtrinxit capite III; vultu interim queſtus, *in provinciam Luſitaniam ſpecie legationis ſepoſitum*, quod

Vxoris mœchus cœperat eſſe ſuæ.

Nondum abiit Siluius ille; & iam ecce nobis ex eadem Hiſpaniâ Cn. Piſonem, *cui ob ſuſpicionem urbanæ coniurationis provincia Hiſpania vltrò extra ordinem data*, vt loquitur ipſe ore Tranquilli. Ar ô impudentem! tanquam haud ei computandum in lucro, quod non perierit aut in Tulliano cum Cethegis, aut in acie cum Catilinis. Equidem ſi iſtud licitum fuerit: ſupervenient mihi etiam è familiâ Veri hi, quorum ſic meminit Iul. Capitolinus: *Habuit & alios libertos Verus improbos, Codem & Electum ceteroſque; quos omnes Marcus poſt mortem Veri, ſpecie honoris, abiecit, &c.* Verùm tales heìc comparere, nec ius eſt nec fas. Nam ſi id; multo meliore jure fecerit mater Romuli; cui injuriam inſignitè il-

R 2

Digitized by Google

latam à pàtruo Amulio, ſub prætextu admodum favorabili, ſic breuiter notat libro I. Livius: *Fratris filia Rhea Silvia per ſpeciem honoris, cum Veſtalem eam legiſſet, perpetuâ virginitate ſpem partus adimit, &c.* Sed abſit vt aut illam, aut alium vllum evocem excitemque: in hoc iam ſolùm intentus vt auribus imbibam admodum ſiticuloſis.

Ohe jam ſatis eſt; ohe.

& eſt ſanè ſatis. quocirca vel ſic valeant tales honores: plaudat autem eis qui non novit.

Dux deerat, abducto Verginio per ſimulationem amicitiæ. Lib. I. Hiſtor.

MOdò vidimus abiectos homines titulis honorificis haud forſan minus iucundum erit aſpicere alios eodem planè prætextu adlectos, abſtractoſque, velut gallos à ſterquilinio ſuo. huius quoque generis annona & vilis & multiplex.

Sæpe ego digeſtos volui numerare colores:
Non potui, numero copia maior erat.

commune tamen quaſi eliciendi formam præſcripſit nobis Herodotus lib. v. vbi ſic agit de Hiſtiæo: Μαθὼν δὲ ὁ Μεγάβαζος τὸ ποιεύμενον ἐκ τοῦ Ἱστιαίου, ὡς ἦλθε τάχιστα ἐς τὰς Σάρδις ἄγων τοὺς Παίονας, ἔλεγε Δαρείῳ τάδε: Ὦ βασιλεῦ, οἷόν τι χρῆμα ἐποίησας, ἀνδρὶ Ἕλληνι δεινῷ τε καὶ σοφῷ δοὺς ἐγκτίσασθαι πόλιν ἐν Θρηίκῃ, ἵνα ἴδη τε ναυπηγήσιμός ἐστι ἄφθονος, καὶ πολλοὶ κωπέες, καὶ μέταλλα ἀργύρεα. ὅμιλός τε πολλὸς μὲν Ἕλλην περιοικέει, πολλὸς δὲ βάρβαρος· οἳ προστάτεω ἐπιλαβόμενοι, ποιήσουσι τοῦτο τὸ ἂν κεῖνος ἐξηγέηται καὶ ἡμέρης καὶ νυκτός. σὺ τοίνυν τοῦτον τὸν ἄνδρα παῦσον ταῦτα ποιεῦντα, ἵνα μὴ οἰκηίῳ πολέμῳ συνέχηαι. τρόπῳ δὲ ἠπίῳ μεταπεμψάμενος, παῦσον. ἐπεὰν δὲ αὐτὸν περιλάβῃς, ποιέειν ὅκως μηκέτι κεῖνος ἐς Ἕλληνας ἀπίξεται. ταῦτα λέγων ὁ Μεγάβαζος, εὐπετέως ἔπειθε Δαρεῖον, ὡς εὖ προορέων τὸ μέλλον γίνεσθαι. μετὰ δὲ, ἄγγελον πέμψας ὁ Δαρεῖος ἐς τὴν Μύρκινον, ἔλεγε τάδε, Ἱστιαῖε, βασιλεὺς Δαρεῖος τάδε λέγει, Ἐγὼ φροντίζων εὑρίσκω ἐμοί τε καὶ τοῖσι ἐμοῖσι πρήγμασι οὐδένα εἶναι σεῦ ἄνδρα εὐνοέστερον. τοῦτο δὲ οὐ λόγοισι ἀλλ' ἔργοισι οἶδα μαθών. νῦν ὦν (ἐπινοέω γὰρ πρήγματα μεγάλα κατεργάσασθαι) ἀπικνέο μοι πάντως, ἵνα τοι αὐτὰ ὑπερθέωμαι. τούτοισι τοῖσι ἔπεσι πιστεύσας ὁ Ἱστιαῖος, καὶ ἅμα μέγα ποιεύμενος βασιλῆος σύμβουλος γενέσθαι, ἀπίκετο ἐς Σάρδις. ἀπικομένῳ δέ οἱ ἔλεγε Δαρεῖος τάδε, Ἱστιαῖε, ἐγώ σε μετεπεμψάμην τῶνδε εἵνεκεν. ἐπεί τε τάχιστα ἐνόστησα ἀπὸ Σκυθέων, καὶ σύ μοι ἐγένεο ἐξ ὀφθαλμῶν, οὐδέν κω ἄλλο χρῆμα οὕτω ἐν βραχέι ἐπεζήτησα ὡς σὲ ἰδέειν τε καὶ ἐς λό-

γȣς μοι ἀπικέσθαι ἐγνωκὼς ὅτι κτημάτων πάντων ἐστὶ τιμιώτατον ἀνὴρ φίλος, συνετός τε καὶ εὔνοος. τά τοι ἐγὼ καὶ ἀμφότερα συνειδὼς, ἔχω μαρτυρέειν ἐς πρήγματα τὰ ἐμά. νῦν ὦν (εὖ γὰρ ἐποίησας ἀπικόμενος) τάδε τοι ἐγὼ προτείνομαι. Μίλητον μὲν ἔα, καὶ τὴν νεόκτιστον ἐν Θρηίκῃ πόλιν· σὺ δέ μοι ἑπόμενος ἐς Σȣ͂σα, ἔχε τάπερ ἂν ἐγὼ, ἐμός τε σύσσιτος ἐὼν καὶ σύμβȣλος: *At Megabyzus, cognito quod fiebat ab Hiſtiæo, quum primum venit Sardis, ducens Pæones, ita eſt Darium alloquutus, Rex, quidnam tu rei feciſti, dato loco ad vrbem condendam in Thracia viro Græco, eidemque ſolerti atque induſtrio? vbi affatim materia eſt ad naves ædificandas, multumque remigum atque pecuniæ? multis etiam cùm barbaris tùm Græcis incolentibus? qui nacti ducem, facient quicquid ille vel die vel nocte præceperit. Nunc igitur tu virum hunc ita facientem inhibe, ne domeſtico bello afflictêris. Inhibe autem miti modo accerſitum; quem quum acceperis, da operam nequando in Græciam revertatur. Hæc loquutus Megabyzus, perfacilè Dario perſuaſit, tumquam probè proſpiciens quod eſſet eventurum. Darius miſſo in Myrcinum nuntio ad Hiſtiæum, hac inquit: Hiſtiæe, rex Darius hæc dicit, Mihi rebusq́ meis melius conſulentem quàm tè invenio neminem: quod non verbis, ſed factis compertum habeo. proinde quũ res magnas agere deſtinem, preſtò mihi ſis vt eas tibi aperiam. His verbis fidem habens Hiſtiæus, & ſimul magni faciens conſiliarium regis fieri, Sardis profectus eſt. Cui advenienti Darius, Hiſtiæe, ego, (inquit,) ea de cauſa te accerſivi, quòd poſteaquam à Scythis redire maturavi, & tu ab oculis meis abfuiſti, nullius rei deſiderium tam me tenuit brevi, quàm ut tu in aſpectum & colloquium meum venires: quum ſciam omnium poſſeſſionum pretioſiſſimam eſſe virum amicum, ſolertem, bene ſentientem: quæ tibi ambo adeſſe ego teſtimonio eſſe poſſum è rebus meis. Quare tibi ego, qui feciſti probè quòd veneris, hoc gratificandum putavi, vt omiſſâ Mileto, & recens conditâ in Thracia vrbe, me ſequaris Suſa, eadem quæ ego habiturus, meusque convictor ac conſiliarius futurus.* Hæc ille. Et verò ſub finem libri VIII. Thucydidis videre eſt Delios ita à Tiſſapherne circumventos: Ἔχθραν προσποιούμενος ἄδηλον, καὶ ἐπαγγείλας στρατιὰν αὐτῶν τοῖς βελτίστοις ἐξαγαγὼν ὡς ἐπὶ φιλίᾳ καὶ ξυμμαχίᾳ, τηρήσας ἀριστοποιȣμένȣς, ϗ περιστήσας τȣ̀ς ἑαυτȣ͂, κατηκόντισε: *Occulto odio diſſimulato, & illorum præſtantiſſimis quibuſque indictâ expeditione per amicitiæ ac ſocietatis ſpeciem eductos, cùm prandentes obſervaſſet, ac ſuorum manu circundediſſet, ſagittis confixerat.* Sed & cernere eſt turmatim incedentes Thracas apud Frontinum, Macedoni læto vultu exprobrantes lib. II. cap. XI: *Alexander devictâ perdomitaq́ Thraciâ petens Aſiam, veritus ne poſt ipſius diſceſſum ſumerent arma, reges eorum præfectoſque, & omnes quibus videbatur eſſe cura detractæ libertatis, ſecum velut honoris cauſſâ traxit. ignobilibus autem relictis plebeios præfecit. conſecutus vti Principes*

Digitized by Google

beneficiis eius conſtricti nihil novare vellent: plebs verò ne poſſet quidem, ſpoliata principibus. Eoſdem vt & alios nonnullos videmus tali habitu apud Iuſtinum lib. XI: *Proficiſcens ad Perſicum bellum, omnes noverca ſua cognatos quos Philippus in excelſiorem dignitatis locum provehens, imperiis præfecerat, interfecit: ſed nec ſuis qui apti regno videbantur pepercit; ne quâ materia ſeditionis procul ſe agente, in Macedoniâ remaneret. & reges ſtipendiarios cõſpectioris ingenij ad commilitium ſecum trahit, ſegniores ad tutelam regni relinquit.* Sed & anxiâ facie aſpiciamus Antipatrum lib. XII. Iuſtini: *Se quoq; à Macedoniâ non ad ſocietatem militia, ſed ad pœnam evocatum arbitrabatur.* Haud temerè. ita quippe electatus frater Iuliani Imperatoris, Gallus; de quo Ammianus lib. XIV: *Aduenit poſt multos Scudilo ſcutariorum tribunus, velamento ſubagreſtis ingenii perſuaſionis opifex callidus, qui eum adulabili ſermone ſeriis admixto, ſolus omnium proficiſci pellexit; vultu aſſimulato ſæpius replicando quo flagrantibus votis eum videre frater cuperet patruelis, quod per imprudentiam geſtum eſt remiſſurus, vt mitis & clemens: participemq; eum ſua maieſtatis adſcitum, vt futurum laborum quoque ſocium, quos Arctoa provincia diu feſſa poſcebant, &c.* Nec ſecus accidit Vitaliano, teſte Euagrio lib. IV. Hiſtoriar. Eccleſ. cap. III: Τὸν δέ γε Βιταλιανὸν ἐπὶ τῆς Θρᾴκης διαιτώμενον, ὃς Ἀναστάσιον ἐξῶσαι τῆς βασιλείας ἐβουλήθη, πρὸς τὴν Κωνσταντίνου καλεῖται πόλιν. δείσας μὲν αὐτοῦ τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἀμφὶ τοὺς πολέμους ἐμπειρίαν. τό τε παρὰ πᾶσι κλέος, καὶ ἣν εἶχε περὶ τὴν βασιλείαν ἔφεσιν. ἐπιβουλίαν δὲ ἐπιςήσας, ὡς οὐκ ἑτέρως αὐτοῦ περιέσεται, μήτιγε φίλος εἶναι προσποιήσαιτο, καὶ τῷ δόλῳ προσωπεῖον ἀνεξέλεγκτον περιθεὶς, στρατηγὸν αὐτὸν ἑνὸς τῶν καλουμένων πραισέντων ἀναδείκνυσιν. ἐπὶ πλεῖω δὲ τὴν πειθοῖ χώραν διδοὺς ἐπεξαπατῶν μείζονι, καὶ ἐς ὑπάτους τὸν Βιτάλιον ἀναβιβάζει. ἔνθεν τῆς ὑπατείας ἐχόμενος, ἐπεὶ κατὰ τὰ βασίλεια γέγονεν, ἔν τινι μεταυλείῳ θύρᾳ δολοφονηθεὶς ἐτελεύτησε: *Vitalianum vero vitam in Thracia degentem, qui Anaſtaſium Imperio exturbare moliebatur, Iuſtinus Conſtantinopolim accerſit. Nã & potentiam eius extimuit, & ancipitem fortunam, quæ in bellis cerni ſolet, & nominis eius celebritatem, quæ in omnium ore fuit, & Imperij, quâ flagrabat, cupiditatem. At cum coniectura proſpiceret, idque ſanè veriſſime, ſe non alia ratione eum poſſe vincere, niſi amicitiam erga eum ſimularet: vultu mirè ad fraudem compoſito, quæ facilè deprehendi non poſſet, vnum ex ducum numero, qui Præſentes vocantur, eum deſignat. Et quò magis perſuaderetur Vitaliano, & facilior aditus ad fraudem pateret, ad conſulatus quoque honorem effert. Qui Conſul factus, cum in palatio verſaretur in porta quadam poſt aulam poſita, per dolum caſus occubuit.* Miſeros illos! ſed minus tamen quàm Corbulo, & correi ipſius. flagitiis quippe ambo operti Gallus ac Vitalianus: iſti verò nullis. de quib. ita Epitomator Caſſij: Τούτων μὲν ὅτι ἀδελφοί τε καὶ ἡλικιῶται

κιῶταί τρόπον τινὰ ὄντες, καὶ μηδὲν μηδέποτε ἄνευ ἀλλήλων πράξαντες, ἀλλ' ὥσπερ τῷ γένει, οὕτω καὶ τῇ προαιρέσει τῇ τε οὐσίᾳ συμπεφυκότες, καὶ τὰς Γερμανίας δὲ ἀμφοτέρας ἐπὶ πολὺ ἅμα διῴκησαν· ἦλθόν τε ἐς τὴν Ἑλλάδα μεταπεμπτοὶ, ὥστε αὐτῶν τοῦ Νέρωνος δεομένου· καὶ ἐγκλήματος οἷα ὁ καιρὸς ἐκεῖνος ἔφερε λαβόντες, καὶ μήτε λόγου τυγχάνοντες, μήτε ἐς ὀφθαλμοὺς τοῦ Νέρωνος ἀφικνούμενοι, καὶ διὰ τοῦθ' ὑφ' ἁπάντων ὁμοίως ἀτιμαζόμενοι, ἀποθανεῖν τε ἐπεθύμησαν, καὶ ἐτελεύτησαν τὰς φλέβας αὐτῶν σχάσαντες. τοῦ δὲ δὴ Κορβούλωνος, ὅτι καὶ ἐκεῖνον ἐντιμότατα μεταπεμψάμενος, καὶ τά τε ἄλλα καὶ πατέρα καὶ εὐεργέτην αὐτὸν ἀεὶ ὀνομάζων ἐπεῖτ', ἐπειδὰν τῇ Κεγχρέᾳ προσέσχε, σφαγῆναι, πρὶν καὶ ἐς ὄψιν αὐτῷ ἐλθεῖν, προσέταξε. κιθαρῳδήσειν γὰρ ἤμελλεν, (ὥς τινες λέγουσι) καὶ οὐχ ὑπέμεινεν αὐτῷ τὸ ὀρθοστάδιον ἔχων ὀφθῆναι. καὶ ὃς, ἐπειδὰν τάχιστα τὸ προστεταγμένον ἔγνω, ξίφος τε ἔλαβε, καὶ ἑαυτὸν ἐρρωμένως παίων, ἔλεγεν, Ἄξιος: *Rufus & Proculus cùm fratres eſſent ac fere æquales, nihilq́ unquã diſiũcti & ſeparati feciſſent, vt erãt genere & inſtituto vitæ & facultatibus coniuncti, diuq́ ſimul vtranq́ Germaniam adminiſtrauerant; ita ſimul acciti in Græciam venerunt, tanquam Nero eorum operâ indigeret. Cùmq́ rei facti criminum, prout illa tempora ferebant, nec cauſſæ dicendæ poteſtatẽ conſequerẽtur, nec in conſpectũ Neronis admitterentur, ac proinde ab omnibus pariter deſpicerentur, mortem obire maluerunt, inciſis ſibi venis. Corbulo autem accitus honorificentiſſimè (quem virum Nero præter cetera patrem & benefactorem appellabat) poſtquam Cenchreas appulit, ab eodem occidi iuſſus eſt, priuſquam in conſpectum eius veniret. Nero enim, vt quidam aiunt, cùm ſtatuiſſet cithara canere, orthoſtadium indutus, ab eo ſe videri non ſuſtinuit. Corbulo vt mandatum Neronis intellexit, gladium accepit, ſeque ipſum fortiter percutiens, ait: Dignus, &c.* Ex iſtis, veluti per ſpecularem lapidem, patent illa Taciti haud alioquin abſtruſa, extremo libri I: *Id quoque morum Tiberij fuit, continuare imperia, ac pleroſque ad finem vitæ in iiſdem exercitibus ac iuriſdictionibus habere. Cauſſa variæ traduntur. alij tædio novæ curæ ſemel placita pro æternis ſeruauiſſe. quidã inuidiâ, ne plures fruerentur. Sunt qui exiſtiment, vt callidum eius ingenium, ita anxium iudicium: neque enim eminenteis virtutes ſectabatur, & rurſum vitia oderat. ex optimis periculum ſibi; à peſſimis, dedecus publicum metuebat. Quâ haſitatione poſtremo eò provectus eſt, vt mandauerit quibuſdam provincias, quos egredi vrbe non erat paſſurus.* Quæ poſtrema, ita aliis verbis enuntiat Suetonius in vita eiuſdem Imp. cap. LXIII: *Vnum & alterum Conſulares oblatis provinciis, non auſus à ſe dimittere, uſque adeo detinuit, donec ſucceſſores poſt aliquot annos præſentibus daret: cùm interim manente officij titulo, etiam delegaret plurima, aſſiduéq́ illi per legatos & adiutores ſuos exequenda curarent.* Sed conſideremus & euocatos alios. Ac Dio quidem in fragmentis ſcribit de Marino & præfectis Pannoniæ aç Daciæ: Τοὺς γὰρ

ἄρχοντας

νιαῦ ἡμῖν θέλοντος, προσθήσεις δὲ ἴσως, ὅτι, καὶ δεξιοῦσθαι φιλικῶς τι καὶ συγγενικῶς, καὶ τι παραπολαύειν τῆς φιλίας τῆς ἡμετέρας. τὸ δὲ λόγος, οὐκ ἔργον ἐστίν: *Eſt quidem facile ſpecioſum aliquem prætextum invenire, teque excuſare atq; æqua dicere videri; nempe nos à te minimè eijci: verùm hinc potius honore abs te affici, quod nobis vicinos eſſe cupias. addes etiam fortaſſè quod nos amicè, & ut cognatos decet, complecti atque etiam aliquem ex noſtra amicitia fructum capere vis. Hoc autem merus ſermo eſt, non res.* Atq; hanc quidem technam, cur putem eſſe quaſi unum de arcanis imperij, eſt quod inveniam tale quid bis inculcatum Cyropædiæ Xenophontis: ſemel his verbus lib. v: Ἤγετο δὲ καὶ τῶν ἑαυτοῦ τῶν τε πιστῶν οἷς ἥδετο, καὶ ὧν ἠπίστει πολλούς, ἀναγκάζας τοὺς μὲν αὐτῶν καὶ γυναῖκας ἄγειν, τοὺς δὲ καὶ ἀδελφούς, ὡς δεδεμένους τούτοις κατέχοι αὐτούς: *Præterea Gadatas ſuorum pleroſque ſecum abducebat, tum fidos quibus delectabatur, tum quibus diffidebat: quorum alios cogebat ſecum uxores ducere, alios ſorores; ut his quaſi vinculis eos conſtrictos teneret.* Iterũ lib. VII; ubi de Crœſo loquitur: Ἤγετο δὲ τὸ λοιπὸν, ὅποι καὶ αὐτὸς πορεύοιτο, εἴτ' ἄρα καὶ χρήσιμόν τι νομίζων αὐτὸν εἶναι, εἴτε καὶ ἀσφαλέστερον οὕτως ἡγούμενος: *Ac deinceps ille, quocumque Cyrus proficiſceretur, unà ducebatur: ſive adeo propterea, quòd eum ſibi utilem eſſe crederet, ſeu quòd ita tutius arbitraretur.* Huic arti, maximè propinqua eſt ars ea quæ de loco in locum transferre iubebat, quos cupiebant principes ſimiles arbori frequenter tranſplantatæ; ne videlicet nimium coaleſcerent. Haud infimus in hac ſchola Tiberius, de quo ſic Tacitus libro Annalium II: *Cæterum Tiberio haud ingratum accidit turbari res Orientis, ut eâ ſpecie Germanicũ ſuetis legionibus abſtraheret, novuque provinciis impoſitum &c.* Nec novitius heic Baſilius ille apud Zonaram in vita Baſilij Pophyrogeniti: τὸν ὑποπτεύων δὲ τὸν Μάγιστρον Βάρδαν τὸν Σκληρὸν στρατηλάτην ὄντα, καὶ πάσας ὑφ' ἑαυτὸν ἔχοντα τὰς Ἑῴας δυνάμεις. ἀφαιρεῖται μὲν αὐτοῦ τὴν στρατηλάτου ἀρχὴν, δοῦκα δὲ Μεσοποταμίας αὐτὸν προχειρίζεται. τοῦτο σφόδρα ἠνίασε τὸν Σκληρὸν, &c: *Et quia Magiſtrum Bardam Sclerum ducem, cui omnes Orientales copiæ parebant, ſuſpectum habebat; eâ dignitate ereptâ, Meſopotamiæ ducem deſignat. Quam ille rem iniquiſſimo ferens animo &c.* Iã abrumpo. nam ſi perrexero, nunquam finis fuerit: & non eſt forte ex decoro regnantium, nimium patefieri huiuſmodi cubilia.

Quo loco cenſebis Cæſar? ſi primus, habebo quod ſequar; ſi poſt omnes, vereor ne imprudens diſſentiam.

I. Annal.

CREATVS aliquando Rex fabâ Saturnalitiâ, cùm multa illo meo die conarer, quę perſonam talem decere viderentur; factum eſt ut eadem me quoq; comitante ſolicitudine per quietem, nocte potirer merè regiâ. In quâ dum inter alia, etiam concilium cogo; erant quibus mirum videbatur, quod abirem à more communi; atque, abſconditâ voluntate meâ, invitarem ſingulos ad aperiendam ſententiam, non vivâ voce, ſed ſcripto; & ſic tamen poſtea haud prius fieri paterer Senatusconſultū, quàm introduxiſſem unum alterumque experientiæ ac doctrinæ veterem,

——— cui plurima dictis
Conſiliisque fides,

qui meditatâ oratione alteram partem, acriter oppugnaret, in quā tunc animis pedibuſque inclinabatur. Verum ut hominibus conſtet, poſſe quem reddere rationem, non modò otij ſui, ſed & ſomnij; cauſam huius meæ inſolentiæ, paucis exponam. Nimirum occurrebat animo hiſtoria vetus, Græca pariter ac Latina, in eâ cùm cōſultores ferè omnes conſpiciantur ſine linguâ, aut certè ſine linguâ ſuâ; verebar, ne & meo etiam imperio, ſub aliis perſonis priſca reſtauraretur fabula. Aſſeuerat quidem apud Dionem Caſſium lib. XLIV. Tullius Cicero: Ἀεὶ μὲν ἔγωγε οἶμαι χρῆναι μηδένα μηδενὸς χάριν μήτε πρὸς φιλονεικίαν λέγειν, ἀλλ᾽ ὃ βέλτιστον ἕκαστος εἶναι νομίζει, τοῦτ᾽ ἀποφαίνεσθαι: *In omnibus conſultationibus, neq; gratiam ſpectandam, neq; odia exiſtimo; ſed eam unūquemq; ſententiam dicere debere, quam ipſe optimam cenſeat.* Promittit quoq; valde liberaliter Mamertinus Panegyr. in Iulianum: *In referenda gratiâ hoc tibi polliceor, ſemperq; præſtabo; mihi neque in ſuggerendis conſiliis veritatem, neque in adeundis, ſi res popoſcerit, periculis animum, neque in ſententiâ ſimpliciter ferendâ fidem, neque in hominum voluntatibus pro Rep. teque lædendis libertatem, neque in laboribus praferendis induſtriam, neq; in augendis imperij tui commodis grati animi benevolentiam defuturam.* Sed an hæc talia item ipſe alijque impleuerint, ignoro. hoc ſcio; plures paſſim ſe heîc ita gerere, ut doleas non adeſſe pelvim. Scin' quomodo? Audiemus id uel ex uno Tacito.

De

De Meſſalâ refert lib. I. Annal: *Interrogatusq; à Tiberio, num ſe mandante eam ſententiam prompſiſſet? reſpondit; neque in iis quæ ad Remp. pertinerent, conſilio niſi ſuo uſurum, vel cum periculo offenſionis. ea ſola ſpecies adulandi ſupererat.* Idem lib. III. Annal: *Ennium Equitem Rom. Maieſtatis poſtulatum quod effigiem Principis promiſcuum ad uſum argenti vertiſſet, recipi Cæſar inter reos vetuit; palam aſpernante Ateio Capitone, quaſi per libertatem: non enim debere eripi Patribus vim ſtatuendi, neque tantum maleficium impunè habendum. ſanè lentus in ſuo dolore eſſet; Reip. injurias ne largiretur.* Eiuſdem eſt nauſeæ illud Plutarchi libro de Adul. & Amici diſcrim: Τιβερίου δὲ Καίσαρος εἰς τὴν σύγκλητόν ποτε παρελθόντος, εἷς τῶν κολάκων ἀναστὰς, ἔφη δεῖν ἐλευθέρους ὄντας παῤῥησιάζεσθαι, καὶ μηδὲν ὑποστέλλεσθαι, μηδ᾽ ἀποσιωπᾶν τῶν συμφερόντων. ἀνατείνας δὲ πάντας οὕτως γινομένης αὐτῷ σιωπῆς, καὶ τοῦ Τιβερίου προσέχοντος, Ἄκουσον (ἔφη) Καῖσαρ, ἅ σοι πάντες ἐγκαλοῦμεν, οὐδεὶς δὲ τολμᾷ φανερῶς λέγειν· ἀμελεῖς σεαυτοῦ, καὶ προΐεσαι τὸ σῶμα, καὶ κατατρύχεις ἀεὶ φροντίσι καὶ πόνοις ὑπὲρ ἡμῶν, οὔτε μεθ᾽ ἡμέραν, οὔτε νύκτωρ ἀναπαυόμενος. πολλὰ δὲ αὐτοῦ τοιαῦτα συνείροντος, εἰπεῖν φασι τὸν ῥήτορα Κάσσιον Σευῆρον, Αὕτη τοῦτον ἡ παῤῥησία τὸν ἄνθρωπον ἀποκτενεῖ: *Tiberio Cæſare aliquando in Curiam progreſſo, quidam adulatorum ſurrexit, dixitque liberorum hominum liberas debere eſſe voces, nihilq; diſſimulandum aut reticendum eorum quæ prodeſſent. quâ oratione cùm omnium attentionem excitaſſet; facto ei ſilentio, & Tiberio auſcultante; Audi, inquit Cæſar, quid in te univerſi deſideremus, nemo tamen audet palam eloqui; negligis teipſum corporisq; rationem tui non habes; ſed te curis quas pro nobis geris, neque interdiu neque noctu quietem capiendo, atteris. cùmque multa id genus collegiſſet, Caſſium aiunt Severum rhetorem dixiſſe; Iſta hunc hominem libertas perdet.* Et hi ſunt quos ſignat Æſchines Epiſt. XI: Εὖ γὰρ εἰδέναι χρὴ, ὅτι τῶν πολιτευομένων οἱ μᾶλλον ἐπιπλήττειν ἢ χαρίζεσθαι θέλοντες ὑμῖν δοκεῖν, οὗτοι καὶ μάλιστα πρὸς ἡδονὴν λέγουσι· τὴν ὑπὸ προσχήματος παῤῥησίας ὁδὸν τοῦ κολακεύειν ἑλόμενοι. καὶ γὰρ αὕτη τίς ἐστι τοῦ χαρίζεσθαι πολίταις καὶ ἡγεμόσι πολὺ κακουργοτέρα προαίρεσις: *Sciendum enim eſt, eos magiſtratus qui magis obiurgare vos, quàm gratiam veſtram aucupari videri volunt, maximè ad gratiam loqui; delectâ eâ adſentandi viâ quæ ſub velamento libertatis deliteſcat. Nam hæc eſt gratificandi civibus & ducibus via multo malitioſior.* Neque alios fortaſſe ſubindicat Iuſtinus Imp. apud Euagrium lib. V. Eccleſ. hiſt. cap. XIII. ubi Tiberio ſucceſſori ſuo, Τοὺς ἄρχοντας δεικνὺς ἔλεγε, ἥκιστα χρῆναι τούτοις πείθεσθαι, προσθεὶς ὡς αὐτοί με εἰς ἅπερ ὁρᾷς ἤγαγον, *digito magiſtratus demonſtrans, non oportet, inquit horum conſiliis morem gerere. nam hi me in iſtas quas cernis miſerias deduxerunt.* Huiuſmodi ergo indolis Senatores, exaudias in conciliis omnibus; rariſſimos verò ſimiles Theodoro, qui teſte Ammiano lib. XXIX; *Solus penè o-*

mnium erat, cuius linguam non effrenem, ſed diſpicientem quæ loqueretur, nullus claudebat periculi metus. Rariores adhuc accedentes ad ingenium eius qui non dubitat profiteri, in Telepho Euripidis:

——Οὐδ᾽ εἰ πέλεκυν ἐν χεροῖν ἔχων
Μέλλοι τις εἰς τράχηλον ἐμβαλεῖν ἐμὸν,
Σιγήσομαι, δίκαιά γ᾽ ἀντειπεῖν ἔχων:
—— *Haud enim ſecurim ſi manibus tenens*
Aliquis, ceruici eſſet incuſſurus mea:
Conticerem, iure ſi contradicere poſſem.

Cuius ſeminis depingitur Helvidius Priſcus. Προσπέμψαντος γὰρ αὐτῷ Οὐεσπεσιανοῦ, ἵνα μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν σύγκλητον, ἀπεκρίνατο, ἐπὶ σοί ἐστι μὴ ἐᾶσαί με εἶναι συγκλητικόν. μέχρι δ᾽ ἂν ὦ, δεῖ με εἰσέρχεσθαι. ἄγε, ἀλλ᾽ εἰσελθών, φησι, σιώπησον. μή μ᾽ ἐξέταζε, καὶ σιωπήσω. ἀλλὰ δεῖ με ἐξετάσαι. κἀμὲ εἰπεῖν, τὸ φαινόμενον δίκαιον. ἀλλ᾽ ἐὰν εἴπῃς, ἀποκτενῶ σε. πότε οὖν σοι εἶπον, ὅτι ἀθάνατός εἰμι; καὶ σὺ τὸ σὸν ποιήσεις, κἀγὼ τὸ ἐμόν. σόν ἐστιν, ἀποκτεῖναι· ἐμὸν, ἀποθανεῖν, μὴ τρέμοντα. σὸν, φυγαδεῦσαι· ἐμὸν, ἐξελθεῖν μὴ λυπούμενον: *Nam cùm ad eum Veſpaſianus miſiſſet, ne in Senatum veniret: Penes te, inquit, eſt ne me Senatorem eſſe patiaris. quàm diu autem me loco non moveris, eſt in Curiam mihi veniendum. Age; at ingreſſus taceto, inquit. Ne me roga, & tacebo. At eſt mihi rogandum. Et dicendum mihi quod rectum eſſe putaro. Verùm ſi dixeris, occidam te. Quando ergo tibi dixi me immortalem eſſe? tu tuum facies; ego meum. tuum eſt occidere: meum, mori non trementem: tuum relegare; meum exire non triſtem.* Arrianus lib. I. ad Epict. cap. II. Prudenter quidem apud Tacitum libro I. Annal. Piſo; *Quo loco cenſebis &c.* Sed quid? aſſentieris Tiberio cenſenti quamuis imperitè? quamuis iniuſtè? Abſit id, inquies, à Cæſare! Benè eſt quod abomineris. Maius tamen foret pondus votis, niſi & de ſe dicere cogeretur quilibet Princeps:

Homo ſum: humani à me nil alienum puto.

Verùm quid tricor? Imbiberant priſci Reges omnes, nullum ferè eſſe ſuorum, quin Ἢ καθεδεῖται ὡς κεράμιον· ἢ λέγων, ἐρεῖ ἃ οἶδεν, ὅτι ὁ Καῖσαρ θέλει, καὶ προσεπισωρεύσει ἔτι πλείονα, *Aſſeſſurus eſſet tamquam ſtatua fictilis, aut ſi loqueretur, ea dicturus quæ Cæſarem velle ſciret, ac plura etiam,* vt cõcinnè idem Epicteti commentator eod. cap. Cuius opinioni accedit Seneca lib. VI. de Benef. cap. XXX: *Monſtrabo tibi cuius rei inopiâ laborent magna faſtigia; quid omnia poſſidentibus deſit: ſcilicet ille qui verum dicat; & hominem (inter mentientes ſtupentem, ipſâque conſuetudine pro rectis blanda audiendi, ad ignorantiam veri perductum) vindicet à conſenſu concentuque falſorum. Non vides quemadmodum illos in præceps agat extincta libertas, & fides in obſequium ſervile ſubmiſſa, dum nemo ex animi ſui ſententiâ ſuadet,*

diſſuadetq́;

diſſuadetq́.; ſed adulandi certamen eſt; & vnum amicorum omnium officium, vna contentio, quis blandiſſimè fallat? Atque hinc eſt quod legimus, nunc quidem apud Curtium lib. IV: *Alexander, legatis exire tabernaculo iuſſis, quid placeret ad conſilium refert. Diu nemo quid ſentiret auſus eſt dicere, incertâ Regis voluntate, &c.* Nūc Taciti lib. 20. IV. Hiſtor: *Primo minax certamen, & egregiis orationibus vtrimq́. teſtatum. mox dubiâ voluntate Galbæ multis Senatorum deprecantibus, omiſit Priſcus.* Nunc fine lib. XXI. Ammiani: *Conſtantius vxoribus ac ſpadonum gracilentis vocibus, & Palatinis quibusdam nimium quantum addictus, ad ſingula eius verba plaudentibus, & quid ille aiat vel neget vt aſſentiri poſſint, obſervantibus, &c.* Imò, vbi exclamat apud Senecā VI. de Benef. cap. XXXII. ob publicata filiarum ſuarum flagitia Auguſtus: *Horum nihil mihi accidiſſet, ſi Agrippa aut Mecœnas vixiſſet*: diſertè adiicit idem Annæus, aulæ minimè imperitus: *Adeo, tot habenti millia hominum, duos reparare difficile eſt. Cæſæ ſunt legiones; & protinus ſcriptæ. fracta claſſis; & intra paucos dies natavit nova. ſævitum eſt in opera publica ignibus; ſurrexêre meliora conſumptis. totâ vitâ Agrippæ & Mecænatis vacauit locus. Quid putem? defuiſſe ſimiles qui aſſumerentur? an ipſius vitium fuiſſe qui maluit quæri quàm quærere? Non eſt quod exiſtimemus Agrippam & Mecænatem ſolitos illi vera dicere; qui ſi vixiſſent, inter diſſimulantes fuiſſent. Regalis ingenij mos eſt, in præſentium contumeliam amiſſa laudare, & his virtutem dare vera dicendi, à quibus audiendi periculū non eſt.* Quapropter, tanquam in re inſolenti gratulatur ſibi, cum gemitu Plinius Panegyr: *Interrogauit quisque quod placuit. diſſentire, diſcedere, & copiam iudicij ſui Reip. facere tutum fuit. Conſulti omnes, atque etiam dinumerati ſumus, vicitque ſententia non prima ſed melior. At quis antea loqui, quis hiſcere audebat, præter miſeros illos qui primi interrogabantur? ceteri quidem defixi & attoniti ipſam illam mutam ac ſedentariam aſſentiendi neceſſitatem quo cum dolore animi, quo cum totius corporis horrore perpetiebantur? vnus ſolusq́. cenſebat, quod ſequerentur omnes, & omnes improbarent, inprimis ipſe qui cenſuerat: adeo nulla magis omnibus diſplicent, quam quæ ſic fiunt tanquam omnibus placeant*: Profuit mos iſte miſero cuidam de quo ſic Caſſius fine libri LVII: Πάντως δ' ἂν καὶ τὸν συμπωλήσαντα τῇ οἰκίᾳ τιν ἀνδριάντα αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τούτῳ κριθέντα, ἀπεκτόνει, εἰ μὴ ὁ ὕπατος αὐτὸν ἐκεῖνον τὴν γνώμην πρῶτον ἀνήρετο. αἰδεσθεὶς γὰρ μὴ καὶ ἑαυτῷ τι χαρίζεσθαι δόξῃ, τὴν ἀπολύουσαν ἔθετο: *Erat animus Tiberio eum quoq́. necare, qui cum domo ſtatuam ipſius aliquam vendidiſſet (nam eo crimine poſtulatus quidam erat) niſi Conſul ipſum primum omnium ſententiam rogando, effeciſſet, vt quum puderet ipſum in ſui gratiam quidpiam cenſere, ſuo ſuffragio eum abſolueret.* Vidit hæc Romanus; ideoque liberâ adhuc Republicâ, inquit Dio lib. XXXIX:

Ἐν γάρ τοι ταῖς συνόδοις καὶ ταῖς τοῦ δήμου, ἐν αἷς γε καὶ ἐβουλεύοντο, πάντες, πρὸς τοὺς ἰδιώτας πρὸ τῶν τὰς ἀρχὰς ἐχόντων ὁ λόγος ἐδίδοτο· τοῦ μηδένα αὐτῶν, ὡς ἔοικε, τῇ τοῦ κρείττονος γνώμῃ προκαταλαμβανόμενον, ὑποστέλλεσθαί τι ὧν φρονοίη, ἀλλ' ἐπὶ πάσης παρρησίας τὰ δοκοῦντα αὐτῷ λέγειν: *In omnibus Comitiis, vbi quid cũ populo agendum erat, prius priuatis hominibus concio dabatur, quàm magiſtratum tenentibus; ne quis nimirum potentiorũ, vt aſſolet, ſententiâ præventus, ſuam ipſe ſupprimeret, ſed ſumma libertate quid ſentiret, exponeret*. Nec aliâ de cauſsâ natas quatuor leges Tabellarias, quibus populo permittebatur ſuffragium, non vocis ſed tabellæ, teſtatur lib. III. de legibus Cicero. Quarũ vtilitatẽ animaduertit Męcenas explicatq; Auguſto lib. LII. Dionis: Τὰς μέντοι γνώμας αὐτῶν μὴ φανερῶς, ὅσαι γε καὶ ἐπισκέψεως ἀκριβεστέρας δέονται, διαπυνθάνου (ἵνα μὴ τοῖς προσήκουσι σφῶν ἐφεπόμενοι, κατοκνῶσι παρρησιάζεσθαι) ἀλλ' ἐς γραμματεῖα γραφομένας· οἷς αὐτὸς μόνος ἐντυχών, ὑπὲρ τοῦ μηδενὶ ἄλλῳ ἐκδήλους αὐτὰς γίγνεσθαι, εὐθέως αὐτὰς ἀπαλείφεσθαι κέλευε. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τὴν ἑκάστου γνώμην διακριβώσαις, εἰ ἀνέλεγκτον αὐτὴν παρὰ τοῖς ἄλλοις πιστεύσειαν ἔσεσθαι: *Hos in cauſsis grauioribus ſententias non apertè rogabis, ne veſtigia neceſſariorum ſequentes, non liberè quid ſentiant pronuncient: ſed in tabellis ſcriptas ad te ſolum, ne cui alij innoteſcant, perferri, ac deleri lectas ſtatim jube. ſic enim vniuſcuiuſque ſententiam certiſsimè cognoſces, ſi eam illi à nemine alio cognitum iri perſuaſum habeant*. Neque ſegnis in imitando idem Auguſtus, cùm aduocatus in conſilium, quo de filii parricidio cognoſcebat T. Arius, ut proditum Senecæ lib. I. de Clemen. cap. XV: *Auditâ cauſsâ, excuſsisq; omnibus, & his quæ adoleſcens pro ſe dixerat, & his quibus arguebatur, petiit vt ſententiam ſuam quiſque ſcriberet, ne ea omnium fieret, quæ Cæſaris fuiſſet*. Eodemque etiam tetendit apud Caſſium lib. LVI: Καὶ ὅπως γε μὴ τοῦ Γερμανικοῦ τοῦ τε Δρούσου γνώμην τινὰ εἰπόντων, ὑποτοπήσωσί τι ἐκ τῆς αὐτοῦ ἐντολῆς τοῦτο γεγονέναι, καὶ ἀνεξέταστον αὐτὴν ἕλωνται, προσέταξε μηδέτερον αὐτῶν μηδὲν εἰπεῖν: *Ne verò ſi Germanicus Druſusque ſententiam tuliſſent, eam ſuo iuſſu pronuntiatam Senatus ſuſpicaretur, atque indiſcuſſam approbaret, vetuit, ne quam ſententiam ij dicerent*. Ideoque idem Auguſtus, recẽſente cap. XXXV. Suetonio; *Sententias de maiore negotio, non more, atque ordine, ſed prout libuiſſet, prærogabat: vt perinde quisq; animum intenderet; ac ſi cenſendum magis quàm aſſentiendum eſſet*. Hocque ipſum voluit Tiberius Taciti lib. III. Annal: *Exemit etiã Druſum Conſulem deſignatum dicendæ primo loco ſententiæ; quod alij ciuile rebantur, ne ceteris adſentiendi neceſsitas fieret, quidam in &c.* Neque abiit lex Theodoſij atque Arcadij, quam prædicat Symmachus lib. x. Epiſt. XXI: *Vetus dicendarum ſententiarum forma reparata eſt; ne ſummum cuiq; decernendi locum non ratio munerum, ſed honorum fortuna præſtaret; atq; id adſenſio ceterorum vel inuita ſequeretur,*

quod

quod ante omnes felicior cenſuiſſet. Verùm quantulum quæſo iſtud fuit? ſi fides Manueli Imp. ne redimendum quidem caſſâ nuce: vtique cùm non dubitet affirmare in Præfatione ad filium: Δίων, Ισοκράτης, πολλοὶ ἕτεροι, βασιλικοὺς μὲν λόγους ὀνομασθέντας, καὶ πρὸς αὐτοὺς βασιλέας, πολλούς τινας γεγραφότες· τηρεῖν δὲ ὅμως ἐθέλοντες τὰ πρέποντα σφίσιν αὐτοῖς, καὶ τοῖς βασιλεῦσι, καὶ μὴ δοκεῖν θρασύνεσθαι, μὴ δὲ προπετῶς ἔχειν, τέχνῃ μακρᾷ δεξιούμενοι ὑπεροχὰς τῶν κρατούντων, ἔπειτα καὶ ταύτῃ συνεσταλμένως τὸ δέον ἀποφαινόμενοι: *Dio, Iſocrates, complures alij, ſcripsêre quidem illi multas regias, ſic enim appellatæ ſunt, orationes ad ipſos etiam Reges: ſed quod perſonæ tam ſuæ quàm regiæ decorum ſeruare cuperent, nec vel inſolentes vel proterui videri; prolixâ regiam eminentiam arte demulcent, ac deinde ne ſic quidem liberè ſatis id, quod dicendum erat, pronunciant.* Equidem ſi nec iſti loquuntur linguâ ſatis liberâ, quid expectemus ab obnoxiis Conſiliariis? Illud ſcilicet quod tempore Cæſaris Iulij:

——ſedêre Patres, cenſere parati
Si regnum, ſi templa petat, iugulumque Senatus,
Paſſurasque infanda nurus, &c. vt ait Lucani Calliope lib. II.

Aut ſi animum aliquantiſper maſculauerint, accedent eis, de quibus loquitur Tacitus lib. II. Annal: *Hac atque talia, quamquam cum adſenſu audita ab his, quibus omnia Principum honeſta atq; inhoneſta laudare mos eſt, plures per ſilentium aut occultum murmur excepêre.* Quibus pares iſti, qui apud filium Conſtantini Magni; quorum ſic meminit Marcellinus lib. XXI: *Ingreſſus itaque Antiochiam feſtinando Conſtantius, ad motum certaminum ciuilium avidè ſurrecturus, paratis omnibus exire properabat; immodicè renitentibus plurimis murmure tenus: nec enim diſſuadêre palam audebat quisquã vel vetare.* Nihil igitur miror inveniri, Hermotino Luciani: Τῷ Συρακουσίῳ Γέλωνι φασὶ δυσῶδες εἶναι τὸ στόμα, καὶ τοῦτο ἐπιπολὺ διαλαθεῖν αὐτόν, οὐδενὸς τολμῶντος ἐλέγχειν τύραννον ἄνδρα, μέχρι δή τινα γυναῖκα ξένην, συνενεχθεῖσαν αὐτῷ, τολμῆσαι καὶ εἰπεῖν ὅπως ἔχοι: *Perhibent Geloni Syracuſanorũ regi os fuiſſe putridũ infectumq; graueolentia; id quod per multum tẽporis illum latuit, cũ nemo auderet ob hoc ipſum reprehendere virum præpotentem tyrannide; donec illi mulier peregrina rem vt ſe haberet, ſumpta per iurgium audacia expoſuiſſet.* Nedum vt nouum quid putem, potuiſſe perſuaderi ab aſſentatoribus Pyrrho, vt ſe Alexandro Magno ſimilem putaret, donec ab opinione illa auerteret ipſum anus Lariſſæa; de quâ ſic lepide idem Lucianus πρὸς ἀπαίδευτον: Ἐπεὶ οὕτω διέκειτο ὁ Πύρρος, καὶ ταῦτα ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἐπέπειστο, οὐδεὶς ὅστις οὐ ξυνετίθετο, καὶ ξυνέπραττεν αὐτῷ, ἄχρι δή τις ἐν Λαρίσσῃ πρεσβῦτις ξένη, αὐτῷ τἀληθὲς εἰποῦσα, ἔπαυσεν αὐτὸν τῆς κορύζης. ὁ μὲν γὰρ Πύρρος, ἐπιδείξας αὐτῇ εἰκόνα Φιλίππου καὶ Περδίκκου, καὶ Ἀλεξάνδρου καὶ Κασσάνδρου, καὶ ἄλλων βασιλέων, ἤρετο, τίνι ὅμοιος εἴη,

πάνυ

πάνυ πεπεισμένος ἐπὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἥξειν αὐτήν· ἡ δὲ πολὺν χρόνον ἐπισχοῦσα, Βατραχίωνι, ἔφη, τῷ μαγείρῳ· καὶ γὰρ ἦν τις ἐν τῇ πόλει Λαρίσσῃ Βατραχίων ὄνομα μάγειρος, τῷ Πύρρῳ ὅμοιος: *Pyrrhus poſtquam ita eſſe in animum induxerat, nemo erat omnium, qui diuerſum vel ſentire, vel loqui vellet, donec vetula quædam eius Lariſſæ hoſpita, id quod res erat prelocutura, veſaniam hominis repreſſit. Ille enim cùm Philippi, Perdiccæ, Alexandri, Caſſandri, aliorumque regum Macedonum imagines protuliſſet, requiſiuit cuinam ex illis ſimillimus videretur, omnino pro certo habens fore, vt Alexandro pronunciaret. At illa diu cunctata, tandem; Batrachioni inquit: erat enim quidam in vrbe coquus Batrachio nomine, Pyrrho perquàm ſimilis.* Quin potius aſſentior ſermoni Liuiæ ad Auguſtum, cõſignatũ Dionis lib. LV: Καὶ σοὶ γνώμην δοῦναι ἔχω, ἄν γε καὶ προσδέξασθαι αὐτὴν ἐθελήσῃς, καὶ μὴ διαμέμψῃ ὅτι γυνὴ οὖσα τολμῶ σοι συμβουλεῦσαί τι, ἣν οὐδ' ἂν εἷς ἄλλος οὐδὲ τῶν πάνυ φίλων παραινέσειεν· οὐχ ὅτι οὐκ ἴσασιν αὐτό, ἀλλ' ὅτι οὐ θαρσοῦσιν εἰπεῖν: *Habeo quod tibi dem conſilium, cuiuſmodi nemo, etiam ſummus amicus, tibi dare poſſit; non quia ſcientiâ ſed quia deeſt audacia;* Magis miror licentiam æui quo Xerxes vixit; vtpote cui neceſſe, fuerit præfati; *Cum Græciæ indicturus bellum, adhiberet Aſiæ Principes: Ne viderer meo tantummodò vſus conſilio, vos contraxi; ceterùm mementote parendum magis vobis eſſe, quàm ſuadendum;* Val. Max. libro IX. cap. V. Niſi fortè iſtud ipſum potius dicis cauſſâ fecit, quàm quod eſſet neceſſe. Quippe ſi excutiamus monumenta veterum, reperiemus vbiq; id conſilium datum à Purpuratis, quod deliberanti ſuſpicabantur fore gratius. Quare cùm ſit Rex homo, & multa ignorare poſſit, imò debeat; haud iniuriè penes ſe habuerit homines, qui de compacto vniuerſa & ſingula, quæ pro contrariâ parte dici poſſent, eidem latiùs inſtillauerint. Quippe etſi forſan fuerit inuentum recens, id deſiderarunt nihilominus antiqui omnes. Iam enim olim ingerit Artabanus Xerxi, Herodoti lib. VII: Ὦ βασιλεῦ, μὴ λεχθεισέων μὲν γνωμέων ἀντιέων ἀλλήλῃσι, οὐκ ἔστι τὴν ἀμείνω αἱρεόμενον ἑλέσθαι, ἀλλὰ δεῖ τῇ εἰρημένῃ χρᾶσθαι· λεχθεισέων δέ, ἔστι ὥσπερ τὸν χρυσὸν τὸν ἀκήρατον, αὐτὸν μὲν ἐπ' ἑωυτοῦ οὐ διαγινώσκομεν, ἐπεὰν δὲ παρατρίψωμεν ἄλλῳ χρυσῷ, διαγινώσκομεν τὸν ἀμείνω: *Rex niſi diuerſæ inter ſe ſententiæ dicantur, non poteſt quis eligere meliorem, ſed neceſſe habet eâ, quæ dicta eſt, vti: at cum plures dictæ ſunt, licet tanquam aurum purum deligere: quod per ſe diſcerni cùm nequeat, comparatum cum altero diſcerni poteſt.* Nec inſipide Plato in Demodoco: Τοὺς γὰρ λόγους παραβαλλομένους, ὥσπερ τὴν πορφύραν, καὶ τὸ χρυσίον ἄμεινον κρίνεσθαι: *Sermones, quemadmodum purpura & aurum, melius diiudicantur ſi conferas inuicem:* Quapropter prouidè Demoſthenes Exordio XXXV: Ὥσπερ ἂν τοίνυν, εἰ νόμισμα ἐκρίνετε ὁποῖόν τί ποτ' ἐστί, δοκιμάσαι δεῖν ἂν ᾤεσθε, οὕτω καὶ τὸν λόγον ἀξιῶ τὸν εἰρημένον, ἐξ ὧν ἀντειπεῖν ἡμεῖς ἔχομεν σκεψαμένους.

σκεψαμένους. ἐὰν μὲν συμφέροντα εὑρήσητε, ἀγαθῇ τύχῃ πείθεσθε· ἂν δ᾽ ἄρα ἑκαστα λογιζομένοις ἀλλοιότερος φανῇ, πρὶν ἁμαρτεῖν μεταβουλευσαμένους, τοῖς ὀρθῶς ἔχουσι χρήσασθε: *Quemadmodum igitur ſi de bonitate monetæ judicium fieret, explorandam eam cenſeretis; ſic etiam peto, ut dictam orationem ex his quæ nos contra diſſeruimus, æſtimantes; ſi utilem reperietis, diis approbantibus ſequamini; ſin ſingula conſiderantibus, alienior videbitur; ut antequam impegeritis, mutato conſilio, iis quæ recta ſunt, utamini.* Probè quoque Anacharſis: Καὶ ἀντερῶ, ἤν τι μοι δοκῇ μὴ ὀρθῶς λέγεσθαι, ὡς βεβαιότερον μάθοιμι: *Et contradicere ſoleo, ſi quid mihi minus rectè dictum videtur, quò melius certiusve rem cognoſcam*: quod Luciano tit. de Gymnaſiis relatum. Minimè ſane iſtud latebat conſultorem, quem Leuctricâ v. inducit Ariſtides: Ἐπαινῶ δὲ τοὺς ῥήτορας ἀμφοτέρους, ὅτι πολλὰ καὶ θαυμαστὰ εὑρόντες καθ᾽ ἑκατέρων, ἐδίδαξαν με κοινῇ τί χρὴ περὶ αὐτῶν ἀποφήνασθαι. οἶμαι γὰρ καὶ εἰ μηδὲν ὅλως ἐτύγχανον γιγνώσκων ἐπ᾽ ἐμαυτοῦ, τοῖς γε ὑπὲρ τούτων εἰρημένοις ἀκολουθῶν, ἔχειν ἂν καλῶς εὑρεῖν τὸ κράτιστον: *Oratores utroſque laudo, quod multis ac miris contra alteros inventis, communiter me quid eſſet ſtatuendum docuerunt. nam hoc mihi perſuaſum habeo, etiamſi per me prorſus imperitus eſſem, horum tamen dicta ſubſequentem me, poſſe quid optimum ſit videre.* Idem magis adhuc imbibitum decrepito Iſocrati, Orat. de Pace: Καί τοι προσῆκεν ὑμᾶς, εἴπερ ἠβούλεσθε ζητεῖν τὸ τῇ πόλει συμφέρον, μᾶλλον τοῖς ἐναντιουμένοις ταῖς ὑμετέραις γνώμαις προσέχειν τὸν νοῦν, ἢ τοῖς καταχαριζομένοις· εἰδότας, ὅτι τῶν ἐνθάδε παριόντων, οἱ μὲν ἃ βούλεσθε λέγοντες, ῥᾳδίως ἐξαπατᾶν δύνανται. τὸ γὰρ πρὸς χάριν ῥηθὲν ἐπισκοτεῖ τῷ καθορᾶν ὑμᾶς τὸ βέλτιστον. ὑπὸ δὲ τῶν μὴ πρὸς ἡδονὴν συμβουλευόντων, οὐδὲν ἂν πάθοιτε τοιοῦτον. οὐ γάρ ἐστιν, ὅπως ἂν μεταπεῖσαι δυνηθεῖεν ὑμᾶς, μὴ φανερὸν τὸ συμφέρον ποιήσαντες. χωρὶς δὲ τούτων πῶς ἂν ἄνθρωποι καλῶς δυνηθεῖεν, ἢ κρῖναι περὶ τῶν γεγενημένων, ἢ βουλεύσασθαι περὶ τῶν μελλόντων, εἰ μὴ τοὺς μὲν λόγους τῶν ἐναντιουμένων παρ᾽ ἀλλήλους ἐξετάζοιεν, αὐτοὶ δὲ αὑτοὺς κοινοὺς ἀμφοτέροις ἀκροατὰς παρέχοιεν; *Enimvero decebat vos, ſi publicam ſpectaretis utilitatem, attentiùs eos audire qui voluntatibus veſtris adverſantur, quàm illos qui aſſentantur omnia. nec enim ignoratis, ab his qui ea quæ vultis, ex hoc loco dicunt, facile vos poſſe decipi. nam ad voluntatem audientis inſtituta oratio, quaſi tenebras circumfundit, quò minus id quod utiliſſimum eſt perſpiciatis. ab his autem qui veſtram gratiam non aucupantur, nihil eſt tale metuendum. nullo enim modo vos à ſententiâ abducent, niſi quid expediat, evidentiſſimè demonſtrarint. Præterea qui fieri poteſt, ut ulli vel de præteritis rectè iudicent, vel de futuris prudenter deliberent, niſi contrarias inter ſe rationes conferant, & æquos utriſque auditores ſe præbeant?* Hactenus Iſocrates, cuius ſententiam ore quoque verſavit, prodente id Egeſippo lib. II. cap. IX, Agrippa rex: *Ideo vobiſcum conſilium conferendum putavi, ne aut*

prudentiorum ſobrietas præripiatur inſolentiorum audaciâ, aut qui rectè ſapere neſciunt, noſtro ſaltem admoniti ſermone, cognoſcant acquieſcendum eſſe conſultoribus. Silentium igitur deferendum cenſeo, ut nos quæ conducere vobis arbitramur aperiamus, & veſtrum nemo perturbetur, ſi aliqua præter ſuã voluntatem audiat. Nemo enim poterit æſtimare quale ſit quod dicitur, niſi audierit prius, cuius ipſe futurus arbiter ſit, probetne an reſpuat; fruſtra conturbatus ne audiat. Licet enim & poſt conſultationem unicuique ſentire quod ſentit; & ſi diſceſſio placet, etiam poſt ſobrios monitus ſervare inconſultæ voluntatis ſententiam. Excepitque longè maior Princeps Manuel, tmemate XXVIII: Οὐδεὶς γὰρ οὐδεπώποτ᾽ ἂν ἔπεισεν οὐδένα πάντων ἀνθρώπων, μὴ βεβουλημένον πεισθῆναι: *Nemo unquam ullum omnium mortalium perſuadendo impulit qui perſuaderi noluiſſet*. Diuque ante ipſum pater Latinus, B. Hieronymus lib. I. contra Iovinian: *Vbi conſilium datur, offerentis arbitrium eſt: vbi præceptum, neceſſitas eſt ſervientis*. Nec non Græcus, D. Chryſoſtomus, Homiliâ XI. ad Epheſ: Ὁ συμβουλεύων λέγει τὰ παρ᾽ ἑαυτοῦ, οὐκ ἀναγκάζων ἀκροατήν, ἀλλ᾽ αὐτὸν ἀφίησι τῆς τῶν λεγομένων αἱρέσεως κύριον. ἐν τούτοις ἐστὶν ὑπεύθυνος μόνον, ἂν τὰ παρ᾽ ἑαυτοῦ μὴ εἴπῃ: *Conſiliarius dicit quæ à ſe procedunt, non neceſſitatem afferens auditori, ſed in eius poteſtate dimittit, vt facienda eligat quæ dicta ſunt. culpæ tum demum affinis eſt, ſi non dixerit quæ ſunt ei commiſſa*: Atque hæc ferè erant, quæ perpendebam, cùm ego ille rex ne-rex iuſſeram aliquando

——Concilium magnum primoſque meorum
Imperio accitos alta intra mœnia cogi.

Et mihi tunc quidem res adeò feliciter ceſſit, vt ſimulatque dixeram extremò, *Sic volo, ſic iubeo*; etiam omnes idem vellent, idem iuberent; nõ ore tantùm, ſed & animo. Quod ipſum tamen haud ſemper vſu venire; vtinam nõ experirentur magno ſuo malo magni Principes, apud quos videlicet inuenias Laconis ſimiles; quem nigro carbone ſic delineat Tacitus libro I. Hiſtor: *Conſilij quamuis egregij, quod non ipſe adferret, inimicus, & aduerſus peritos pertinax*. Malum factum. placet magis Piſonis filius de quo, vt & de patre, ita libro II. Annal. Tacitus: *Regulis Cilicum vt ſe auxiliis iuuarent ſcribit; haud ignauo ad miniſteria belli iuuene Piſone, quanquam ſuſcipiendum bellum abnuiſſet*. Ita nempe decet. Neq; ſecus Agrippa, de quo, longè aliter cenſente quàm Mecænate; hoc eſt, ſuadẽte vt Auguſtus imperio depoſito priuatum ſe faceret, ita Dio Caſſius lib. LIII: Καὶ αὐτῷ καὶ ὁ Ἀγρίππας πρὸς πάντα, καίπερ τὴν ἐναντίαν σφίσι γνώμην δοὺς, προθυμότατα συνήργησεν, ὥσπερ ἂν εἰ καὶ εἰσηγητὴς αὐτῶν ἐγεγόνει: *Neque verò minori Agrippæ, quamvis contrariam ſententiam tuliſſet, in hoc exequendo inſtituto eſt vſus induſtriâ, quàm ſi ipſe auctor eius fuiſſet*. Sed & legere

legere eſt libro Nili de primatu : Ἀνάγνωθι ἢ καὶ τὰ ἐν τῇ πρώτῃ συνόδῳ. ἐντεύξῃ γὰρ ἐκεῖ φιλοσόφοις, μέχρι πολλοῦ τινος ἀντιλέγουσιν. εἶτα, τῆς ἀληθείας ἀποδειχθείσης, κατατεθειμένοις τὴν μάχην: *Lege verò & acta primæ Synodus : incides enim ibi in Philoſophos prolixè admodum contradicentes : poſtea demonſtratâ veritate ab omni cōflictione deſiſtentes*. Sed & habemus Demoſthenis principio XXXIX: Φασὶ παρὰ Λακεδαιμονίοις μέχρι μὲν τοῦ δόξαι, γνώμην ἣν ἂν ἕκαστος ἔχῃ, λέγειν. ἐπειδὰν δ' ἐπικυρωθῇ, ταῦτα ἅπαντας ἐπαινεῖν, καὶ συμπράττειν καὶ τοὺς ἀντειπόντας: *Fertur apud Lacedæmonios tantiſper dum decernitur, quemnis pro animi ſui ſententiâ conſulere. cùm verò decretum fuerit, eadem laudare omnes, atque adiutores eſſe, illos etiam qui refragati fuerant*. Quibus reſpondent Pliniana lib. VI. Epiſt. XIII: *Senatus ipſe mirificus. nam illi quoque qui prius negârant Vareno quæ petebat eadem danda; poſtquam erant data, cenſuerunt. ſingulos enim integrâ re diſſentire fas eſſe; peractâ, quod pluribus placuiſſet, cunctis tuendum*: Haud alia ab his quæ extant Halicarnaſſæi lib. XI: Δίκαιον γὰρ ἀποφαίνεσθαι μὲν ἕκαστον ἃ δοκεῖ τῷ κοινῷ συνοίσειν, πείθεσθαι δὲ τοῖς ὑπὸ τῶν πλειόνων κριθεῖσιν: *Par eſt, vt quiſque dicat quidem quæ Reip. profutura exiſtimet, ſed obſequatur iis quæ maior pars cenſuerit*. Cui ſententiæ congruit & iſtud ex oratione Ariſthenis Livij libro XXXII: *Nemo tam hebes eſt qui ignorare poſſit, dicendi ac ſuadendi quod quiſque aut velit aut optimum putet, nunc occaſionem eſſe, priusquam quidquam decernamus: vbi ſemel decretum erit, omnibus id, etiam quibus ante diſplicuerit, pro bono atq; vtili fœdere defendendum*. Ex quibus patet, quàm aptè claudat orationem ſuam ille apud Ariſtidem Leuctricâ IV: Δείκνυμι μὲν δὴ ταῦτα. λέγειν δὲ καὶ κάλλιον καὶ δικαιότερον τὸ δόξαν ἡμῖν, ἀνάγκη κἀμοὶ· καὶ μὴ λέγειν μόνον, ἀλλὰ καὶ συμπράττειν προθύμως: *Atque hæc ſentio. quod autem vobis honeſtius aut iuſtius viſum fuerit, id mihi quoque tale censêre; nec hoc modò, ſed etiam alacriter exequi neceſſitas imperat*. Sed quid? tamquam ſi adhuc ſomnium meum duraret, tracto res regum; quod

——*quidem nec bellum eſt, nec memorabile.*

Manum itaque de tabulâ. prius tamen palàm deprecatus, ne iſthæc *ſacræ noctis monumenta* vllum mihi creent periculum; non quidem, ſi qui reperiantur parati deierare, quamvis per cornu venerint, eſſe tamen *omni ebore clariora*.

Simul juvenem urbano luxu laſcivientem melius in caſtris haberi Tiberius, &c. lib. II. Annal.

REFERT de Theodoſio iuniore Socrates lib. VII. Eccleſ. Hiſt. cap. XXII: Πρῶτον μὲν γὰρ ἐν βασιλείᾳ τεχθεὶς, καὶ τραφεὶς, οὐδὲν ἐκ τῆς ἀνα-

τροφῆς εἶχε βλακῶδες· ἀλλ' οὕτως ἦν φρόνιμος, ὡς τοῖς ἐντυγχάνουσι νομίζεσθαι διὰ πεῖραν πολλῶν εἰληφέναι πραγμάτων. καρτερὸς δὲ οὕτως ἦν, ὡς καὶ κρύος, καὶ καῦμα γενναίως ὑπομένειν, νηστεύειν τὰ πολλά: *Tametſi in ipſâ regiâ natus educatuſque erat, nihil tamen ex illâ educatione omninò contraxit molliciæ tarditatisve; ſed adeo ſolers & prudens fuit, vt illis qui cum eo ſermones conferebant, multarum rerum experientiam conſecutus videretur. deinde tantâ corporis & animi tolerantiâ fuit, vt tùm algorem æſtumque forti & virili animo ſuſtineret, tùm crebro ieiunaret, &c.* Quibus verbis haud tacitè innuit, nutritios domus regnatricis, nec animo ferè nec corpore virili. quod cur magis credamus, faciunt ſapientiæ ſtudioſi; qui eodem etiam trahunt aſſuetos locis delicatioribus. Ad bellum ſanè haud temerè quis aſſumebatur de vrbano populo: quia vt placebat Catoni libro & cap I. de re ruſt. *Ex agricolis & viri fortiſſimi & milites ſtrenuiſſimi gignuntur*. Cui, tanquam Echo, adſonat Plinius lib. XXIII. cap. V: *Fortiſſimi viri & milites ſtrenuiſſimi ex agricolis gignuntur, minimeq́ malè cogitantes.* Rationes reddit Seneca Epiſtolâ LI: *Effœminat animos amœnitas nimia: nec dubiè aliquid ad corrumpendum vigorem poteſt regio. Quamlibet viam iumenta patiuntur, quorum durata in aſpero vngula eſt. In molli paluſtrique paſcuo ſaginata citò ſubteruntur. Et fortior miles ex confragoſo venit. Segnis eſt vrbanus & verna. Nullum laborem recuſant manus, quæ ad arma ab aratro tráſferuntur. In primo deficit puluere ille* [illegible]*ctus & nitidus. Seuerior loci diſciplina firmat ingenium, aptumque magnis conatibus reddit.* Quibus nihilo deteriora reperiamus de Agricolis apud Maxim. Tyrium Orat. XIV: Ὕπαιθρος ἀεὶ, ἡλίῳ φίλος, συνήθης νιφετῶν, ἄπηγος, νηλίπους, αὐτουργὸς, ἄυπνος, ὀξὺς δραμεῖν, ἰσχυρὸς φέρειν. εἰ δέ που καὶ δεήσει μάχης, ὄψει στρατιώτην ἠσκημένον πόνοις ἀληθινοῖς, οἵων ἐπειράθη Δαρεῖος ἐπὶ μαραθῶνα ἐλθών. ἦν γὰρ τότε Ἀθηναίοις στρατιωτικὸν, οὐχ ὁπλιτικὸν, οὐ τοξικὸν, οὐ ναυτικὸν, οὐχ ἱππικὸν, ἀλλὰ κατὰ δήμους νενεμημένον· οἱ καὶ γεωργοῦντες, ἐπιπλεύσαντος αὐτοῖς βαρβαρικοῦ στόλου ἐπὶ μαραθῶνα, ἐκ τῶν ἀγρῶν ἔδραμον στρατιῶται ὀργιζόμενοι. ὁ μὲν σμινύην ἔχων, ὁ δὲ σιδηρὸν μάχος, ὁ δὲ δρεπάνῳ ἀμυνόμενος. ὦ στρατιωτικοῦ καλοῦ καὶ αὐτουργοῦ καὶ μεστοῦ ἐλευθερίας! ὦ γῆς καὶ γεωργίας καλὰ καὶ γενναῖα θρέμματα! ὡς ὑμῶν ἐπαινῶ μὲν τὰς ἀρετὰς, ἐπαινῶ δὲ καὶ τὰ ὅπλα, οἷς ὑπὲρ τῆς οἰκείας γῆς ἐμαχέσασθε, ὑπὲρ ἀμπελῶνος ἐκάμετε, ὑπὲρ ἐλαιῶνος ἐφυτεύσασθε· ἀπὸ τοιούτων πάλιν ἐπὶ τὴν γῆν ἤλθετε, ἐκ πολέμων γεωργοὶ, ἐκ γεωργῶν ἀριστεῖς. ὦ τῆς καλῆς ἀντιδόσεως! ἀλλὰ Πέρσαις μὲν αἱ παλλακίδες ἕπονται, ἵνα μάχωνται καλῶς ὑπὲρ τῶν φιλτάτων· γεωργὸς δὲ ἀνὴρ οὐκ ἀμυνεῖται καλῶς ὑπὲρ τῶν φιλτάτων, ὑπὲρ ἀμπέλου τεμνομένης, ὑπὲρ ἐλαίας κοπτομένης, ὑπὲρ λήιου δῃουμένου; ἐὰν δὲ σὺ παραβάλῃς τῷ στρατιωτικῷ τοῦτο τὰ ὕστερα, εὑρήσεις μὲν πλείους ἀλλ' οὐ νικηφόρους ὁπλίτας, ἀλλὰ μισθοφόρους ὁπλίτας ἐσκιατροφημένους, ὁπλίτας ὑβριστὰς, ἐν σικελίᾳ ἡλωμένους, ἐν ἑλλησπόντῳ λαμβανομένους. τὰ δὲ Περσικὰ εἰ λέ-

γοις, στρατιωτικὸν μοι καὶ τοῦτο λέγεις ἐκ γεωργίας. πότε γάρ, πότε Μῆδοι μὲν ἡττῶνται, κρατοῦσι δὲ Πέρσαι; ὅτι Πέρσαι μὲν ἐγεώργουν ἔτι, Μῆδοι δ' ἐπολέμουν, τότε ἦλθεν αὐτοῖς ἄγων Κῦρος στρατιωτικὸν ἐν πασαργάδαις ἠσκημένον γῇ τραχείᾳ ἐπ' αὐτουργίᾳ στρατιώτας διαπεπονημένους. ἀλλ' ἐπεὶ γεωργοῦντες ἐπαύσαντο οἱ Πέρσαι, καὶ τῆς γῆς ἐπελάθοντο, καὶ τῶν ἀρότρων καὶ τῶν ἀμπηλίων, τότε ἀπέβαλον καὶ τὰς ἀρετὰς ὁμοῦ τοῖς ὀργάνοις: *At agricola continuo labore exercetur: ſub dio degit, amicus ſoli, domeſticus niuibus, compactis membris, diſcalciatus, manu promptus, pervigil, pedibus pernix, ad ferendum robuſtus. Quē ſi pugnare oporteat, militem videas exercitatum in laboribus veris, quales expertus eſt Darius in Marathonia pugna: quo tempore Athenienſium civitas militibus vtebatur minimè quidem grauiter armatis, ſagittariis, nautis, equitibusve: verùm ex pagis tributim delectis, agricultoribus ſcilicet. Nam quum barbarorum claſſis ad Marathonem acceſſit, ex agris concurſus factus eſt frequens militum aſtuantium ira: quorum alij ſe aut ligonibus, aut vomeribus, aut falcibus, veluti legitimis telis, munierant aduerſus hoſtes. O exercitum pulchrum, propriâ operâ vtentem, libertatisque redundantem! O telluris agriculturaq; optimos ac generoſos fœtus, vt libet veſtras virtutes in cœlum efferre. vt laudare animus geſtit arma, quibus armis pro vinetis atque oliuetis patria terra pugnaſtis, immenſoſque labores pertuliſtis. cum iis iterum ad agrum rediiſtis, ex bellatoribus agricultores, ex agricultoribus fortiſsimi victores. O honeſtam commutationem! At Perſas in exercitu pellices ſequuntur, vt pro chariſsimis rebus pulcherrimè dimicent. An agricola minus ſtrenuè à chariſſimis vinetis, oliuetis, ſegetibus, vaſtitatem repellet? Si verò cum huiuſmodi milite conferre volueris qua inſequuta ſunt tempora, plures quidem invenies milites, verùm minimè victores: armatos, at mercenarios: armatos, at educatos in vmbra: armatos, at contumelioſos: in Sicilia victos, captos in Helleſponto. Si Perſica recenſere volueris, ibidem etiam invenias milites ab agricultura deductos. Quando enim, quando victi ſunt Medi à victoribus Perſis? tunc nempe quum adhuc Perſa occupationes ruſticas habebant, Medi verò arma tractabant: Cyrus aduerſus eos exercitum duxit, ex militibus in Paſargadis, aſperâ nimirum regione, exercitatis, propriâ manu militaria opera edere aſſuetis. At vbi ſe Perſa ab agricultura revocare, agroſque & aratrum ſegeteſque poſthabere cœperunt, tunc maximè vna cum inſtrumento ruſtico, virtutes etiam ipſas abiecerunt.* Eiuſdem Muſæ proles videri queat, quod extat in Columella libri 1. Præfatione: *Vt apti veniamus ad ganeas, quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus, & exucto ſudore ſitim quærimus; noctesque libidinibus & ebrietatibus, dies ludo vel ſomno conſumimus: Ac nosmetipſos ducimus fortunatos, quod nec Orientem ſolem videmus, nec occidentem. itaque iſtam vitam ſocordem perſequitur valetudo. Nam ſic iuuenum*

corpora fluxa & reſoluta ſunt, vt nihil mors mutatura videatur. At mehercule vera illa Romuli proles aſsiduis venatibus nec minus agreſtibus operibus exercitata, firmiſsimis prævaluit corporibus, ac militiam belli, cum res poſtulauit, facile ſuſtinuit, durata pacis laboribus, ſemperque ruſticam plebem præpoſuit vrbanæ. Vt enim qui in villis intra conſepta morarentur, quam qui foris terram molirentur, ignauiores habitos: ſic eos qui ſub vmbra ciuitatis intra mœnia deſides cunctarentur, quam qui rura colerent adminiſtrarentve opera colonorum, ſegniores viſos. Nec alius illud Vegetij lib. I. cap. III: *Sequitur, vtrum de agris, an de vrbibus vtilior tyro ſit, requiramus. De qua parte numquam credo potuiſſe dubitari, aptiorem armis ruſticam plebem, quæ ſub dio, & in labore nutritur; ſolis patiens; vmbræ negligens; balnearum neſcia; deliciarum ignara; ſimplicis animi; paruo contenta; duratis ad omnem laborum tolerantiam membris: cui geſtare ferrum, foſſam ducere, onus ferre, conſuetudo de rure eſt. Interdum tamen neceſsitas exigit, etiam vrbanos ad arma compelli: qui vbi nomen dedêre militiæ, primum laborare, decurrere, portare pondus, & ſolem pulveremque ferre condiſcant. Parco victu vtantur & ruſtico, interdum ſub dio, interdum ſub papilionibus, commorentur. Tunc demum ad vſum erudiantur armorum: & ſi longior expeditio emergit, in angariis plurimum detinendi ſunt, proculque habendi à ciuitatis illecebris: vt eo modo, & corporibus eorum robur accedat, & animis. Nec inficiandum eſt, poſt vrbem conditam, Romanos ex ciuitate profectos ſemper ad bellum: ſed tunc nullis voluptatibus, nullis deliciis frangebantur. Sudorem curſu & campeſtri exercitio collectum nando iuuentus abluebat in Tyberi. Idem bellator, idem agricola, genera tantum mutabat armorum. Quòd vſque adeò verum eſt, vt aranti Quintio Cincinnato dictaturam conſtet oblatam. Ex agris ergo ſupplendum robur præcipuè videtur exercitus. Neſcio enim quomodo minus mortem timet, qui minus deliciarum nouit in vita.* Cognitum iſtud Spartanis, cognitum Lucanis; de quibus Iuſtinus lib. XXIII: *Namq; Lucani iiſdem legibus liberos ſuos, quibus & Spartani inſtituere ſoliti erãt. Quippe ab initio pubertatis, in ſilvis inter paſtores habebantur, ſine miniſterio ſeruili, ſine veſte quam induerent, vel cui incubarent; vt à primis annis duritiæ, parſimoniæque; ſine vllo vſu vrbis, aſſueſcerent. Cibus his præda venatica, potus aut lactis, aut fontium liquor erat. Sic ad labores bellicos indurabantur.* Nec alius pingitur Hippomedo Euripidis in Supplicib. verſ. 881:

Παῖς ὢν ἐτόλμησ' εὐθὺς οὐ πρὸς ἡδονὰς
Μουσῶν τραπέσθαι, πρὸς τὸ μαλθακὸν βίου.
Ἀγροὺς δὲ ναίων, σκληρὰ τῇ φύσει διδοὺς,
Ἔχαιρε πρὸς τἀνδρεῖον, εἴς τ' ἄγρας ἰὼν,
Ἵπποις τε χαίρων, τόξα τ' ἐντείνων χεροῖν,

Πόλει

πόλει παρέχειν σῶμα χρήσιμον θέλων.
Statim à puero auſus eſt non ad voluptatem
Muſarum ſe conuertere, & ad mollem vitam:
Sed habitans ruri, exercens vitam duram,
Gaudebat ad fortia facinora, & ad venationes vadens,
Et gaudens equis, & tendens arcum manibus,
Reipub. corpus vtile præbere volens.

A quo parum differt Remulus Virgil.lib.IX. Æneid. verſu 602:

Non hîc Atridæ, nec fandi fictor Vlyſſes.
Durum à ſtirpe genus: natos ad flumina primum
Deferimus, ſævoque gelu duramus & vndis.
Venatu inuigilant pueri, ſylvasque fatigant:
Flectere ludus equos, & ſpicula tendere cornu.
At patiens operum paruoque aſſueta juuentus
Aut raſtris terram domat, aut quatit oppida bello.
Omne æuum ferro teritur, verſaque juvencum
Terga fatigamus haſtâ: nec tarda ſenectus
Debilitat vires animi, mutatque vigorem.
Caniciem galea premimus: ſemperque recentes
Convectare iuvat prædas, & vivere rapto.
Vobis picta croco & fulgenti murice veſtis:
Deſidiæ cordi, iuvat indulgere choreis:
Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ.
O verè Phrygiæ (neque enim Phryges) ite per alta
Dindyma, ubi aſſuetis biforem dat tibia cantum.
Tympana vos buxusque vocat Berecynthia matris
Idææ: ſinite arma viris, & cedite ferro.

Sic de milite Mariano legimus Declamatione III. Quintiliani: *Pater huic emeritis bello ſtipendiis tum, cùm tota ſubnixum Numidia fregimus Iugurthā, exauctoratas armis manus agreſti labore ſubegit. Prædura priſcis moribus mater, frigoribus ac ſolibus peruſta, & in pleriſque ruris operibus marito particeps, affirmo, quam nemo appellaſſet impunè. His ortus ipſe, procul ab omni contactu receſſerat, pueriles quoque annos aliquo ſemper opere durando, ſequi pecora primò, arcere gregibus feras, aliquid ſemper audere maius annis. Ludus fuit rotare ſaxa, vibrare iactu ſudes, ſaltus agitare venatu, mox vigentibus lacertis humum ſcindere, ſegnem futuris novalibus eruere ſylvam. Sic effectum eſt, vt (quemadmodum aliqui putant) poſſet citò militare.* Vnde, confirmandis ſuis, Seuerus apud Herodianum lib.II: Ἐν ἀνδρείᾳ προύχετε, ἀσκήσει τε πολεμικῶν ἐγγεγύμνασθε. ὑμεῖς μὲν, ἀεὶ βαρβάροις ἀντιπαττόμενοι, καὶ φέρειν, φέρ

καὶ φέρειν πόνους πάντας πορείας, κρύους τε καὶ θάλπους καταφρονεῖν, ποταμούς τε πεπηγμένους πατεῖν, καὶ πίνειν ὀρυττόμενον ἀλλ' οὐκ ἀνιμώμενον ὕδωρ εἰθισμένοι, θήραις τε ἐγγεγύμνασθε. καὶ πάντως ὑμῖν εἰς ἀνδρείαν ὑπάρχει γενναῖα ἐφόδια. ὡς μηδὲ, εἰ βουληθείη τις, δύνασθαι ὑμῖν ἀντιστῆναι· δοκίμιον δὲ στρατιωτῶν, κάματος, ἀλλ' οὐ τρυφή, ἥπερ ἐκεῖνοι ἐκκραιπαλῶντές τε καὶ ἐναυξηθέντες οὐδ' ἂν τῆς βοῆς ὑμῶν ἀνάσχοιντο, οὔτι γε τῆς μάχης: *Quinetiam magis quam illi in rebus bellicis eſtis exercitati: nam & cum barbaris pedem conſerre, & labores omnes itineris perferre, & algores æſtuſque deſpicere, & concreta gelu calcare flumina, & potare effoſſos latices, non hauſtos, & venatu invigilare conſueviſtis: omnia denique ad virtutem adepti viatica, ſic ut nemini facile ſit veſtris obſiſtere viribus. Etenim labore miles probatur, non mollitudine: quâ illi exſaturati atque enutriti, ne vocem quidem veſtram, nedum pugnam, poterunt ſuſtinere.* Et Honorio pater ſuus, Panegyr. IV. Conſul. Claudiani verſu 320;

——Si bella tonant, priùs agmina duris
Exerce ſtudiis; & ſævo praſtrue Marti.
Non brumæ requies, non hibernacula ſegnes
Enervent torpore manus. ponenda ſalubri
Caſtra loco: prœbenda vigil cuſtodia vallo.

Sanis igitur oculis legenda illa Livij de militibus Apulis & Cannenſibus lib. XXVI: *Additum etiam utrorumq. ignominiæ eſt, ne in oppidis hybernarent, néve hyberna propius ullam urbem decem millibus paſſuum ædificarent.* Nam etiam optimo militi oppida præcluſa. Inde refert Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. IV. Antiq. coloniam Signiam deductam Tarquinio, Οὐ κατὰ προαίρεσιν, ἀλλ' ἐκ τοῦ αὐτομάτου χειμαζόντων ἐν τῷ πεδίῳ τῶν στρατιωτῶν, καὶ κατασκευασαμένων τὸ στρατόπεδον, ὡς μηδὲν διαφέρειν πόλεως: *non de induſtriâ, ſed caſu fortuito, cum in eo campo hibernantes milites caſtra ita communiſſent, ut nihil ab urbe differrent.* Atque ideo de Hannibale relatum Polybio lib. XI. Οὐδέποτε διέλυσε τὰς δυνάμεις ἐκ τῶν ὑπαίθρων· ἀλλὰ συνέχων ὑφ' ἑαυτὸν ὥσπερ ἀγαθὸς κυβερνήτης, ἀστασίαστα διετήρησε τοσαῦτα πλήθη καὶ πρὸς αὑτὸν καὶ πρὸς ἄλληλα: *Exercitus nunquam dimiſiſſe ex caſtris ſub dio conſtitutis, ſed ſub ſe tamquam bonum gubernatorem retinuiße, tantamque multitudinem citra ſeditionem cum erga ſe, tum inter ipſos cuſtodiviſſe.* Eſtque cauſatio minime virilis tribunorum apud Livium lib. V: *Vexari præterea & ſubigi multò acrius, quàm Veientes. Quippe illos hyemem ſub tectis ſuis agere, egregiis muris ſituque naturali urbem tutantes. militem Romanum in opere ac labore, nivibus pruiniſque obrutum ſub pellibus durare, ne hyemis quidem ſpacio, quæ omnium bellorum terra marique ſit quies, arma deponentem.* Nec melior miles, de quo idem lib. XXVI: *Super hæc exercitus Romanus iratus,*

tus, partim quòd cum imperatore nõ devectus ex provinciâ eſſet; partim quòd in oppidis hybernare vetiti erant, ſegni fungebãtur militiâ. Quibus appoſitè D. Hieronymus Epiſt. ad Heliodorũ: *Quid facis in paterna domo delicate miles? ubi vallum? ubi foſſa? ubi hyems acta ſub pellibus?* Quâ autem fuerint famâ, quibus aut hyeme aut æſtate hoſpitium in urbibus, detegit ſatis. Flaccus apud Liviũ lib. XXVII: *Milites ædificiis emotos, ſimul vt cum agro tecta urbis fruenda locarentur: ſimul metuens, ne ſuum quoque exercitum, ſicut Annibalis, nimia urbis amœnitas emolliret: in portis murisque ſibimetipſos tecta militariter coegerat ædificare. erant autem pleraque ex c ati ibus aut tabulis facta. alia arundine texta, ſtramento intecta omnia velut de induſtria alimentis ignis.* Etiam Liuij teſtimonium libro eodem: *Fulvij ſeneſcere fama. Marcellus etiam adverſo rumore eſſe, ſuper quam quod primo male pugnaverat, quia vagante per Italiam Annibale, mediâ æſtate Venuſiam in tecta milites abduxiſſet.* Vnde lepidè idem lib. XXIX: *Iam ad quatuor millia equitum habebat, cum Saleram nomine urbem occupauit, XV. fermè millia ab Romanis caſtris. Quod vbi Scipioni relatum eſt, æſtiva ſub tectis agere equitatus: Sint, inquit, vel plures, dum talem ducem habeant. eoq; minus ſibi ceſſandum ratus, quo illi ſegnius rẽ agerent.* Inde & querela Chalcidenſiũ apud eundẽ lib. XLIII. *Nam ex inſtituto C. Lucretij Hortenſiſium quoq; in tectis hyeme pariter atq; æſtate navales ſocios habere, & domos ſuas plenas turbâ nauticâ eſſe: verſari inter ſe coniuges liberosq; ſuos quibus nihil neque dicere penſi, neque facere.* Immanè quantum diſcrepant ab iſtis milites apud Quintilianum Declamat. III: *Nemo noſtrum recuſat itinerum laborem, nec inuiſum ſuper arma faſcem, non æſtivi ſolis ardorem, nec ſub pellibus actam hyemem. ferienda ſit fatigato foſſa, pro vallo portisq; vigilandum, fortiter ancipites inibimus pugnas, vulnera laude penſabimus, mors erit ignominiâ potior.* Eaque de cauſa iactanter de Tiberio Velleius lib. II: *Anni eius æſtiva, uſque in menſem Decembrem perducta, immanis emolumentum fecère victoriæ.* Deque Trajano Plinius Panegyr: *An audeant? qui ſciant te aſſediſſe ferociſſimis populis eo ipſo tempore quod amiciſſimum illis, difficillimum nobis; cum Danubius ripas gelu jungit, duratuſque glacie ingentia tergo bella tranſportat; cùm feræ gentes non telis magis quàm ſuo cælo, ſuo ſidere armantur. Sed ubi in proximo tu, non ſecus ac ſi mutatæ temporum vices eſſent, illi quidem latibulis ſuis clauſi tenebantur, noſtra agmina percurſare ripas, & aliena occaſione, ſi permitteres, uti, ultroque hiemem ſuam Barbaris inferre gaudebant.* De Theodoſio Pacatus: *Summatim tuum illud attingã cum patre divino caſtrenſe collegium, actas ſub pellibus hiemes, æſtates inter bella ſudatas, dies noctesque præliando, aut vigilando conſumptas, graviſſimas*

V pugnas

pugnas terrâ marique pugnatas. Non tam patiens Africanus rudimenta militiæ ſub Paulo patre toleravit, nec pari indole Hannibal puer in tentoria Hiſpana ſucceſſit, nec futurarum ſpe certiore virtutum Philippæa caſtra Alexander nondum Magnus implevit. Tacitus etiam lib. XIII. Annal: *Retentuſque omnis exercitus ſub pellibus, quamvis hieme ſævâ adeò, ut obductâ glacie niſi effoſſa humus, tentoriis locum non præberet. Ambuſti multorum artus vi frigoris, & quidam inter excubias exanimati ſunt. Annotatuſque miles, qui faſcem lignorũ geſtabat, ita præriguiſſe manus, ut oneri adhærentes, truncis brachiis deciderent. Ipſe cultu levi, capite intecto, in agmine, in laboribus, frequens adeſſe: laudem ſtrenuis, ſolatium invalidis, exemplum omnibus oſtendere.* Theophylactus lib. VII. cap. XIII. hiſt. Mauricianæ: Ῥωμαῖοι τειχαροῦ καὶ οἱ Βάρβαροι εἰς τὰ περὶ Κομέαν τὴν πόλιν στρατεύοντες, ὥρας ἐπιγινομένης χειμῶνος οὐδαμῶς τὸν χάρακα διελύσαντο: *Romani Barbarique ad Comeam caſtra habentes, quamquam hyeme interveniente perſeverant.* Iure itaq; elevat Perſam militem Herodianus lib. VI: Οὐ γὰρ δὴ μισθοφόροις χρῶνται στρατιώταις οἱ βάρβαροι, ὥσπερ Ῥωμαῖοι, οὐδὲ στρατόπεδα ἔχουσι συνεστῶτα καὶ μένοντα, πολέμου τέχναις ἐγγεγυμνασμένα· ἀλλὰ πᾶν τὸ πλῆθος τῶν ἀνδρῶν, ἔσθ' ὅπη καὶ τῶν γυναικῶν, ἐπὰν κελεύσῃ βασιλεὺς, ἀθροίζεται· διαλυθέντος δὲ τοῦ πολέμου, ἕκαστος εἰς τὰ ἑαυτοῦ ἐπανέρχεται, τὸ λαχὸν ἀποκερδήσας ὅσον ἂν ἐξ ἁρπαγῆς αὐτῷ περιγένηται: *Neque enim mercenario milite utuntur barbari, quemadmodum Romani conſueverunt: neque ſtativis caſtris exercitus habent, qui bellorum artibus exerceantur: ſed omnis multitudo virorum, nonnumquam autem mulierum quoque, regis congregatur imperio; quæ mox bello peracto, ſuas protinus in ſedes dimittitur: ea demum præmia belli referens quæ cuique ex rapinâ ſuperfuerint.* Patetque quantum ſit momenti in reſponſo Arioviſti, libro Cæſaris I. de bello Gallico: *Intellecturum quid invicti Germani exercitatiſſimi in armis, qui intra annos XIV. tectum non ſubiſſent, virtute poſſent.* Et verò, corrumpendis animis corporibus, non requiri annos, non menſes, ſed pauculos tantum dies; probabit exercitus Alexandri Magni qui Babylone. nãquemadmodũ narrat Curtius lib. V: *Inter hæc flagitia exercitus ille domitor Aſiæ per XXXIV. dies ſaginatus, ad ea quæ ſequebantur diſcrimina haud dubiè debilior futurus fuit, ſi hoſtẽ habuiſſet.* Sicut & ea, quæ de Cimbris Florus, lib. III. cap. II: *Et ſi ſtatim infeſto agmine urbem petiiſſent, grande diſcrimen eſſet; ſed in Venetia, quo fere tractu Italia molliſſima eſt, ipſa ſoli cælique clementiâ robur elanguit. ad hoc panis uſu, carniſque cocta, & dulcedine vini mitigatos, Marius in tempore aggreſſus eſt.* de Gallogræcis Livius lib. XXXVIII: *Nolite exiſtimare, belluas tantum recens captas feritatem illam ſylveſtrem primo ſervare: deinde cum diu manibus humanis alantur, miteſcere: in hominũ feritate mul-*

cenda non eamdem naturam eſſe. Eoſdemne hos creditis eſſe, qui patres eorum avique fuerunt? extorres inopiâ agrorum profecti domo per aſperrimam Illyrici oram, Pæoniam inde & Thraciam, pugnando cum ferociſſimis gentibus emenſi, has terras ceperunt. duratos eos tot malis exaſperatoſque accepit terra, quæ copiâ rerum omnium ſaginaret. Vberrimo agro, mitiſſimo cœlo, clementibus accolarum ingeniis, omnis illa, cum quâ venerant, manſuefacta eſt feritas. Vobis mehercule Martis viris cauenda ac fugienda quamprimum amœnitas eſt Aſiæ. tantum hæ peregrinæ voluptates ad extinguendum vigorem animorum poſſunt, tantum contagio diſciplinæ moriſque accolarum valet. Penè omiſeram Pœnum ducem. de quo audiamus Valer. Maximum lib. IX. cap. I: *At Campana luxuria, perquam utilis civitati noſtræ fuit. Invictum enim armis Annibalem illecebris ſuis complexa, vincendum Romano militi tribuit. Illa vigilantiſſimum ducem, illa exercitum acerrimum dapibus largis, abundanti vino, unguentorum fragrantiâ, Veneris uſu laſciviore, ad ſomnum & delicias euocavit. Ac tum demum fracta & contuſa Punica feritas eſt, cum Seplaſia ei & Albana, caſtra eſſe cœperunt. Quid ergo his vitiis fœdius, quid etiam damnoſius, quibus virtus atteritur, victoriæ langueſcunt, ſopita gloria in infamiam convertitur, animiq; pariter & corporis vires expugnantur adeò, ut neſcias ab hoſtibuſne, an ab illis capi pernicioſius habendum ſit.* Nec omittendus de eodem Livius lib. XXIII: *In hyberna Capuā conceſſit. ibi partem maiorem hyemis exercitum in tectis habuit, aduerſus omnia humana mala ſæpe ac diu durantem, bonis inexpertum atque inſuetum. itaque quos nulla mali vicerat vis, perdidêre nimia bona ac voluptates immodicæ & eo impenſius, quo avidius ex inſolentia in eas ſe immerſerant. ſomnus enim & vinum, & epulæ, & ſcorta balneæque, & otium conſuetudine in dies blandius, ita enervaverunt corpora animoſque, ut magis deinde præteritæ eos victoriæ quam præſentes tutarentur vires; maiuſque id peccatum ducis apud peritos artium militarium haberetur, quàm quòd non ex Cannenſi acie protinus ad urbem Romam duxiſſet. illa enim cunctatio diſtuliſſe modò victoriam videri potuit: hic error vires ademiſſe ad vincendum. Itaque hercule, velut ſi cum alio exercitu à Capua exiret, nihil uſquam priſtinæ diſciplinæ tenuit. nam & redierunt plerique ſcortis impliciti: & ubi primùm ſub pellibus haberi cœpti ſunt, viaque & alius militaris labor excepit, tyronum modò corporibus animiſque deficiebant: & deinde per omne æſtivorum tempus magna pars ſine commeatibus ab ſignis dilabebantur: neque aliæ latebræ, quàm Capua deſertoribus erant.* Quin ne Senecæ quidem vox excludenda Epiſt. LI: *Vna Hannibalem hiberna ſolverunt: & indomitum illum nivibus atque Alpibus virum enervaverunt fomenta Campaniæ. Armis vicit, vitiis victus eſt.* Quæ ne quis falſa putet; operæ pretium eſt ſi auſcultemus ipſiuſmet

confeſſioni,ut citat Livius eodem lib: *Prœlium erat anceps: ſumma vi & duces adhortabantur, & milites pugnabant. Marcellus victis ante diem tertium, fugatis ante paucos dies a Cumis, pulſis priore anno ab Nola ab eodem ſe duce, milite alio, inſtare jubet. Non omnes eſſe in acie, prædantes vagari in agro; ſed qui pugnant, marcere Campana luxuria, vino, ſcortis, omnibus luſtris per totam hyemem confectos, abiſſe illam vim, vigoremque: dilapſa eſſe robora corporum animorumque, quibus Pyrenæi, Alpiumq; ſuperata ſint juga. reliquias illorum virorum, vix arma membraque ſuſtinentes pugnare. Capuā Annibali Cannas fuiſſe. ibi virtutem bellicam, ibi militarem diſciplinam, ibi præteriti temporis famam, ibi ſpem futuri extinctam. Cùm hæc exprobrando hoſti Marcellus ſuorum militum animos erigeret; Annibal multò gravioribus probris increpabat. Arma ſignaque eadem ſe aiebat noſcere, quæ ad Trebiam Thraſymenumque, poſtremò ad Cannas viderit, habueritque: militem alium profectò ſe in hyberna Capuam duxiſſe, alium inde eduxiſſe.* Non incurioſe etiam Tacitus lib. II. hiſt: *Sed miles, plenus caſtris, & redundante multitudine, in porticibus aut delubris, & urbe tota vagus, non principia noſcere, nō ſervare vigilias, neque labore firmari: per illecebras urbis, & inhoneſta dictu, corpus otio, animum libidinibus imminuebat.* Sed iterumque lib. III: *Plus ſecordiæ quàm fiduciæ acceſſiſſe victoribus. Neque enim in procinctu & caſtris habitos: per omnia Italiæ municipia deſides, tantum hoſpitibus metuendos: quanto ferocius antè ſe egerint, tanto cupidius inſolitas voluptates hauſiſſe. Circo quoque, ac theatris, & amœnitate urbis emollitos, aut valetudinibus feſſos. Sed addito ſpatio, rediturum & his robur meditatione belli.* Æmulatione itaque dignus Mithridates, quem tali donat præconio Trogi abbreviator lib. XXXVII: *Hieme deinde imminente, non in convivio, ſed in campo; non in advocationibus ſed in exercitationibus; nec inter ſodales ſed inter coæquales, aut equo, aut curſu, aut viribus contendebat. Exercitū quoque ſuum ad parem laboris patientiam quotidianâ exercitatione durabat: atque ita invictus ipſe inexpugnabilem exercitum fecerat.* Nec ſpernēdi Romani, quorum meminit Saluſtius Catilin: *Iam primum Iuventus, ſimul ac belli patiens erat, in caſtris per laborem uſu militiā diſcebat, magiſque in decoris armis & militaribus equis, quàm in ſcortis atque in conviviis libidinem habebant. Igitur talibus viris non labor inſolitus, non locus ullus aſper, aut arduus erat: non armatus hoſtis formidoloſus. Virtus omnia domuerat. Sed gloria maximum certamen inter ipſos erat.* Haud magis quam illi, de quibus Livius lib. XXXV: *Nabidi quoq; & ipſi faciendum eſſe ut quas haberet copias, non ſineret ſub tectis marceſcere otio: ſed educeret, & in armis decurrere cogeret, ſimul animos acueret, & corpora exerceret. conſuetudine leviorem laborē fore, & comitate ac benignitate ducis etiam nō iniucundum fieri poſſe.*

His

His appropinquat Conſilium Seiani, lib. I V. Annal: Taciti *Vim præfecturæ modicam antea, intendit, diſperſas per urbem cohortes unà in caſtra conducendo; ut ſimul imperia acciperent, numeroque & robore, & viſu inter ſe,fiducia ipſis, in ceteros metus crederetur. Prætendebat laſcivire militem diductum: ſi quid ſubitum ingruat, maiore auxilio pariter ſubveniri. & ſeverius acturos, ſi vallum ſtatuatur procul urbis inlecebris.* Et talibus attendit Tiberius,eodem Tacito auctore lib. I I: *Nec multo poſt Druſus in Illyricū miſſus eſt, ut ſueſceret militiæ, ſtudiaque exercitus pararet; ſimul juvenem urbano luxu laſcivientem melius in caſtris haberi Tiberius, ſeque tutiorem rebatur, utroq; filio legionis obtinente.* Placuit etiam Iuſtino, Agathiæ lib. V: Ἐπεὶ δὲ ἐς ἥβης μέτρον ἀφίκετο, ἔστειλέ γε αὐτὸν αὐτίκα ἐν Χερρονήσῳ, ἄρχοντα τοῦ τῇδε στρατοῦ καταστησάμενος· ὡς ἂν αὐτῷ εὐθὺς τὸ τῆς νεότητος ὀξὺ καὶ ταχύρροπον καὶ πρὸς τὰς δόξας ἠρμένον ἐν τοῖς προσήκουσι καὶ ἀναγκαίοις ἀποπιμπλάνοιτο· ἀλλὰ μὴ προθέοι καὶ ἀνασκιρτῴη πρὸς κινήσεις ἀλόγους καὶ δημώδεις ὁρμὰς, καὶ ἵππων ἁμίλλας τοῖς χρώμασι μεμερισμένας· ἐν οἷς ὡς τὰ πολλὰ τὸ νέον, εἰ μὴ ἐς ἕτερόν τι τῶν χρησίμων ἐνασχοληθείη, ῥᾳδίως ῥέπει καὶ ἐκτραχήλεται: *Poſteaquam verò ex ephebis exceſſit, ſtatim eum in Cherſoneſum ablegavit, & exercitui qui ibi erat præfecit; ut ipſi ſtatim juventutis fervor & flexibilitas & gloriæ appetentia,convenientibus ac conducibilibus rebus expleretur, neque abriperetur ac proſiliret ad motus rationi parum conſentaneos,populariaque ſtudia, & equeſtria certamina coloribus diſtincta, ad quæ juventus plerumque niſi potiore aliqua in re occupetur, facilè vergit & deturbatur.* Ita ſanè. Nihil igitur reliquum, niſi ut extrudantur ubi harum rerū annona nulla aut admodum rara. Generosè enim Theodericus rex lib. I. Variarum cap. XXIV: *Quod in iuventute non diſcitur, in matura ætate neſcitur. Accipitres ipſi quorum victus ſemper ex præda eſt, fœtus ſuos novitate marcentes nidis perturbant; ne molle otium conſueſcant: alis verberant immorantes. cogunt pullos teneros ad volatum, ut tales debeant exiſtere, de quibus poſſit pietas materna præſumere.*

Otioſa porrò armatorum manus facilè laſciviunt. Lib. de moribus German.

REFERT de Germanis Cæſar lib. VI. Gall. *Latrocinia nullam habent infamiam, quæ extrà fines cuiuſque civitatis fiunt: atque ea juventutis exercendæ, ac deſidiæ minuendæ cauſâ fieri prædicant.* Ratio quantivis pretij. præſtat enim damnum inferre vicinis nihil ad ſe pertinentibus, quàm ipſi ſibi. quorum alterutrū neceſſe eſt fiat ab homine otioſo.

Digitized by Google

Nec quicquam verius illo Columellæ lib. XI. cap. I: *Nihil agendo, homines malè agere diſcunt.* Et ita quidē, ut affirmet D. Ioh. Chryſoſtomus Homilia XXXVI. in Matthæum: *Πᾶσαν κακίαν ἐδίδαξεν ἡ ἀργία*: *Omniū vitiorum quaſi magiſtra quadam atque origo eſt otioſitas.* Inprimis verò militibus, hominum generi ante ſacramentum, aut moribus corrupto, aut certe minimè deſidi; ideoque vel ex conſuetudine, vel ex inſolētia peccaturo. Certè nihil crebrius obviam in hiſtoriis, quàm rebus prolatis deſciviſſe à diſciplinâ armatos. Apud unum Tacitum occurrit de Pannonicis legionibus lib. I: *Ob iuſtitium aut gaudium intermiſerat ſolita munia. Eo principio laſcivire miles, diſcordare, peſſimi cuiuſque ſermonibus prabere aures: denique luxum & otium cupere; diſciplinam & laborem aſpernari.* De Germanicis, eodem libro: *Iiſdem æſtivis, in finibus Vbiorum habebantur, per otium aut levia munia. Igitur audito fine Auguſti, vernacula multitudo nuper acto in urbe delectu, laſcivia ſueta, laborum intolerans, implere ceterorum rudes animos: veniſſe tempus &c.* De Syriacis, lib. XIII. Annal. *Corbuloni plus molis adverſus ignaviam militum, quam contra perfidiam hoſtium fuit. Quippe Syria transmota legiones, pace longa ſegnes, munia Romanorum ægerrimè tolerabant.* De Britannicis, in vita Agricolæ: *Sed diſcordiâ laboratum, cùm aſſuetus expeditionibus miles, otio laſciviret.* & mox ibidem: *Eadem inertia erga hoſtes, ſimilis petulantia caſtrorum.* Et verò militem perpetuò diſtinendū, non magis corporis cauſsâ quàm animi, facilè perſuadeamus his Polybij libro I: *Οἱ δὲ μισθοφόροι συναναχθέντες εἰς τὴν Σίκκαν, καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου τετυχότες ἀνέσεως καὶ σχολῆς, ὅπερ ἀφυέστατον ὑπάρχει ξενικαῖς δυνάμεσι, καὶ σχεδὸν ὡς εἰπεῖν ἀρχηγὸν, καὶ μόνον αἴτιον γίνεται στάσεως, διῆγον ἀδεῶς*: *Vt in Siccam traducti ſunt milites, licentius iam per otium atque ſocordiam vitam agebant: id quod in exercitu pernicioſiſſimum eſt, & ferè ac ſolum, ut ita dicam, fons atque origo ſeditionum omnium.* Neque aliter opinatum Iphicratem, credendum eſt Polyæno lib. III: *Εἰ μὴ πόλεμος ἦν, ἀεί τι προσέταττεν, ἢ ὀρύττειν, ἢ ταφρεύειν, ἢ δένδρα κόπτειν, ἢ ἀναζευγνύειν, ἢ μετασκευάζειν, ὡς ἐν τῇ σχολῇ νεωτερίζειν βουλόμενον*: *Si bellum non eſſet, ſemper aliquid negotij dedit; & iuſſit aut cuniculos in terram agere, aut foſſas ducere, aut arbores ſecare, aut caſtra transferre, aut vaſa tranſmutare: quod in otio novas res moliri exiſtimaret.* Eiuſdem ſententiæ D. Auguſtus, de quo Vellejus lib. II: *Ne res diſciplina inimiciſſima otium, corrumperet militem, crebris in Illyrico Dalmatiâq; expeditionibus, patientiâ periculorum belliqve experientiâ durabat exercitum.* Hinc & illa paſſim apud Curtium, libro quidem VI: *Igitur ne in ſeditionem res verteret, otium interpellandum erat.* Libro verò VII: *Seditioſaque voces referebantur ad regem. queis ille haud ſanè metus, ſatiſque prudens, otij vitia*

negotio

negotio diſcuti &c. Libro denique VIII: *Sed ne otium ſerendis rumoribus nutum aleret, in Indiam movit, &c.* Ex quibus liquet de veritate ſententiæ, quâ uſus Seneca Epiſt. LVI: *Magni Imperatores cùm malè parêre militē vident, aliquo labore compeſcunt, & expeditionibus detinent. Nunquam vacat laſcivire diſtrictis: nihilque tam certum eſt, quàm otij vitia negotio diſcuti.* Prudenter Vegetius lib. III. cap. IV: *Interdum movet tumultum ex diverſis locis collectus exercitus; & cùm pugnare nolit, iraſci ſe ſimulat cur nō ducatur ad bellum: quod ij præcipuè faciunt, qui in ſedibus otioſè delicateque vixerunt.* Nec abſurde Germani apud Tacitum lib. II. Annal: *Hos eſſe Romanos Variani exercitus fugaciſſimos, qui ne bellum tolerarent, ſeditionem induerint.* Eodē judicio & ipſemet Cornelius de Germanico exercitu, ſub finem lib. II. Hiſtor: *Non vigor corporibus, non ardor animis. lentum & rarum agmen, & fluxa arma; ſegnes equi. impatiens ſolis, pulveris, tempeſtatum: quantumque hebes ad ſuſtinendum laborem miles, tanto ad diſcordias promptior.* Nec aliâ cenſurâ eodem libro: *Ad poſtremum Valens è petulantiâ etiam perfidiam ſuſpectabat.* Quæ verba vicem præſtant interpretis aliis illis, fine eiuſdem libri: *Accedebat huc Cæcinæ ambitio vetus, torpor recens, nimiâ fortunæ indulgentiâ ſoluti in luxum: ſeu perfidiam meditanti infringere exercitus virtutem inter artes erat.* Etiam Saluſtius in Iugurthinâ de Metello: *Sed ubi in Africam venit, exercitus ei traditur à Sp. Albino proconſule, iners, imbellis, neque periculi, neque laboris patiens: linguâ quàm manu promptior; prædator ex ſocijs, & ipſe præda hoſtium, ſine imperio & modeſtia habitus.* Probè igitur inter alia Xenophon in Hierone: Καὶ γὰρ αἱ πρόσοδοι αὔξοιντ᾽ ἄν, καὶ ἡ σωφροσύνη πολὺ μᾶλλον σὺν τῇ ἀσχολίᾳ συμπαρομαρτοῖ. καὶ μὴν κακουργίαι γε ἧττον τοῖς ἐνεργοῖς ἐμφύονται: *Nam & proventus augerentur, & modeſtia multo magis occupationum comes eſſet: ne dicam, etiam facinora minus in ijs, qui opus faciunt, exiſtere.* Quod & ipſum acutè ſenſit Tacitus lib. I. Hiſtor. de exercitu Britannico: *Non ſanè aliæ legiones per omnes civilium bellorum motus innocentius egerunt: ſeu quia procul, & Oceano diviſæ: ſeu crebris expeditionibus docta hoſtem potius odiſſe.* Cuius ultima curioſe explicuit Xenophon libro III. Cyropæd: Ἐκ τούτων οὖν ἐπεθύμει τι ἤδη τῶν πρὸς τοὺς πολεμίους πράττειν, γιγνώσκων ὅτι ἐν τῷ μέλλειν πολλάκις τοῖς ἄρχουσι καὶ τῆς καλῆς παρασκευῆς ἀλλοιοῦταί τι. ἔτι δ᾽ ὁρῶν ὅτι φιλοτίμως ἔχοντες ἐν οἷς ἀντηγωνίζοντο πολλοὶ καὶ ἐπιφθόνως εἶχον πρὸς ἀλλήλους τῶν στρατιωτῶν, καὶ τούτων ἕνεκα ἐξάγειν αὐτοὺς ἐβούλετο εἰς τὴν πολεμίαν ὡς τάχιστα, εἰδὼς ὅτι οἱ κοινοὶ κίνδυνοι φιλοφρόνως ποιοῦσιν ἔχειν τοὺς συμμάχους πρὸς ἀλλήλους, καὶ οὐκέτι ἐν τούτῳ οὔτε τοῖς ἐν ὅπλοις κοσμουμένοις φθονοῦσιν, οὔτε τοῖς δόξης ἐφιεμένοις, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἐπαινοῦσι καὶ ἀσπάζονται οἱ τοιοῦτοι τοὺς ὁμοίους, νομίζοντες συνεργοὺς αὐτοὺς τοῦ κοινοῦ ἀγαθοῦ εἶναι: *De cauſis hiſce iam aliquid eorum*

gerere cupiebat, quæ adverſus hoſtem ſuſcipi ſolent. Intelligebat enim, in cunctationibus plerumque ducibus copiarum etiam, præclare parata labefieri & mutari. Videbat item pleroſque milites ambitione ductos, in iis de quibus erant inter ipſos certamina, ſibi mutuo invidere. Quare hac quoque de cauſſa quam primum eos in hoſticum educere volebat. Nam pericula communis benevolentiam inter commilitones mutuam excitant; ad quæ ubi perventum eſt, nemo aliis, quibus ornatiſſima ſunt arma, nemo gloriæ cupidus invidet: ſed potius, & collaudant, & complectuntur huiuſmodi ſibi ſimiles, quod eos ſecum in juvanda publica re coniunctos exiſtimant. Eoſdem mores durare etiam militibus, bello jam finito, ratio ipſamet dictat. Vnde narratur de Dionyſio Iuſtini lib. XX: *Grave otium regno ſuo, periculoſamq; deſidiam tanti exercitus ratus, copias in Italiam traiecit: ſimul ut militum vires continuo labore acuerentur, & regni fines proferrentur.* Deq; Antiochi fratre idē Trogi decurtator lib. XXXV: *Demetrius occupato Syriæ regno, novitati ſuæ otium periculoſum ratus, ampliare fines regni & opes augere, finitimorum bellis, ſtatuit.* Quibus adhærent iſta Plutarchi in vita alterius Demetrij: Ἐντεῦθεν ἐπανελθὼν εἰς Μακεδονίαν, καὶ μήτε αὐτὸν ἄγειν ἡσυχίαν πεφυκὼς, τούς τε ἄλλους ὁρῶν ἐν ταῖς στρατείαις μᾶλλον αὐτῷ προσέχοντας, οἴκοι δὲ ταραχώδεις καὶ πολυπράγμονας ὄντας, ἐστράτευσεν ἐπ' Αἰτωλούς: *Hinc in Macedoniam regreſſus, & neque ipſe ad quietem natus, atque Macedonas conſiderans magis ſibi in expeditionibus audientes, domi vero ſeditioſos & novarum rerum eſſe cupidos, movit in Ætolos.* Quin eādem iſtam quietem omnium hominum generi peſtiferam eſſe etiam extra bellum, inculcant paſſim ſcriptores rerum memorabilium. Hinc pronuntiat conſtanti aſſeveratione Iulius Cæſar apud Dionem lib. XXXVIII: Τὸ γὰρ ἐπιεικὲς οὐκ ἐθέλει μὴ καὶ ἐκ τούτου σώζεσθαι· οὐ μὴν ἀλλὰ ἀνὴρ μὲν ὅς τις ἀπραγμονέστατός ἐστι, καὶ ἀσφαλέστατος εἶναι δοκεῖ· πόλις δὲ, ἄλλως τε καὶ ἀρχὴν ἔχουσα, τάχιστα ἂν ὑπὸ τοῦ τοιούτου καταλυθείη. ταῦτα γὰρ οὕτως οὐχ ὑπ' ἀνθρώπων ταχθέντα, ἀλλ' ὑπ' αὐτῆς τῆς φύσεως νομοθετηθέντα, καὶ ἦν ἀεὶ, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται μέχρι περ ἂν καὶ τὸ θνητὸν γένος συνεστήκῃ: *Ac quamvis tranquillus ſtatus ne privatim quoque ſine induſtria conſervari poteſt, tamen cui minimum ſit negotiorum, is maximè tutus habetur. Civitas autem, præſertim ſi quem obtinet dominatum, hac ratione abſque mora peſſum iverit. Quod non ab homine ita inſtitutum, ſed ab ipſa natura lege ſancitum, ita ſemper ſe habuit habetque adhuc, & habebit etiam quamdiu genus humanum duraverit.* Quod ipſum, mirum eſt niſi hauſerit ab uberibus prudentis illius Deæ, a quibus ante etiam Alcibiades; quem ſic audire eſt orantem Thucydidis libro VI: Καὶ τὴν πόλιν, ἐὰν μὲν ἡσυχάζῃ, τρίψεσθαί τε αὐτὴν περὶ ἑαυτὴν, ὥσπερ καὶ ἄλλό τι, καὶ πάντων τὴν ἐπιστήμην ἐγγηράσεσθαι· ἀγωνιζομένην δὲ, αἰεὶ προσλήψεσθαί

τε τὴν

τι τὴν ἐμπειρίαν, καὶ τὸ ἀμύνεσθαι, οὐ λόγῳ ἀλλ' ἔργῳ μᾶλλον ξυνήθες ἕξειν. παράπαν τε γιγνώσκω πόλιν μὴ ἀπράγμονα τάχιστ' ἄν μοι δοκεῖν ἀπραγμοσύνης μεταβολῇ διαφθαρῆναι· καὶ τῶν ἀνθρώπων ἀσφαλέστατα τούτους οἰκεῖν οἳ ἂν τοῖς παροῦσιν ἤθεσι καὶ νόμοις, ἢν καὶ χείρω ᾖ, ἥκιστα διαφόρως πολιτεύωσι: *Et Rempubl. ſi quieſcat, ipſam ſuis ipſius opibus attritum iri, ut qualibet alia, & futurũ, ut omnium diſciplina in ipſa conſeneſcat: ſed ſi bella gerat, peritiam ſibi ſemper adiuncturam, & uſum adepturam; quo non verbis at factis potius propulſare poſſit. In ſumma vobiſcum ita ſentio, civitatem negotioſam, ſi negotium cum otio commutet, meo iudicio confeſtim everti: & illos homines tutiſſimè degere vitam, qui præſentibus, inſtitutis, legibuſque quamvis ſint deteriores, in civitatibus minime diſcordes vivunt.* Nutritus eodem lacte Quintius Coſ. qui ſic inter alia alloquitur Quirites lib. III. Livij: *Sedemus deſides domi, mulierum ritu inter nos altercantes, præſenti pace læti: nec cernentes ex otio illo brevi multiplex bellum rediturum.* In cuius ſententiam, ſi non pedibus, at animis abiit Annibal, cuius hæc vox Livij lib. XXX: *Nulla magna civitas diu quieſcere poteſt. ſi foris hoſtem non habet, domi invenit. ut prævalida corpora ab externis cauſſis tuta videntur, ſed ſuis ipſa viribus onerantur.* Eidem aſſenſum præbuit Senator Romanus apud Val. Maximum lib. VII. cap. II: *Ap. Claudium crebro ſolitum dicere accepimus, negotium populo Rom. melius, quàm otium committi: non quòd ignoraret quàm iucundus tranquillitatis ſtatus eſſet, ſed quod animadverteret præpotentia imperia agitatione rerum ad virtutem capeſſendam excitari, nimia quiete in deſidiam reſolvi. Et ſanè negotium nomine horridum, civitatis noſtræ mores in ſuo ſtatu continuit; blandæ appellationis quies plurimis vitiis reſperſit.* Approbè. ideoque ceu tubæ ſonitu intonat Quintilianus Declamat IV: *Pax eſt quæ nos deprehendit: cum iuſta graſſandi materia conſumpta eſt, in facinus neceſſe eſt otioſus ardor erumpat.* Nec leviore vocalitate Ariſtoteles libro VII. Politic. capite XV: Ἀνδρείας μὲν οὖν καὶ καρτερίας δεῖ πρὸς τὴν ἀσχολίαν· φιλοσοφίας δὲ πρὸς τὴν σχολήν· σωφροσύνης δὲ καὶ δικαιοσύνης ἐν ἀμφοτέροις τοῖς χρόνοις· καὶ μᾶλλον εἰρήνην ἄγουσι καὶ σχολάζουσιν. ὁ μὲν γὰρ πόλεμος ἀναγκάζει δικαίους εἶναι καὶ σωφρονεῖν· ἡ δὲ τῆς εὐτυχίας ἀπόλαυσις, καὶ τὸ σχολάζειν μετ' εἰρήνης, ὑβριστὰς ποιεῖ μᾶλλον. πολλῆς οὖν δεῖ δικαιοσύνης καὶ πολλῆς σωφροσύνης τοὺς ἄριστα δοκοῦντας πράττειν, καὶ πάντων τῶν μακαριζομένων ἀπολαύοντας· οἷον, εἴ τινές εἰσιν, ὥσπερ οἱ ποιηταί φασιν, ἐν μακάρων νήσοις. μάλιστα γὰρ οὗτοι δεήσονται φιλοσοφίας, καὶ σωφροσύνης, καὶ δικαιοσύνης, ὅσῳ μᾶλλον σχολάζουσιν ἐν ἀφθονίᾳ τῶν τοιούτων ἀγαθῶν. διότι μὲν οὖν τὴν μέλλουσαν εὐδαιμονήσειν καὶ σπουδαίον ἔσεσθαι πόλιν, τούτων δεῖ τῶν ἀρετῶν μετέχειν, φανερόν. αἰσχροῦ γὰρ ὄντος μὴ δύνασθαι χρῆσθαι τοῖς ἀγαθοῖς, ἔτι μᾶλλον μὴ δύνασθαι ἐν τῷ σχολάζειν χρῆσθαι· ἀλλ' ἀσχολοῦντας μὲν καὶ πο-

λεμοῦντας φαίνεσθαι ἀγαθοὺς· εἰρήνην δὲ ἄγοντας καὶ σχολάζοντας, ἀνδραποδώδεις: *Fortitudine igitur, & laborum tolerantiâ opus eſt in occupatione & negotio: Philoſophiâ autem in otio & quiete: temperantiâ verò & juſtitiâ in utroque tempore: ſed magis tamen in pace & otio. Nam bellum quidem juſtos & temperanteis eſſe cogit: rerum verò ſecundarum tranquillitas ac iucunditas, otiumq; cum pace coniunctum, petulanteis & contumelioſos reddit potius. Multâ igitur iuſtitiâ, multaque temperantiâ ius opus eſt, qui optimè rem gerere videntur, quique rebus omnibus, quæ fortunatæ habentur, perfruuntur: ut ſi qui ſunt, quemadmodum fabulantur poëtæ, in inſulis fortunatis. Hi enim tanto magis Philoſophiam & temperantiã & iuſtitiam requirent, quanto magis in talium rerum copia & libertate otioſe vivunt. Quamobrem igitur eam quæ beata & bona futura eſt, civitatem, his virtutibus oporteat eſſe præditam, in promptu eſt. Nam cum turpe ſit non poſſe bonis uti, tum multo turpius eſt in otioſa vita non poſſe uti; ſed occupatos quidem, & bellum gerenteis, ſe præbere viros bonos: pacem agitanteis verò, & otio diffluenteis, mancipiorum ſimiles eſſe.* Hæc cum ita ſint, rem minime fatuam executus eſt tyrannus Athenarum, de quo Ælianus libro IX. Var. Hiſt. capite XXV: Πεισίστρατος ὅτε τῆς ἀρχῆς ἐγκρατὴς ἐγένετο, μετεπέμπετο τοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἀποσχολάζοντας, καὶ ἐπυνθάνετο τί δήποτε εἴη τὸ αἴτιον τοῦ ἀλύειν αὐτούς. καὶ ἐπέλεγεν, εἰ μέν σοι τέθνηκε ζεῦγος, παρ' ἐμοῦ λαβὼν ἄπιθι, καὶ ἐργάζου: εἰ δὲ ἀπορεῖς σπερμάτων, παρ' ἐμοῦ σοι γενέσθω: δεδιὼς μὴ ἡ σχολὴ τούτων, ἐπιβουλὴν τίκτῃ: *Piſiſtratus cùm in regnũ eſſet evectus, accerſi iubebat eos qui in foro otiando tempus tererent: & interrogavit, num quæ cauſa eſſet ipſis in foro oberrandi. ſimulque dicebat: Si tibi boves aratores mortui ſunt, de meo cape rurſus alios, atque ad labores te confer. Sin egenus & inops es ſeminum, de meo dentur tibi veritus, ne horum otium, inſidias aliquas pareret.* Exq; his liquet ſenſus verborum Plinij lib. XXXVI. cap. XII: *Pyramides in Aegypto, regum pecuniæ otioſæ ac ſtulta oſtentatio. quippe cum faciendi eas cauſſa à pleriſque tradatur, ne pecuniã ſucceſſoribus aut æmulis inſidiantibus præberent, aut ne plebs eſſet otioſa.* Haud igitur videri debet laus vulgaris, quâ afficiunt Athenienſes legati Corinthiorum, Thucydidis lib. I: Καὶ ἀπολαύουσιν ἐλάχιστα τῶν ὑπαρχόντων, διὰ τὸ ἀεὶ κτᾶσθαι. καὶ μήτε ἑορτὴν ἄλλό τι ἡγεῖσθαι ἢ τὸ τὰ δέοντα πρᾶξαι ξυμφοράν τε οὐχ ἧσσον ἡσυχίαν ἀπράγμονα, ἢ ἀσχολίαν ἐπίπονον. ὥστε εἴ τις αὐτοὺς ξυνελὼν φαίη πεφυκέναι ἐπὶ τῷ μήτε αὐτοὺς ἔχειν ἡσυχίαν, μήτε τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἐᾶν, ὀρθῶς ἂν εἴποι: *Rebuſq; patris minimum fruuntur, quia quærere ſemper ſtudent, & diem feſtum nihil aliud eſſe putant, quàm conficere quæ conducunt, & otium iners plus mali afferre quàm laborioſum negotium. Quare ſi quis paucis rem totam complexus, eos dixerit ita natos eſſe, ut neque ipſi velint, neque alios mortales quieſcere ſinant, is verum*

Digitized by Google

rum dixerit. Nam ſanè ipſamet pandebat Veritatis ac Providentiæ penetralia, cùm diceret Dionyſ. Halicarnaſſæus libro VIII. Antiq. Rom: Ἐν ἅπασι μὲν οὖν ἔθνεσι καὶ τόποις Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων, φιλοῦσιν αἱ τῶν ἔξωθεν κακῶν ἀνάπαυλαι ἐμφυλίους τε καὶ ἐνδήμους ἐγείρειν πολέμους. μάλιστα δὲ τοῦτο πάσχουσιν ὅσοι πολεμιστὴν καὶ κακόπαθον αἱροῦνται βίον, ἐλευθερίας τε καὶ ἡγεμονίας πόθῳ. χαλεπαὶ γὰρ αἱ μαθοῦσαι τοῦ πλείονος ἐφίεσθαι φύσεις, ἐξειργόμεναι τῶν συνήθων ἔργων, καρτερεῖν· καὶ διὰ τοῦτο οἱ φρονιμώτατοι τῶν ἡγεμόνων ἀεί τινας ἐκ τῶν ἀλλοεθνῶν ἀναζωπυροῦσιν ἔχθρας, κρείττονας ἡγούμενοι τῶν ἐντοπίων πολέμων τοὺς ἀλλοδαπούς: *Ita certè in omnibus locis tam Græcarum quam barbararum gentium uſu venit, ut ceſſantibus externis periculis inteſtinæ domi ſeditiones exoriantur: ſed maximè id accidit in populis bellicæ ærumnoſæque vitæ aſſuetis, partim libertatis, partim imperij deſiderio. ægre namque continere ſe poſſunt ingenia cupiditatibus aſſuefacta, ſi prohibeantur à conſuetis exercitiis: & ideo prudentes reipublicæ præſides ſemper alunt aliqua externorum bellorum ſeminaria; ſatius ducentes foris conflictari quàm domi.* Bello autem certatum inter gentes ceſſante bello: haud opus probare. cuncta id clamant. Tacitus unus, nunc de Suevis & Cheruſcis lib. II. Annal: *Nam diſceſſu Romanorũ, ac vacuo externo metu, gentis aſſuetudine, & tum æmulatione gloriæ, arma in ſe verterant.* Vnde de iiſdem conſilium Tiberij lib. I. Annal: *Poſſe & Cheruſcos ceteraſque rebellium gentes, quando Romanæ ultioni conſultum eſt, internis diſcordijs relinqui.* Sed & idem Tacitus de aliis adhuc Germanis, lib. de Moribus Germ: *Iuxta Tencteros Bructeri olim occurrebant: nunc Chamavos & Angrivarios immigraſſe narratur, pulſis Bructeris, ac penitus excifis; vicinarum conſenſu nationum, ſeu ſuperbiæ odio, ſeu prædæ dulcedine, ſeu favore quodam erga nos Deorum. Nam ne ſpectaculo quidem prælij invidere. ſuper LX. milia non armis teliſque Romanis, ſed quod magnificentius eſt, oblectationi oculiſque ceciderunt. Maneat quæſo duretque gentibus, ſi non amor noſtri, at certè odium ſui: quando urgentibus imperij fatis nihil iam præſtare fortuna maius poteſt, quam hoſtium diſcordiam.* Quod votum etiamnum hodie durare videtur, adeo ſe etiamnum quoque Germania odit, *& ipſa viribus ruit ſuis.* Sapienter itaque ſermocinatur Val. Maximus lib. VII. cap. II: *Q. quoque Metelli cum gravis, tum etiam altæ in ſenatu ſententia: qui devicta Carthagine, neſcire ſe, illa victoria bonine plus an mali Reip. attuliſſet, aſſeveravit. Quoniam ut pacem reſtituendo profuiſſet; ita Annibalem ſubmovendo, nonnihil nocuiſſet. Eius enim tranſitu in Italiam, dormientẽ iam populi Romani virtutẽ excitatam: metuiq; debere, ne acri æmulo liberata in eundem ſomnum revolveretur. In æquo igitur malorum poſuit, uri tecta, vaſtari agros, exhauriri ærarium, & priſci roboris nervos hebetari.* Et hinc querela tũ Salluſtij bello Iugurth: *Ante Car-*

 thaginem

thaginem deletam; populus, & Senatus Romanus, placidè, modeſteque inter ſe Rempubl. tractabant: neque gloria, neque dominationis certamen inter cives erat: metus hoſtilis in bonis artibus civitatem retinebat. Sed ubi illa formido mentibus deceſſit, ſcilicet ea, quæ ſecundæ res amant, laſcivia atque ſuperbia inceſſere. Ita, quod in adverſis rebus optaverant, otium poſtquàm adepti ſunt aſperius, acerbiuſque fuit. Namque cœpere nobilitas dignitatem in ſuperbiam, plebes libertatem in libidinem vertere: ſibi quiſque ducere, trahere, rapere. Ita omnia in duas partes abſtracta ſunt: Reſp. quæ media fuerat, dilacerata eſt. Tùm Paterculi, ſtatim fronte libri II: *Remoto Carthaginis metu, ſublataque imperij æmula, non gradu, ſed præcipiti curſu à virtute deſcitum, ad vitia trãſcurſum; vetus diſciplina deſerta, nova inducta; in ſomnum à vigiliis, ab armis ad voluptates, à negotiis in otium converſa civitas*. Et poſt pauca: *Hoc initium in urbe Roma civilis ſanguinis gladiorumq. impunitatis fuit. inde jus vi obrutum, potentiorque habitus prior; diſcordiæque civium, antea condicionibus ſanari ſolitæ, ferro dijudicatæ; bellaq. non cauſſis inita, ſed prout eorum merces fuit*. Sic ille: quæ in unum quaſi ſertum compingenda verbis Senecæ Epiſt. XCI: *Bellum in mediâ pace conſurgit, & auxilia ſecuritatis in metum tranſeunt; ex amico inimicus, hoſtis ex ſocio. In ſubitas tempeſtates hiberniſque maiores agitur æſtiva tranquillitas. ſine hoſte patimur hoſtilia; & cladis cauſas, ſi alia deficiunt, nimia ſibi felicitas invenit*. Quod ipſum probiſſimè animadvertit Onomademus apud Plutarchum, qui ἐν Χίῳ τῆς κρατούσης μερίδος ἐν στάσει γενόμενος, παρῄνει τοῖς ἑταίροις μὴ πάντας ἐξελάσαι τοὺς ἀντιστασιάσαντας, ἀλλ' ὑπολείπεσθαί τινας. Ὅπως (ἔφη) μὴ πρὸς τοὺς φίλους ἀρξώμεθα διαφέρεσθαι, τῶν ἐχθρῶν παντάπασιν ἀπαλλαγέντες: *Cùm in Chio orta ſeditione a potentiore ſtaret parte, hortatus eſt ſocios, ne omnes adverſarios eÿcerent, ſed quoſdam in civitate relinquerent. dicebat enim alioqui periculum fore, ne omnibus inimicis ſublatis cũ amicis extituræ ipſis eſſent controverſiæ*. Ne id autem putemus hominis morbum tantum; audiamus Columellam lib. IX. cap. XV rei ruſt: *Nec ad excidionem genus fucorum interimenda eſt, ne apes inertiâ laborent; quæ cùm fuci aliquam partem cibariorum abſumunt, ſarciendo damna fiunt agiliores &c*. Quocirca inter alias cauſſas, ideo etiam gymnaſia à ſe Athenis inſtituta fatetur Solon apud Lucianum περὶ γυμνασίων: Ἐν εἰρήνῃ τε αὖ πολὺ ἀμείνοσιν αὐτοῖς χρώμεθα, περὶ μηδὲν τῶν αἰσχρῶν φιλοτιμουμένοις, μηδὲ ὑπ' ἀργίας ἐς ὕβριν τρεπομένοις, ἀλλὰ περὶ τὰ τοιαῦτα διατρίβουσι, καὶ ἀσχόλοις οὖσιν ἐν αὐτοῖς: *Porrò autem in pace longè melioribus illis utimur, de nulla re turpi ac flagitioſa contendentibus, neque ob inertiam ad mutuò inferendam iniuriam ſe convertentibus, ſed circa iſta verſantibus, inque his ipſis exercitiis occupatis exiſtentibus*. Imò bellum ideò de induſtriâ arripuiſſe Romanos declarat

rat Plutarchus in Camillo. locutus enim de obſidendis Faliſcis ſubiicit: Τὸ μὲν ἑλεῖν οὐ μικρὸν ἔργον, οὐδὲ χρόνου τοῦ τυχόντος ἡγούμενος, ἄλλως δὲ τρίβειν τοὺς πολίτας καὶ περισπᾶν βουλόμενος, ὡς μὴ σχολάζοιεν, οἴκοι καθήμενοι, δημαγωγεῖσθαι καὶ στασιάζειν. ἐπιεικῶς γὰρ ἀεὶ φαρμάκῳ τούτῳ χρώμενοι διετέλουν, ὥσπερ ἰατροὶ τὰ ταραχικὰ πάθη τῆς πολιτείας, ἔξω τρέποντες: *Quamquam autẽ capi urbem nec proclive erat, nec breuis eſſe perſpiceret ſpatij, parabat verſare tamen cives & diſtinere, ne domi reſides, tribunorum plebis intenderent concionibus & ſeditionibus. Quo remedio ferè ſemper utebantur, medicorũ more, ad motus turbulentos ex civitate propellendos.*

Fit temeritatis alienæ comes Spurinna, primò coactus; mox velle ſimulans, quò plus auctoritatis ineſſet conſiliis. Lib. II. Hiſt.

MEREBANTVR inſcribi columnæ aureæ, & literis quidem gemmeis, tum lex Solonis, tum interpretatio eius. de quo utroque ſic Gellius lib. II. Noct. Att. cap. XII: *In legibus Solonis illis antiquiſſimis, quæ Athenis axibus ligneis inciſæ ſunt, quaſque latas ab eo Athenienſes, ut ſempiternæ manerent, pœnis & religionibus ſanxerant, legem eſſe Ariſtoteles refert ſcriptam ad hanc ſententiam: Si ob diſcordiam diſſenſionemque ſeditio atque diſceſſio populi in duas partes fieret, & ob eam cauſam irritatis animis utrinque arma caperentur pugnareturque. tum qui, in eo tempore in eoque caſu civilis diſcordiæ, non alterutræ parti ſeſe adiunxerit, ſed ſolitarius ſeparatuſque a communi malo civitatis ſeceſſerit, is domo, patria, fortuniſq́ omnibus careto; exul exterriſque eſto. Cum hanc legem Solonis ſingulari ſapientiâ præditi legiſſemus; tenuit nos gravis quædam in principio admiratio requirentes, quam ob cauſam dignos eſſe pœnâ exiſtimaverit, qui ſe procul a ſeditione & civili pugnâ removiſſent. Tum, qui penitus atque altè uſum ac ſententiam legis inſpexerat, non ad augendam ſed ad diſinẽdam ſeditionem legem hanc eſſe dicebat; & res prorſum ſe ſic habet. nam ſi boni omnes, qui in principio coërcendæ ſeditioni impares fuerint populumque partitum & amentem nõ deterruerint, ad alterutram partem diviſi ſeſe adiunxerint: tum eveniet, ut cum ſocij partis ſeorſum utriuſque fuerint, eoq́ partes ab iis ut maioris auctoritatis viris temperari ac regi cœperint, concordia per eos potiſſimum reſtitui conciliarique poſſit; dum & ſuos apud quos ſunt, regunt atque mitificant, & aduerſarios ſanatos magis cupiunt quam perditos. Hoc idem Favorinus philoſophus inter fratres quoque aut ami-*

eos diſſidentes oportere fieri cenſebat; ut, qui in medio ſunt utriuſq; partis benevoli, ſi in concordia annitenda parum auctoritatis queſi ambigui amici habuerint, tum alteri in alteram partem diſcedant; ac per id meritum viam ſibi ad utrinſque concordiam mœniant. Nunc autem pleraque, inquit, pars utriuſque amici, quaſi probè faciant, duo litigantes deſtituunt & relinquunt: deduntque eos advocatis malevolis aut avaris, qui lites animaſque eorum inflamment, aut odij ſtudio aut lucri. Sic Gellius: quæ cadē haud obverſabantur memoriæ Plutarcho, cùm immiſceret præceptis Reip. gerendæ: Οἱ μὲν οὖν ἔμπειροι θεραπείας καὶ τροφῆς μελιττῶν, τὸν μάλιστα βομβοῦντα τῶν σίμβλων καὶ θορύβου μεστὸν, τοῦτον εὐθηνεῖν καὶ ὑγιαίνειν νομίζουσιν· ᾧ δὲ τοῦ λογικοῦ καὶ πολιτικοῦ σμήνους ἐπιμέλειαν ἔχειν ὁ θεὸς ἔδωκεν ἡσυχίᾳ μάλιστα καὶ πρᾳότητι δήμου τεκμαιρόμενος εὐδαιμονίαν, τὰ μὲν ἄλλα τοῦ Σόλωνος ἀποδέξεται, καὶ μιμήσεται κατὰ δύναμιν, ἀπορήσει δὲ καὶ θαυμάσει τί παθὼν ἐκεῖνος ὁ ἀνὴρ ἔγραψεν ἄτιμον εἶναι τὸν ἐν στάσει πόλεως μηδετέροις προσθέμενον. οὔτε γὰρ ἐν σώματι τὸ νοσοῦν γίνεται μεταβολῆς ἀρχὴ πρὸς τὸ ὑγιαίνειν ἀπὸ τῶν συννοσούντων μερῶν, ἀλλ' ὅταν ἡ παρὰ τοῖς ἐρρωμένοις ἰσχύσασα κρᾶσις ἐκστήσῃ τὸ παρὰ φύσιν, ἔν τε δήμῳ στασιάσαντι μὴ δεινὴν μηδὲ ὀλέθριον στάσιν, ἀλλὰ παυσομένην, τότε δεῖ τὸ ἀπαθὲς καὶ τὸ ὑγιαῖνον ἐγκεκρᾶσθαι πολὺ, καὶ παραμένειν καὶ συνοικεῖν. ἐπιρρεῖ γὰρ τούτῳ τὸ οἰκεῖον ἐκ τῶν σωφρονούντων, καὶ διαδύεται διὰ τοῦ νενοσηκότος. αἱ δὲ δι' ὅλων ἀναταραχθεῖσαι πόλεις, κομιδῇ διεφθάρησαν, ἂν μή τινος ἀνάγκης ἔξωθεν τυχοῦσαι καὶ κολάσεως, ὑπὸ κακῶν βίᾳ σωφρονήσωσιν. οὐ μὴν ἀναίσθητον, οὐδ' ἀνάλγητον ἐν στάσει καθῆσθαι προσήκει τὴν περὶ αὑτὸν ἀταραξίαν ὑμνοῦντα καὶ τὸν ἀπράγμονα βίον καὶ μακάριον, ἐν ἑτέροις ἐπιτερπόμενον ἀγνωμονοῦσιν· ἀλλ' ἐνταῦθα δεῖ μάλιστα τὸν Θηραμένους κόθορνον ὑποδούμενον, ἀμφοτέροις ὁμιλεῖν, καὶ μηδετέροις προστίθεσθαι· δόξεις γὰρ οὐχὶ τῷ μὴ συναδικεῖν ἀλλότριος, ἀλλὰ τῷ βοηθεῖν κοινὸς εἶναι πάντων· καὶ τὸ μὴ συνατυχεῖν, οὐχ ἕξει φθόνον, ἂν πᾶσι φαίνῃ συναλγῶν ὁμοίως: *Qui apum curæ atque educationis periti ſunt, eum alveum maxime ſanas & feliciter agentes apes putant habere, ad quem ſtrepitus eſt tumultique plurimū. At verò is, cui deus ratione donati ac civilis examinis curam impoſuit, tranquillitate præcipuè & placiditate populi felicitatem æſtimans, Solonis reliqua & probabit, & pro viribus imitabitur: id tamen in dubium vocabit, admirabiturque, quid in mentem illi venerit ut legem ferret, qua qui ſeditione in civitate exorta neutri parti ſe adiunxiſſet, infamiâ notatur. Nam neque in corpore è morbo ad ſanitatem redeundi initium fit ab unâ correptis morbo membris, ſed tum, cum rectè valentium partium temperies prævalens id quod naturæ repugnabat depellit: & in populo non atroci neque exitioſâ ſeditione conturbato, ſed quæ componatur, ſub eius finem maximè neceſſe eſt ut quod incorruptum ac ſanum manſit, multum contemperetur, adſit, atq; una habitet. ad hæc enim confluit quidquid ſanorum hominum eſt idem ſentiens,*

eorumque

eorumque vis etiam per eos diffunditur qui vitiati fuerant. Ac civitates in univerſum ſeditionibus conturbatæ, funditus perierunt, niſi aliqua foris ingruente neceſſitate, maliſque caſtigata, vi ad ſanitatem redigerentur. Neque verò decet in ſeditione nullo mali ſenſu, nullo dolore perculſum ſedere, ac ſuam perturbationis vacuitatem, vitamque ocioſam & beatam prædicare, interim aliorum erroribus delectari. Sed hic maximè Theramenis induendus eſt cothurnus, itaque utraque cum parte conferendus ſermo, ut neutri te aggreges. Exiſtimaberis enim non eo, quod nullius faciundæ iniuriæ ſocium te geras, alienus à civibus, ſed ob auxilij lationem omnibus eſſe communis: neque invidebitur tibi ſi non venias in partem calamitatis, cum videare omnium ex æquo ſortem dolere. Piè ille quidem magis, quàm circumſpectè. Si enim libuiſſet deſcendere in hominum ingenia, quæ habebat exploratiſſima, haud eum latuiſſet tali eſſe philautiâ; ut refugiant amicitiam eorum, qui non eadem omnia ſentiant quæ ipſi; non in ſerijs modò, ſed & in ludicris. Mirè ſibi temperat Tullius oratione pro Plancio, ne offendat M. Laterenſem; ſed aut cuncta me fallunt, aut inimicitiam ipſius incurrit, dum cauſam agit competitoris Plancij. Veriſſimè enim idem Cicero ibidem: *Vetus eſt lex juſta veraque amicitiæ, ut idem amici ſemper velint: neque eſt ullum certius amicitiæ vinculum; quàm conſenſus & ſocietas conſiliorum & voluntatum.* Nec minus verè Salvianus lib. VIII. de Gubern. Dei: *Maxima cauſſa eſt diſcordiarum diverſitas voluntatum: quia fieri aut omninò non poteſt, aut vix poteſt, ut eam rem in alio quiſquam diligat, à quo ipſe diſſentit, &c.* Hinc ceu de re ad miraculum accedente Æmil. Probus de Pomponio Attico: *Vtebatur intimè Hortenſio, qui illis temporibus principatum eloquentiæ tenebat: ut intelligi non poſſet uter eum plus diligeret; Cicero an Hortenſius: & id quod erat difficillimum efficiebat, ut inter quos tantæ laudis eſſet æmulatio, nulla intercederet obtrectatio, eſſetq; talium virorum copula.* Iterum adhuc, de eodem, participante ſe D. Auguſto & M. Antonio, non ſine ſumma utriuſque dignatione, ita ſubiicit: *Hoc quale ſit, facilius exiſtimabit is, qui judicare poterit, quanta ſit ſapientiæ, eorum retinere uſum benevolentiamque, inter quos maximarum rerum non ſolum æmulatio, ſed obtrectatio tanta intercedebat, quantum fuit incidere neceſſe inter Cæſarem atque Antonium, cum ſe interque Principem, non ſolum urbis Romanæ, ſed orbis terrarum eſſe cuperet. &c.* Ex quo liquet perpaucorum eſſe ita ſe gerere in iſto bivio, ut utrique ſatisfacias, imò ut vel alterutri. Sanè utrumque ferè offendi ab his ambidextris, ſatis ſuperque detegunt naufragia eorum latè ſparſa paſſim inter populos. Speciminis quidem cauſſâ, ecce nobis naſcente Republ. Rom. Servilium; quem hoc elogio impertit lib. II. Livius: *Ita medium ſe gerendo, nec*

plebis

Digitized by Google

plebis vitavit odium, nec apud Patres gratiam iniјt. Patres mollem Conſulem & ambitioſum rati, plebs fallacem: brevique apparuit aquaſſe eum Appij odium. Nec melius fatum, ſeneſcēte Republ. Livij Druſi. De eo enim ita Paterculus lib. poſter: *In iis ipſis quæ pro Senatu moliebatur Senatum habuit adverſarium; non intelligentem, ſi qua de plebis commodis ab eo agerentur, velut inescandæ illiciendæq; multitudinis cauſsâ fieri, ut minoribus perceptis maiora permitteret. Denique ea fortuna Druſi fuit, ut malefacta collegarum, quàm eius optimè ab ipſo cogitata, Senatus probaret magis; & honorem qui ab eo deferebatur ſperneret: iniurias quæ ab aliis intendebantur æquo animo reciperet, &c.* Eodem laboraſſe infortunio ipſas etiam urbes, probat Maſſilia, quam ita taxat idem Velleius lib. II: *Feſtinationem itineris eius aliquamdiu morata Maſſilia eſt; fide melior, quàm conſilio prudentior; intempeſtivè principalium armorum arbitria captans. quibus ij ſe debent interponere, qui non parentem coërcere poſſunt.* De Mileſiis ſic quoque refert Arrianus lib. I. Exped. Alex: Καὶ ἐν τούτῳ Γλαύκιππος, ἀνὴρ τῶν δοκίμων ἐν Μιλήτῳ, ἐκπεμφθεὶς παρὰ Ἀλέξανδρον παρὰ τοῦ δήμου τε καὶ τῶν ξένων τῶν μισθοφόρων, οἷς μᾶλλόν τι ἐπιτετραπτο ἡ πόλις, τά τε τείχη ἔφη ἐθέλειν τοὺς Μιλησίους καὶ τοὺς λιμένας παρέχειν κοινοὺς Ἀλεξάνδρῳ καὶ Πέρσαις· καὶ τὴν πολιορκίαν ἐπὶ τούτοις λύειν ἠξίου. Ἀλέξανδρος δὲ Γλαυκίππῳ. &c. *Inter hæc Glaucippus, unus ex Mileſiorum primoribus, ad Alexandrum à populo & mercenariis, quibus potiſsimùm urbs commiſſa erat, miſſus, exponit velle Mileſios muros ac portus Alexandro & Perſis communes præbere, utque obſidionem ea conditione ſolvat. Alexander Glaucippo &c.* Ipſique met quiritantur Rhodij, libro Livij XLV: *Hoc enim legatos utrique de pace mittendo conſecuti ſumus; ut nec ab utrâque parte gratiam iniremus; ab alterâ etiã crimen & periculum eſſet &c.* Sed & ante de ſui ævi Græcis Thucydides lib. III: Τὰ δὲ μέσα τῶν πολιτῶν ὑπ' ἀμφοτέρων, ἢ ὅτι οὐ ξυνηγωνίζοντο, ἢ φθόνῳ τοῦ περιεῖναι, διεφθείροντο: *Cives verò, quotquot inter utroſque erant medij, hi, vel quòd illos non adiuvarent, vel propter invidiam, quòd ipſi calamitatum eſſent immunes, ab utraque factione penitus perdebantur.* Etiam de Romanis bello civili Cæſaris ac Pompeij, tradidit Dio Caſſius lib. XLI: Καὶ οἱ κατὰ χώραν τούς τε παῖδας καὶ τὰς γυναῖκας, τά τε ἄλλα τὰ τιμιώτατα καταλιπόντες, εἶχον μὲν τινὰ ἐλπίδα τῆς πατρίδος ἐδόκουν, πολὺ δὲ δὴ τῶν ἑτέρων, ἅτε καὶ ἀπὸ τῶν φιλτάτων ἀπαρτώμενοι, δυτυχῆ τε τῇ τύχῃ καὶ ἐναντιωτάτῃ παραβαλλόμενοι, χαλεπωτέρως ἀπήλλασσον. τὰ γὰρ οἰκειότατα τῷ πολεμιωτάτῳ σφῶν ἐκδόντες, ἔμελλον ἐθελοκακοῦντες μὲν αὐτοὶ κινδυνεύσειν, προθυμούμενοι δὲ ἐκείνων στερηθήσεσθαι· καὶ προσέτι φίλον μὲν μηδ' ἕτερον, ἐχθροὺς δὲ ἀμφοτέρους ἕξειν· Καίσαρα μὲν, ὅτι μὴ καὶ αὐτοὶ κατέμειναν· Πομπήϊον δὲ, ὅτι μὴ καὶ ἐκεῖνα συνεπηγάγοντο. ὥστε καὶ ἐς ἀμφίβολον καὶ τὰς γνώμας καὶ τὰς εὐχὰς τάς τε ἐλπίσι καθιστάμενοι

μενοι, τοῖς τε σώμασιν ἅμα ἀπὸ τῶν οἰκειοτάτων σφίσιν ἀπεσπῶντο, καὶ τὰς ψυχὰς δίχα διῃροῦντο: *Qui verò ad urbem liberos uxoresq; ſuas & pretioſiſſima quaque reliquiſſent, videbantur quidem illi ſpem redeundi in patriam habere aliquam: verùm longè quàm cæteris difficilior ipſis diſceſſus erat, ab iis quæ homines chariſſima habent, divulſis; duplicique, & inter ſe quã maxime contraria fortuna expoſitis. Quia enim coniunctiſſimos ſuos in poteſtatem hoſtis dediſſent, videbant ſe, ſi in bello parum ſtrenuos ſeſe geſſiſſent, in periculo vitæ futuros: ſin ſtrenui fuiſſent, illis privatum iri: adhæc neutrum ſe amicum, utrumque infenſum habituros: Cæſarem, quod non ipſi quoque Romæ manſiſſent: Pompeium, quòd non omnia ſecum abduxiſſent. Ita hi ſententiis votiſque & ſpe alternantes, corporibus à ſuis ſummè neceſſariis divulſi, animis in duas partes diſtrahebantur.* Rectè. Nam etſi extet inter Ovidiana dictum Phœbi ad filium: *medio tutiſſimus ibis*; heîc tamen minimè locum habet. Strenuâ voce profert Ariſthenes, apud Livium lib. XXXII: *Nam quod Cleomedon modò tamquam mediam, & tutiſſimam vobis viam conſilij, ut quieſceretis, abſtineretiſque armis oſtendebat, ea non media, ſed nulla via eſt. etenim præterquam quod aut accipienda, aut aſpernanda vobis Romana ſocietas eſt: quid aliud quam nuſquam gratia ſtabili, velut qui eventum expectaverimus, ut fortunæ applicaremus noſtra conſilia, præda victoris erimus? Nolite ſi quod omnibus votis petendum erat, ultro offertur, faſtidire. non quemadmodum hodie utrumque vobis licet, ſic ſemper liciturum eſt. nec ſæpe, nec diu eadem occaſio erit. Liberare vos à Philippo iam diu magis votis, quàm armis audetis. ſine veſtro labore & periculo, qui vos in libertatem vindicarēt cum magnis claſſibus exercitibuſque mare traiecerunt, hos ſi ſocios aſpernamini, vix ſanæ mentis eſtis: ſed aut ſocios, aut hoſtes habeatis oportet.* Nec leviore oris ſpiritu eidem Achæorum concilio ingeminat Quintius, Livii lib. XXV: *Nam quod optimum eſſe dicant, non interponi vos bello: nihil tam vanum, imò tam alienum rebus veſtris eſt. quippe ſine gratia, ſine dignitate præmium victoris eritis.* At, durante adhuc bello, ſæpe queremini cum Cydippe Ovidianâ:

——vos pace movetis
Aſpera ſubmotâ prælia. plector ego.

Atque ut optimè vobiſcum agatur, repræſentabitis Idam, cuius in Lapitharum tumultu ſic meminit Naſo lib. v. Metam. verſ. 90:

Nec Phineus auſus concurrere comminus hoſti,
Intorquet iaculum; quod detulit error in Idam,
Expertem fruſtrà belli, & neutra arma ſecutum.
Ille tuens oculis immitem Phinea torvis,
Quandoquidem in partes, ait, abſtrahor, accipe Phineu,

Digitized by Google

Quem feciſti hoſtem: penſaque hoc vulnere vulnus.
Iamque remiſſurus tractum de vulnere telum,
Sanguine defectos cecidit collapſus in artus.

Ac tum denique, vel vindictæ cauſſa atque in mortis ſolatium, partes ſequi geſtietis, cùm nimis ſerum erit. O miſeram gentem!

Tum tua res agitur paries cùm proximus ardet.

Cognoſce igitur te ipſam; & vel oculis opertis aggregare parti potiori. ſerioque dictum putes: Ο' μαινομένοις μὴ συμμαινόμενος οὗτος μαίνεται: *Qui cum inſanis non inſanit, is inſanit.* Tale aliquid profectò patriæ bono fecit Pacuvius Calavius. Audite modò lepidam fabulam verbis Livij lib. XXIII: *Cùm mallet incolumi, quàm everſa Republ. dominari, nullam autem incolumem eſſe orbatam publico conſilio crederet, rationem inijt, qua & ſenatum ſervaret, & obnoxium ſibi ac plebi faceret. Vocato ſenatu, cùm ſibi defectionis ab Romanis conſilium placiturum nullo modo, niſi neceſſarium fuiſſet, præfatus eſſet: quippe qui liberos ex Appij Claudij filia haberet, filiamque Romam nuptum Livio dediſſet: ceterum maiorem multò rem magiſque timendam inſtare. non enim per defectionem ad tollendum ex civitate ſenatum plebem ſpectare: ſed per cædem ſenatus vacuam Rempubl. tradere Annibali ac Pœnis velle. eo ſe periculo poſſe liberare eos, ſi ſe permittant ſibi, & certaminum in Rep. obliti credant. Cùm omnes victi metu permitterent; claudam in curia vos, inquit, & tamquam & ipſe cogitati facinoris particeps, approbando conſilia quibus nequiquam adverſarer, viam ſaluti veſtræ inveniam. in hoc fidem quam vultis ipſi, accipite. Fide data egreſſus, claudi curiam iubet, præſidiumque in veſtibulo reliquit, ne quis adire curiam iniuſſu ſuo, neve inde egredi poſſit. Tunc vocato ad concionem populo: Quod ſæpe, inquit, optaſtis Campani, ut ſupplicij ſumendi vobis ex improbo ac deteſtabili ſenatu poteſtas eſſet, eam nunc non per tumultum expugnantes domos ſingulorũ, quas præſidiis clientium ſervorumque tuentur, cum ſummo veſtro periculo, ſed tutam habetis ac liberam. Clauſos omnes in curiam accipite: ſolos, inermes: nec quicquã raptim, aut forte temere egeritis. de ſingulorum capite vobis ius ſententiæ dicendæ faciam, ut quas quiſque meritus eſt, pœnas pendat. Sed ante omnia ita vos iræ indulgere oportet, ut potiorem iræ ſalutem atque utilitatem veſtram habeatis. Etenim (ut opinor) odiſtis ſenatores. nam ſenatum omnino non habere non vultis. quippe aut rex, quod abominandum, aut quod unum liberæ civitatis conſilium eſt, ſenatus habendus eſt. Itaq; duæ res ſimul agendæ ſunt vobis, ut & veterem ſenatum tollatis, & novum cooptetis. Citari ſingulos ſenatores iubebo, de quorum capite vos conſulam: quod de quoque cenſueritis, fiet. Sed prius in eius locum virum fortem ac ſtrenuum novum ſenatorem cooptabitis, quàm de noxio ſupplicium ſumatur. Inde conſedit, & no-*

minibus

minibus in urnam conjectis citari quod primum ſorte nomen excidit, ipſumq́ è curia produci juſſit. Vbi auditum eſt nomen, malum & improbum pro ſe quiſque clamare, & ſupplicio dignum. Tunc Pacuvius: video quæ ſententia de hoc ſit data, eijcitur pro malo atque improbo. bonum ſenatorem & juſtum eligite. Primo ſilentium erat, inopiâ potioris ſubijciundi; deinde cùm aliquis omiſſa verecundia quempiam nominaſſet, multo maior extemplò clamor oriebatur, cum alij negarent noſſe, alij nunc probra, nunc humilitatem ſordidamque inopiam, & pudenda artis aut quæſtus genus obijcerent. Hoc multo magis in ſecundo ac tertio ſenatore factum eſt. ut ipſius pœnitere homines appareret; quem autem in eius ſubſtituerent locum, deeſſe. quia nec eoſdem nominari attinebat, nihil aliud quàm ad audienda probra nominatos, & multò humiliores obſcurioreſq; ceteri erant eis, qui primi memoriæ occurrebant. Ita dilabi homines, notiſſimum quodque malum maximè tolerabile dicentes eſſe, iubenteſque ſenatum ex cuſtodia dimitti. Hoc modo Pacuvius, cùm obnoxium vitæ beneficio ſenatum multò ſibi magis quàm plebi feciſſet, ſine armis iam omnibus concedentibus dominabatur. Sed & optime ceſſit electio partium Archelao, ut his verbis refert Ioſephus lib. XVI. Antiq. cap. XII: Ἀρχέλαος δὲ ὁ τῶν Καππαδοκῶν βασιλεὺς ὡς ἐπύθετο τὰ κατὰ τὸν Ἡρώδην ἀγωνιῶν τὲ ὑπὲρ τῆς θυγατρὸς, καὶ τοῦ νεανίσκου, καὶ συναλγῶν ἀνδρὶ φίλῳ. τῆς καὶ ποσῷδε ταραχῆς, ἧκεν οὐκ ἐν παρέργῳ θέμενος τὰ πράγματα. καὶ καταλαβὼν οὕτως ἔχοντα, τὸ μὲν ἐπιτιμᾶν, ἢ φάναι γεγενῆσθαί τι προπετὲς αὐτῷ πλέως ἀνοίκειον εἰς τὸν καιρὸν ἡγήσατο. φιλονεικήσειν γὰρ κεκακωμένον, καὶ μᾶλλον ἀπολογεῖσθαι προσδόντα πλείονος ὀργῆς ἀναπλησθήσεσθαι. μετῄει δὲ τάξιν ἑτέραν τὴν ἐπανόρθωσιν τῶν ἠτυχημένων, ὀργιζόμενος τῷ νεανίσκῳ, κἀκεῖνον ἐπιεικῆ λέγων, τῷ μηδὲν ἐκ προπετείας ἐργάσασθαι. τόν τε γάμον διαλύσειν ἔφη πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον, καὶ μηδὲ ἂν τῆς θυγατρὸς φείσασθαι δικαίως εἴ τι συνειδυῖα τούτῳ οὐ κατεμήνυσεν. τοιούτου δὲ ὄντος οὐ κατὰ προσδοκίαν ὢν ὁ Ἡρώδης ᾤετο, τὸ δὲ πλέον ὑπὲρ αὐτοῦ τὴν ὀργὴν ἐπιδεικνυμένου, μετέπιπτεν ὁ βασιλεὺς τῆς χαλεπότητος, καὶ λαβὼν ἐκ τοῦ δικαίου δοκεῖν τὰ πεπραγμένα πεποιηκέναι, κατὰ μικρὸν εἰς τὸ τοῦ πατρὸς ἀντιμεθίστατο πάθος. οἶτος δὲ ἦν ἐν ἀμφοτέροις, ὅτι μὲν ἀπελύοντο τινὲς τὰς τοῦ νεανίσκου διαβολὰς εἰς ὀργὴν ἐκπεραπλόμενος. ἐπειδὴ δὲ Ἀρχέλαος συγκατηγόρει, πρὸς δάκρυα καὶ λύπην οὐκ ἀπαθῆ μεθιστάμενος. ἐδεῖτο γοῦν ἐκείνου μήτε διαλύειν τὸν γάμον, ὀργῆς τε ἔλαττον ἔχειν, ἐφ᾽ οἷς ὁ νεανίσκος ἠδίκηκεν. Ἀρχέλαος δὲ παραλαβὼν ἐπιεικέστερον &c: *Dum ita Herodes animo angitur, Archelaus Cappadocũ Rex de filia & iuvene genero ſolicitus, tum amici quoque vicem miſerans involuti tam perplexis & turbatis negotiis, officij ſui putavit profectionem ad eum ſuſcipere. Quem ubi ſicut audierat affectũ invenit, importunam rem putavit ſi obiurgaret ac temeritatis & nimia credulitatis argueret. fore enim ut ille ex adverſo contendens & excuſare ſe ſtudens exacerbaretur amplius. Quapropter aliam ratio-*

nem commentus eſt qua res affectas componeret, indignatione verſa in iuvenem, aſſerens Regem nihil præter æquitatem, ſed omnia recte feciſſe: ſe quoq; diremturum illud coniugium, ac ne filia quidem parſurum, ſi ſceleris conſcia non feciſſet indicium. Tum Herodes ubi præter opinionem vidit hominem pro ſe læſo tam grauiter excandeſcere, aſperitate remiſſâ, & factum ſuum iuſta æſtimatione volens expendere, paulatim ad paternos affectus redijt. Iamque utroque flexo ad miſericordiam, quoties aliquis obiecta à iuvene crimina refelleret, ad iram commovebatur Rex: poſtquàm verò Archelaum quoque accuſationem aggredi vidit, lacrymis affectum prodens, rogabat illum ne nimium indulgeret iræ, neve propter iuvenis erratum coniugium dirimeret. Tum Cappadox nactus eũ iã mitiorẽ, cœpit, &c. Nec ab hac utili ſimulatione abhorrere Plutarchũ, fidẽ faciunt ea quæ ſcripſit inter præcepta Reip. gerẽdæ: Ἀλλ᾽ ὅταν ὑπόπτως ἔχωσιν οἱ πολλοὶ πρός τι πρᾶγμα καὶ μέγα καὶ σωτήριον, οὐ δεῖ πάντας ὥσπερ ἀπὸ συντάξεως ἥκοντας, τὴν αὐτὴν λέγειν γνώμην, ἀλλὰ καὶ δύο καὶ τρεῖς διαστάντας ἀντιλέγειν ἠρέμα τῷ φίλῳ, εἶτα ὥσπερ ἐξελεγχομένους μετατίθεσθαι. συνεφέλκονται γὰρ οὕτω τὸν δῆμον, ὑπὸ τοῦ συμφέροντος ἄγεσθαι δόξαντες: *Verùm cùm multitudini ſuſpecta eſt actio aliqua magna & ſalutaris, non expedit univerſos tamquam ex compoſito ad unam eamdemq; dicendam ſententiam venire: ſed duo vel tres facta diſceſſione placidè contra amicum dicant, ac tandem veluti convicti à ſua ſententia diſcedant. ſic enim unà in ſententiã propoſitam populus ab iis perducitur, dum eos utilitate moveri exiſtimat.* Nec alterius videantur conſilij, quæ ponit circa eiuſdem tituli finem: Λείπεται δὴ τῷ πολιτικῷ μόνον ἐκ τῶν ὑποκειμένων ἔργων, ὃ μηδενὸς ἔλαττόν ἐστι τῶν ἀγαθῶν, ὁμόνοιαν ἐμποιεῖν καὶ φιλίαν πρὸς ἀλλήλους ἀεὶ τοῖς συνοικοῦσιν. ἔριδας δὲ καὶ διχοφροσύνας καὶ δυσμένειαν ἐξαίρειν ἅπασαν, ὥσπερ ἐν φίλων διαφοραῖς, τὸ μᾶλλον οἰόμενον ἀδικεῖσθαι μέρος, ἐξομιλοῦντα πρότερον καὶ συναδικεῖσθαι δοκοῦντα καὶ συναγανακτεῖν, εἶτα οὕτως ἐπιχειροῦντα πραΰνειν, καὶ διδάσκειν ὅτι τῶν βιάζεσθαι καὶ νικᾶν ἐριζόντων οἱ παρόντες, οὐκ ἐπιεικείᾳ καὶ ἤθει μόνον, ἀλλὰ καὶ φρονήματι καὶ μεγέθει ψυχῆς διαφέρουσι, καὶ μικρὸν ὑφιέμενοι, νικῶσιν ἐν τοῖς καλλίστοις καὶ μεγίστοις. *Ergo ex officio civilis viri ſubiectis rebus hoc unum ei reſtat, quod nulli alteri bono præſtantia cedit, ut cives ſuos concordia, mutuaque amicitia inter ſeſe uti doceat, lites, diſcordias, inimicitiaſque omnes aboleat. Qua in re idem aget, quod in amicorum diſſenſionibus: cum ea parte, quæ iniuria affici videbitur, ita colloquetur, ut ipſe quoque particeps iniuriæ accepta indignationiſque videatur. deinde animũ placare eius conabitur, ac docere eos qui iniurias dimittunt quibus ſunt affecti, his qui contendere & vincere litigando inſtituerunt, non æquitate modò & placiditate, ſed & animi magnitudine potiores eſſe: & cùm de ſuo iure paulum remiſerint, in pulcerrimis maximiſque rebus victoriam reportare.* Hactenus Plutarchus: quæ hauſta ex eodem flumine unde

ne unde ſcripta ſua irrigauit Seneca, præcipiens libro III. de Irâ, capite XXXIX: *Simulabit iram, ut tanquam adiutor & doloris comes, plus auctoritatis in cõſiliis habeat &c.* Huc reſpexiſſe videri volebat princeps Trevirorum; de quo ita Cæſar lib. VI. Gall: *Veritus ne ab omnibus deſereretur Indutiomarus, legatos ad Cæſarem mittit; ſeſe idcirco à ſuis diſcedere, atque ad eum venire noluiſſe, quo facilius civitatem in officio contineret; ne omnis nobilitatis diſceſſu, plebs propter imprudentiam laberetur. Itaque civitatem in ſua poteſtate eſſe, ſeque, ſi Cæſar permitteret &c.* Nec aliud ante oculos illi apud Tacitum lib. II. Hiſt: *Sed indomitus miles & belli ignarus, correptis ſignis vexilliſque ruere, & retinenti duci tela intentare, ſpretis centurionibus tribuniſque providentiam ducis laudantibus. quin pro Othone & accitum Cæcinam clamitabant. Fit temeritatis alienæ comes Spurinna, primò coactus; mox velle ſimulans, quò plus auctoritatis ineſſet conſiliis, ſi ſeditio miteſceret. &c.* Quæ verba non fruſtra componemus cum iſtis Livij lib. VII: *Tullius magnopere à Dictatore petere, ne ſe oblitum diſciplinæ militaris, ne ſui, neve Imperatoriæ maieſtatis crederet: multitudini concitatæ, quæ fermè auctoribus ſimilis eſſet, non ſubtraxiſſe ſe ducem; ne quis alius, qualem mota creare multitudo ſoleret, exiſteret. &c.* Sanè plurimum hac in re momenti, probè conſtabat Davidi; de quo iam profugo ob metũ Abſolomi filij, ex ſacris literis ita retulit libro VII. capite VIII. Ioſephus: Συνήντησε δὲ αὐτῷ φίλος ἀνὴρ καὶ βέβαιος, Χουσὶς ὄνομα· τοῦτον ὁρῶν τὴν ἐσθῆτα κατερρηγμένον, καὶ τὴν κεφαλὴν σποδοῦ πλήρη, καὶ θρηνοῦντα τὴν μεταβολὴν, παρηγόρει καὶ παύσασθαι τῆς λύπης παρεκάλει. καὶ τέλος, ἱκέτευσεν ἀπελθόντα πρὸς τὸν ἀβεσσάλωμον ὡς τὰ ἐκείνου φρονοῦντα, τά τε ἀπόρρητα τῆς διανοίας αὐτοῦ κατανοεῖν, καὶ ταῖς ἀχιτοφέλου συμβουλίαις ἀντιπράσσειν. οὐ γὰρ τοσοῦτον ὠφελήσειν αὐτὸν συνερχόμενον, ὅσον παρ' ἐκείνῳ γινόμενον. καὶ ὁ μὲν πεισθεὶς τῷ δαβίδῃ, καταλειπὼν αὐτὸν, ἧκεν εἰς Ἱεροσόλυμα. ἀφικνεῖται δὲ εἰς αὐτὰ μετ' οὐ πολὺ καὶ ἀβεσσάλωμος: *Ibi offendit virum in amicitia conſtantem, nomine Chuſim: hunc conſpicatus ſciſſò amictu & caput cineribus oppletum, & mutabilitatem rerum deplorantem, ſolatus eſt pro tempore, iuſſum æquo animo præſentem ſtatum ferre: ac poſtremo obnixè precatus eſt, ut ſimulato Abeſalomi partium ſtudio, diligenter ſecreta eius perſcrutaretur, & Achitophelis conſiliis ſemper ſe opponeret: ſic enim eum magis partibus profuturum, quàm ſi unà maneret. atque ita perſuaſus à Davide, eo relicto Hieroſolyma ſe contulit: quò paulò poſt etiam Abeſſalomus pervenit.* Atque ex his iam intelligimus Euſebiana. Panegyrico in annum trigeſimum Conſtantini Magni; ubi agit de Veneris fano in vertice Libani: Γυναικῶν τε αὖ παραδεχόμενοι ὁμιλίαι, κλεψίγαμοί τε φθοραὶ ἀρρητοί τε καὶ ἐπίρρητοι πράξεις, ὡς ἐν ἀνόμῳ καὶ ἀπροστάτῃ χώρῳ κατὰ τόνδε τὸν νεὼν ἐπεχείρουν. ἔφορός τε οὐδεὶς ἦν τῶν πραττομένων, τῷ μηδένα σεμνῶν αὐτόθι

τολμᾶν παρεῖναι: *Quin etiam ſcelerati & nefarij mulierum congreſſus, clandeſtina connubiorum corruptelæ, alia denique infanda & turpia facinora in eo delubro, utpote in loco impuro ſadoque, admiſſa erant. nec quiſquam fuit qui in hac ſcelera animadverteret, propterea quod ex viris gravibus honeſtiſque, nemo illuc auderet accedere.* Nec obſcura eſt ratio, cur dicat de Antiochiæ ſuburbio Daphne, Sozomenus lib. v. Eccleſ. hiſt. cap. XVIII: Τοιούτῳ δὲ ὄντι τῷ προαστείῳ τῇ Δάφνῃ ἐπιβαίνειν τοῖς ἐπιεικέσιν αἰσχρὸν ἐνομίζετο. ἥ τε γὰρ θέσις καὶ ἡ φύσις τοῦ χωρίου πρὸς ῥᾳστώνην ἐπιτηδεία, καὶ ἡ ὑπόθεσις τοῦ μύθου ἐρωτική τις οὖσα, μικρᾶς λαβομένη ἀφορμῆς διπλασίω ἀπετέλει τὸ πάθος τοῖς διεφθαρμένοις νέοις. εἰς παραίτησιν ὡς ἰσχόμενοι τὰ μυθολογούμενα χαλεπῶς ἐξεκαίοντο, καὶ ἀνέδην εἰς ἀκολάστους πράξεις ἐχώρουν οὐ σωφρονεῖν δυνάμενοι, οὔτε σώφρονας κατὰ ταὐτὸν ὁρᾶν ἀνεχόμενοι: *In Daphnem igitur ſuburbiū ingredi, cùm eius generis eſſet, turpe modeſtis viris exiſtimabatur. Nam & ſitus loci, & natura erat ad laſciviam accommodata; & materia fabulæ, quæ fuit planè amatoria levi arreptâ occaſione, in animis corruptorum adoleſcentium duplo maiorem amorem inſevit. Nam res in fabulis deſcriptas, velut cauſam ad ſe excuſandos afferentes, vehementius incendebantur: & omni excuſſo pudore, ad facta libidinoſa cupidè ferebantur: nec poterant vel ſeipſos obtemperare, vel temperantes homines eo in loco ſecum videre.* Sed quid ago? ſi viam iſtam porrò inſtitero, nunquam capiti ponetur meta. itaque vel abrumpendum.

FINIS.

INDEX.

ACcuſatoriæ diritas, laudum titulis peracta, 99. 100. &c.
Aditus faciles priuatoꝫ principibus conciliant beneuolentiam, &c. 24 pr.
Adminiſtri præcipui principum tandem ferè malè pereunt, nunc propria ambitione & arrogãtia, nunc Regum ſuorum ſiue inuidia, ſiue metu. 102. 103. 104. &c.
Adſpectus Principis, in quibuſcunque aduerſis, populo ſolatium. 3.4. &c.
Aduerſæ res cur melius ferantur, quam ſecundæ. 16.m.
Aduerſitatibus ſuis extremis, libere Principi conuitiatur populus. 88
Adulationibus quatenus credãt Principes, 72.73.74. &c.
Æquabilitas animi rebus ſecundis, mire laudabilis .17. pr
Agricolæ, optimi militũ. 169.m.
Amicitia in conſenſu & ſocietate conſiliorum & voluntatum 187.
Amici neqꝫ inimici inter ſe homines naturâ. factis vel malefactis demum fiunt. 61. m.
Amici Principibus, conſilia bona dare non audent. 164.
Amici, theſauri regũ. 63. 64. &c.
Amicos quidam cum maximè laudant, tum maximè vituperant 97.98 99. &c.
Amicus noſter, niſi & inimico noſtro eſt inimicus, fit noſter. 187. m
Animi hominum ſedes, in vultu. 91 m.
Animi magni homines cur minus ſuperbi ſint, quam quibus eſt animus anguſtus. 21. f.
Animi morbis torti magiſtratus impotentes. 82.
Animo magis laudandi principes boni quam voce. 66.67. 68. &c.
Animos ciuium viuidos, quinã Principes contundant. 116. f.
Animus præſens, Ducis requiſitum in rebus aduerſis. 11.
Armis, cur Duces in prælio notabiles, 8.
Armis inuicti, victi voluptatibus, 48.49.50.51. &c.
Arrogantia, mire noxia magiſtratibus. & qui ob eam perierint. 18. 19. &c.
Aulica ſimulatione laudantes, maximè aliquem inſectantur. 100. m.
Auſpiciis alterius vincens, nihil ſibi adſcribere poteſt aut debet. 102.

B

Beneficio & gratia deuinciendi quos non tenebat metus. 57. 58.59.60 61. &c.
Bellis externis ceſſantibus, ſubnaſcuntur domi ciuilia. 183.- 184. &c.
Bello medios neutraleſque, ab vtraque parte peſſimè multari. 188. 189. &c.
Blanditiæ Principum, nonnunquam ira quauis magis metuendæ. 9 .98.
Boni forteſque ſuſpecti regibus non-regibus 115. f. 116.117. &c.

C

Calumniatorum ore audiebant probra ſua Principes, quibus per occultum lacerarentur. 93.94.
Circumducti à Principibus ſpecie honoris, quos abſentes metuebant. 1 4. 135. &c.
Clementia ſæpe abſtinent Principes ob inferiorum cõtumaciam. 25.26, &c.
Clementia plura componi, quã vi & armis. 30.31.32. &c. exempla eius rei. 41. 42. &c.
Comitas & communio Principum, populo devinciendo. 18. 19 20.21. &c.
Conſcientia eis pro pœna qui ſupra pœnam. 78.79. &c.
Conſcientiæ malæ homines ſibi dici putant conuitia, cum dicuntur aliis. 94.
Conſiliariorum ſententię eo ferè inclinant, quo inclinat ipſe rex. 158.159. &c.
in Conſiliis excutienda omnia regi, pro & contra. 165.166. &c.
Contumelia poſt victoriam, in duce deprehenſa. 12. pr.
Conuitiis populi, quando obnoxii reges .87.88.89. &c.
Conuiuia minimè eis iucunda quos vexat conſcientia. 84. f.

D

Deliriis victi, armis inuicti. 49. 50.51. &c. exempla eorum. 53. 54. &c.
Deo conuitiantur homines conſtituti in extremis. 89. f.
Deſperatio Ducis, deſperatio & interitus exercitus. 9. m.
Deſperatio, ſæpe cauſſa victorię. 33. 34. 39.
Dominus ſuperbus, ne ſeruis quidem tolerabilis. 21.
Duces felices, ſæpe non inſtante fortunæ ferenti, venti inuidiam Regum ſuorum. 112.
Ducibus Regum, magis metuendi calumniatores, quam præliorum aduerſi. 110. m.
Ducis faſtus, victoria parta, reprehenditur. 12.
Ducis conſpectus, in bello, in prælio, quantum proſit. 5.6. licet ægri. Ibid.
Ducum, qui victoria parta lætitiam ſuam abſtruſerint, aliquot exempla. 12.13. &c.

E

Educati in domo regnatrice, nec animo, nec corpore virili. 168 pr.
Excuſatio, ſæpe loco exprobrationis. 93.

F

Fama magna, exitio temporibus tyrannicis. 119. pr

Facinu.

Digitized by Google

Facinus honeſtum, illuſtris ſibi eſt præco. 16. pr.
Faſtus Ducis, victoria parta reprehenſus. 12. Regum multos pellumdedit. 21. 22. &c.
Fortes, cur metuantur regibus ignauis. 116
Fortitudine opus ad occupandas prouincias, facilitate ad retinendas. 46.
Fortunæ ſummæ grauitatem & magnitudinem retinent extra arrogantiam & inuidiam, comes & modeſti. 22. 23.
Furiarum tædæ & angues, noxiis quæ. 80. m. 83. pr.

G

Geneſes clarorum virorum indagatæ a tyrannis 121. pr.
Genius ſalutaris, Princeps populo. 4. m.
Gloria maxima ſublimium, maxime ſe ſubmittere. 23. m.
Gratias agunt malis Principibus, quibus inſignita contigit iniuria. 68
Grauitas, quę requiratur in Principe. 23.
Gymnaſia Græcorum cur inſtituta. 184.

H

Honore nulli intumeſcunt magis, quam aut eius minimè capaces; aut malæ inſtitutionis. 18. 19. &c.
Honoribus & iniuriis vulgi non attendunt Principes ſapientiores. 65 66. 67. &c.
Honoris ſpecie æmuli aut formidoloſi remoti. 124. 125. &c.
Honoris ſpecie quinam bellicis periculis obiecti. 125. 126. &c.
Hoſtes fracti, magis clementia domandi, quam vi & armis. 30. 31. &c.
Hoſte externo deſtituti, in ſe ipſos ſæuiunt ciues. 183. 184. &c.
Hoſtibus domitis nō exprobranda victoria. 13. &c.
Humanitatis quo plus in duce poſt victoriam, hoc minus ei inuidiæ. 12. pr. & 16. m. 23. m.
Hyeme etiam ſæpe ſub pellibus miles Romanus. 180. 181. &c.

I

Iactantia ſua Principum adminiſtri, indignationem eorum accerſunt. 104. 105. &c.
Ignaui ſecordesque cur aliquando ſuſpecti regibus ignauis, tanquam callidi & ſapientes. 117. &c.
Imperandi habiles, cur minus ſuperbi, quam inhabiles. 21.
Imper tantum lenitatem deminui, contumacia inferiorum. 25. m.
Imperio quinam abſtracti ſpecie honoris maioris. 132. 133. &c
Imperio ſegreganda arrogantia. 18. 19 20. &c.
Imperium magis ſtabilit clemētia, quam vis. 30. 31. 32. &c. 71.
Imperium firmiſſimum, quod beneficiis ſubditos continet, non ſuppliciis &c. 57. 58. 59. &c.
Imperium moderatum, firmum: immoderatum, infirmum. 38. 39.
Imperium ſæpe aſperum faciunt, non mores Principum, ſed populorum. 26. 27. &c.
Inimicorum genus peſſimum, laudantes. 95. 96. 97. &c.
Inſtitutio bona, ſegregat à ſe ſuperbiam. 18. m

L

Lætitia adumbrata abſcondebant aduerſa Duces prudentes. 10.
Laudando, aliquem notare. 97. pr. 89.
Laus regum non tam laus quam adulatio. 66. 69. 71. &c.
Laudum titulis ſubuertuntur, qui vi non poterant. 96. 97. &c.
Legationis ſpecie à Repub. aut clam quinam remoti. 124. 125.
Legibus ſuis relicti victi, quo facilius parerent. 57. 58. 59. 60. &c.
Libertate & licentia multi abutuntur in ſuam perniciem. 2. m.
Luxuria corrupti, quos non erat vincere armis. 48. 49. 50. 51. &c.

M

Malefacta aliena ſibi obiectari putant, homines conſcientiæ malæ. 94.
Malo. pœnæ loco propria maleficia. 78. m.
Manſuetus irritatus, implacabilior iratus quam non manſuetus. 26. pr. 28. pr.
Medico viſo, ægri minus dolent. 3. m.
Mentis hominum ſedes in vultu. 9. m.
Metus, Duci diſſimulati fronte ac vultu ſereno. 9. f. 10. pr.
Metus vultu ſe fere prodit. 9. m.
Militum optimi, agricolæ. &c. 169. 170. &c.
Moderatio rebus ſecundis, valde difficilis. 12. pr & 16. f.
Moderatione plura componuntur quam vi 30. 31. 32. &c.
Modeſtia & ornatrix & firmatrix imperii. 22. 23. &c.
Modeſtia in duce poſt victoriam, duplex trophæum. 16. m
Mori ante oculos Principis, milites etiam in votis. 6. 7.
Morituri ſub carnifice conuitiis impetebant ſuos magiſtratus. 91. 92.
Morte proximi linguæ liberioris, etiam in Principes. 91.

N

Neutralitas in bello, in ſeditione cur noxia. 186. 187. 188 &c.
Nobiles clari, beſtiarii facti; ne eos ſuſpectarent reges ignaui. 122. m.
Nobilitas ſub ignauis Principibus, raro ad ſenectutem vſq; vitalis. 123.
Nocens nemo ſe iudice abſoluitur. 80. 81. &c.
Nomina laudum regibus, loco conuitiorum. 75.
Nutu etiam, quiduis exequitur Princeps. 4. pr.

O

Obſidum ſpecie, amoliti ſuſpecti. 132.
Oculus Imperatoris, quantum iuuet, tempore prælii. 6. 7.
Onerati tributis, aliiſque, facile rebellant. 5.
Oppida effeminando militi. 169. 170. &c.

Ortio

Digitized by Google

Oratio ducis minus poteſt tempore prælii, quam vultus. 9. pr.

Orbi ſeneſque, linguę liberioris. 93.

Otio, delitiis, aliiſque permittendi, rebellionibus Principi alicui infeſti. 49. 50. &c.

Otii malum in milite, ceteriſq;. 181. 182. &c.

P

Pace magis corrupti homines, quam bello. 49. 50. 51. 52. &c.

Pacis artibus regere ciues, maius quam belli. 30. pr.

Parricidæ, volucrum pulli indices facinoris. 85.

Patriæ quiſquis vtilis, populi eſt mancipium. 18. m.

Pauorem diſſimulare vultu læto Duces bonos. 9. 10.

Philippi factum, cui quotidie inclamat puer, homo es. 12. m

Plebeis cur nullum diſcrimen à tyrannis. 123. 124.

Populi ſimulatio & diſſimulatio ſub regibus tyrannis. 67. 6?.

Populi omnes, non vno eodemque modo tractandi Principibus. 25. 26. 27. 28. &c.

Populum penes, vt lenius regatur aut durius. 25. 56. &c.

Populos bello fractos, ſubditoſque, citius retineas lenitate, quam vi & armis. 31. 32. &c.

Peccantium pœna maxima, peccaſſe. 97. pr.

Pręſentia Ducis in exercitu, quāti ſit momenti. 6. &c.

Princeps inferioribus quo communior, eo dilectior, eo tutior. 22. 23. &c.

Princeps, populo Deus. 3 f. eius adſpectu in aduerſis recreatus populus. 3. 4. &c. nutus omnia poteſt. 3. f. 4. maxima virtus, ſuos noſſe. 29.

Principes quibus caſibus vitia ſua audiant, nullo velamento. 87. 88. 89. &c.

Principes ſæpe duri, non natura ſua, ſed ob naturam populi. 25. 26. 27. &c.

Principes vitia ſua non audiunt, niſi ſub nominibus laudum. 69. 70. &c.

Principum adminiſtri præcipui, cur ferè mala morte obierint 101. 102. 103. &c.

Principibus in periculo verſantibus maledictum à populo. 90. pr.

Principum exempla, odium fallacibus blanditiis velantium. 97. 98.

Principũ, ſeruitus nobilis. 18. m.

Q

Quanto ſumus ſuperiores, tanto nos geramus ſubmiſſius. 16. m.

R

Regis ſententiæ in conſilio, nullus fere contradicit: 164

Reges caſus aduerſos Ducibus ſuis, ſecundos fortunæ ſuæ tribuunt. 106. m.

Reges, maximè laudati, qui minimè merebantur. 65. 66. 67. 68. &c.

Reges nonnulli, omnia ſoli eſſe volunt. 100 f.

Reges ſubinde laudare, qui peſſimè ipſis volunt. 87. pr.

Regibus boni quam mali ſuſpectiores. 115 f.

Regni præſidia, non theſauri, ſed amici. 63.

Res ſecundæ lætitia homines tranſuetſum trudunt. 12. pr. & 16. f. 24. f.

Reuerentia regum periit ſollicitis. 89. m.

S

Sanguinis ſui prodigus miles, ſi ſpectatorem habeat Ducem. 7. 8.

Sapientes cur metuantur regib. ignauis. 116 pr. 119 pr.

Securitatem ſimulabant rebus trepidis principes prudẽtes. 11.

Senes, linguæ liberioris. 91. 92. 93.

Sententia Conſiliariorum exquirenda Principibus per tabellam. 164. 165.

Seruiunt Principes nobilem ſeruitutem. 18. m.

Solitudinis contubernalis, arrogantia. 20. pr.

Solonem ſapienter caniſſe neutralitatem in ſeditionibus & diſceſſionibus populi. 185.

Somnos noxijs, nunquam quietos. 82. 83. &c.

Stultitiæ ſimulatione, tyrannos qui euaſerint. 121. 122.

Superbia nullos magis occupat, quam Principes magiſtratuſque, aut male inſtitutos, aut honoris incapaces. 18. 19. &c.

Superbia rebus ſecundis, minime laudabilis. 12. pr. &c. 16. 17 &c.

Superbia minime alti animi, ſed vilis & abjecti. 21. m.

Superbia in magiſtratu, nota eſt, eum malis artibus inuaſum eſſe. 21.

Superbia, quam noxia magiſtratibus. 18. 19. &c. exempla aliquot eorum, quibus cauſſa interitus, ibidem & ſeqq magis odio quam crudelitas, quã libido, quam avaritia &c. 20.

Supplicium conſcientia eis irrogat qui tuti ſunt a carnifice ac legibus. 79. 80. &c.

T

Teſtamentis priuatorum proſciſſi Principes conuitijs. 9.

Triumphus nullus Romanis in victoria ciuili. 14. m.

Trophæa nulla erecta Macedonibus poſt victoriam. 13. f. Græcis cur è ligno, non e lapide ibidem. m.

Tyranni, non omnes qui populo ſuo ſeueri, ſed qui modeſto atque obſequenti. 25. &c. 27. m.

Titulus captarum vrbium Principibus relatus à Ducibus. 103.

Tyranni tum maxime vituperantur, cum maximè laudãtur. 66. 67. 68. 69. 70. &c. 71. 72. &c. 75. 76. &c.

Tyrannis cur boni quam mali ſuſpectiores. 118. m.

Tyrannis quæ rerũ olim ſecundarum, tum publicæ cladis ſignia. 74. m.

Vecti-

V

Vectigalia imminuta gentibus victis, quo promptius obſequium retinerent. 62. 63.
Vi minus quid peragi, quam moderatione. 30. 31. 32. &c. 40. 41. &c.
Victæ gentes, ſtatim rebellant, duriter habiti. 35.
Victi, ſi laxius ſub te fuerint, quam ſub regibus prioribus, nunquam deficient. 61. 62. &c.
Victis gentibus inſtruuntur victoriæ ſeqq. ſi eis vtaris clementius. 64. 65. &c.
Victoria ea perpetua eſt; quæ victis nihil aufert niſi nocendi licentiam. 57. 58. 59. &c.
Victoriæ monumenta in oculis incurrentia, quam ægerrimè ferant victi. 12. &c.
Viri illuſtres ſub Principibus ignauis, ſpiritus ſuos diſſimulant; ad ſtultitiæ vſque ſimulationem. 113. f. 114. &c. 121. f. 122.
Virtutibus omnibus inimici tyranni. 119. 120. &c.
Vitia regum, etiam in priuatis; ſed non etiam exeruntur. 72. pr.
Vitiis facilius vinci hoſtes quam armis. 48, 49. 50. 51. 52. &c.
Vituperia Principum peracta titulis laudum, 70. 71. 73. &c.
Viuētes male, quicquid meruerunt, ſemp metuunt, 79. 80. &c.
Voce minus laudari quam animo cupiunt Principes boni. 67. 68. &c.
Voluntas Principis, quiduis peragit. 4. pr.
Voluptatibus vinci, armis inuictos. 48, 49. 50. &c.
Vultus Ducis læti, vbi res prælii eſt, victoria fit exercitus. 8. m. trepidi, fit clades. 9.
Vultu triſti quinam Duces victoriæ ſuç gaudium diſſimularint. 12. 13. &c.

F I N I S.

Digitized by Google